HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

AU XVE SIÈCLE

PAR

MARCEL FOURNIER

PROFESSEUR AGRÉGÉ À LA FACULTÉ DE DROIT DE CAEN, ARCHIVISTE PALÉOGRAPHE

TOME PREMIER

(DEUXIÈME SECTION)

Petit sceau de la Faculté de décret, 1393

PARIS

IMPRIMERIE NATIONALE

M DCCC XCV

U d'of OTTAWA

39003002770047

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Toronto

http://archive.org/details/lafacultdedcretd1pt2univ



HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

COLLECTION DE DOCUMENTS

PUBLIÉE

SOUS LES AUSPICES DE L'ÉDILITÉ PARISIENNE

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS AU XVe SIÈCLE

L'Administration municipale laisse à chaque auteur la responsabilité des opinions émises dans les ouvrages publiés sous les auspices de la Ville de Paris.

TOUS DROITS RÉSERVÉS.

HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

LA FACULTÉ DE DÉCRET
DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS
AU XVE SIÈCLE

PAR

MARCEL FOURNIER

PROFESSEUR AGRÉGÉ À LA FACULTÉ DE DROIT DE CAEN, ARCHIVISTE-PALÉOGRAPHE

TOME PREMIER

(DEUXIÈME SECTION)

Petit sceau de la Faculté de Décret, 1398

Université d'Ottawa
BIBLIOTHÈQUES
LIBRARIES
University of Ottawa

PARIS

IMPRIMERIE NATIONALE

M DCCC XCV

Universitas
BIBLIOTHECA
Ottaviensis

FOLIO

VILLE DE PARIS.

COMMISSION DES TRAVAUX HISTORIQUES

AU 1ER MARS 1895.

MEMBRES DE DROIT.

MM. POUBELLE, C. ✠, I. ❀, Préfet de la Seine, *Président.*

ROUSSELLE, Président du Conseil municipal.

BRUMAN, ✠, I. ❀, Secrétaire général de la Préfecture de la Seine.

HUET, O. ✠, I. ❀, Inspecteur général des Ponts et Chaussées, Directeur des Travaux de Paris.

CARRIOT, ✠, I. ❀, Inspecteur d'Académie, Directeur de l'Enseignement primaire.

RENAUD (A.), ✠, I. ❀, Inspecteur en chef des Beaux-Arts et des Travaux historiques, *Secrétaire.*

MEMBRES NOMMÉS.

MM. DELISLE (Léopold), C. ✠, I. ❀, Membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Administrateur général, Directeur de la Bibliothèque nationale, *Vice-Président.*

ROZIÈRE (Eugène de), O. ✠, I. ❀, Sénateur, Membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Inspecteur général des Archives, *Vice-Président.*

LASTEYRIE (Robert de), ✠, I. ❀, Député, Membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Professeur à l'École des Chartes.

MONTAIGLON (Anatole de), ✠, ❀, Professeur à l'École des Chartes.

GUIFFREY (Jules), ✠, ❀, Administrateur de la Manufacture nationale des Gobelins.

GRÉARD (Octave-Joseph-Valéry), G. O. ✠, I. ❀, Membre de l'Académie française et de l'Académie des Sciences morales et politiques, Vice-Recteur de l'Académie de Paris.

HAMEL (Louis-Ernest), ✠, Sénateur.

LAMOUROUX (Docteur Alfred-Martial), Membre du Conseil municipal de Paris.

COMMISSION DES TRAVAUX HISTORIQUES.

MM. VILLAIN (Georges), ✠, Membre du Conseil municipal de Paris.

SERVOIS, O. ✠, Garde général des Archives nationales.

LISCH (Juste), O. ✠, Inspecteur général des Monuments historiques.

PERRENS (François-Tommy), O. ✠, I. ❀, Inspecteur général honoraire de l'Université.

COUSIN (Jules), ✠, Conservateur honoraire de la Bibliothèque et des Collections historiques de la Ville de Paris.

DEPASSE (Hector), Directeur de la Prévoyance et de l'Assurance sociales au Ministère du Commerce et de l'Industrie.

LONGNON (Auguste), ✠, ❀, Membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Professeur au Collège de France.

MEMBRES ADJOINTS AVEC VOIX CONSULTATIVE.

MM. LE VAYER (Paul-Marie-Victor), I. ❀, Conservateur de la Bibliothèque et des Collections historiques de la Ville de Paris.

BONNARDOT (François), I. ❀, Commis principal au Service des travaux historiques.

RODOUAN (Marcel), ❀, Commis principal au Service des travaux historiques, *Secrétaire adjoint.*

AVERTISSEMENT.

L'histoire de la Faculté de Décret de l'Université de Paris au moyen âge mérite une étude spéciale. La suppression de l'enseignement du droit romain au moment même où les études juridiques passionnaient tous les esprits, l'organisation d'un enseignement consacré au seul droit canonique sont des événements trop considérables dans l'histoire de l'enseignement pour qu'il soit nécessaire d'en faire ressortir ici la portée. Cette histoire de l'enseignement du droit à Paris et de la Faculté de Décret trouvera sa place dans une *Introduction générale* qui sera placée en tête de cette publication et formera la première partie du tome Ier.

Dans cet avertissement notre but est plus modeste; nous voulons seulement indiquer la nature des documents publiés et l'intérêt qu'ils présentent.

Les textes sur les anciennes universités ne manquent pas, mais il est rare de rencontrer un ensemble complet de documents sur une université ou sur une faculté. Or, pour la Faculté de Décret de l'Université de Paris, on a cette bonne fortune de pouvoir publier un ensemble à peu près complet de textes sur sa vie intérieure. En effet, on possède, pour le XVe siècle, les statuts de la Faculté, ses délibérations, les procès-verbaux des collations de grades ainsi que les mentions des harangues, enfin les attestations des lectures faites par les bacheliers pour devenir licenciés, lectures qui font connaître une partie intéressante du programme d'enseignement et de l'organisation des études.

Quelques indications sont nécessaires sur ces documents et sur le mode de publication adopté.

Les statuts de la Faculté de Décret au XVe siècle ne sont qu'une compilation dans laquelle on a amalgamé la plupart des statuts antérieurs et dont la formation sera étudiée avec soin dans l'*Introduction générale*. Ils se trouvent dans un manuscrit du XVe siècle de la bibliothèque de sir Thomas Philipps à Cheltenham (n° 2863). Une copie faite au XVIIIe siècle, avant que l'original eût été vendu en Angleterre, est actuellement à la bibliothèque de l'Arsenal,

IMPRIMERIE NATIONALE.

à Paris (ms. n° 1121). Quant aux délibérations, aux procès-verbaux des admissions aux grades et aux attestations des lectures des bacheliers, on les trouve dans deux manuscrits in-folio de la bibliothèque de la Faculté de Droit de Paris. Ce sont les deux plus anciens des registres connus de la Faculté de Décret qu'on désigne sous le titre de *Memoralia* ou *Acta Facultatis decretorum Universitatis Parisiensis.*

En présence de ces documents de nature diverse et de différentes provenances, quelques hésitations étaient possibles sur l'ordre à suivre dans la publication. Fallait-il publier, les unes à la suite des autres, toutes les délibérations, puis toutes les réceptions aux grades, enfin les attestations des lectures, ou les grouper par décanats? La Commission a approuvé ce dernier projet et fixé de la manière suivante l'ordre de la publication, qui doit comprendre trois volumes.

Le tome Ier sera divisé en deux sections, dont la première ne paraîtra qu'à la fin de la publication, et contiendra l'*Introduction générale;* la seconde contiendra l'ensemble des documents dans l'ordre suivant : 1° sous le titre de Préliminaires, les textes les plus importants relatifs à l'enseignement du droit à Paris avant le XVe siècle; 2° les statuts généraux de la Faculté de Décret à la fin du XVe siècle; 3° les Délibérations, Collation des grades, Harangues et Lectures des bacheliers, publiées année par année depuis le décanat de Livin Nivelin (1415) jusqu'à celui de Guillaume, abbé de Cormeilles (nov. 1433-nov. 1434) inclusivement. Les tomes II et III contiendront la suite des *Délibérations, Collation des grades, Harangues* et *Lectures des bacheliers*, publiées dans le même ordre jusqu'en 1499 inclusivement.

On ne saurait faire ressortir ici, et en quelques lignes, l'intérêt de ces documents; mais on peut dire qu'à côté de l'importance spéciale qu'ils présentent au point de vue de l'enseignement du droit, ils ont encore une valeur réelle pour l'histoire des familles parisiennes et pour celle d'un certain nombre de personnages qui vinrent en France à la suite de l'occupation anglaise.

Le nombre des personnes mentionnées est assez considérable, mais on remarquera que les *Acta Facultatis decretorum* ne contiennent que des noms de gradués. Les simples étudiants ou *scolares* n'y figurent pas. Peut-être aurait-il été possible de donner certaines listes de *scolares*, en recherchant, à Rome, les *rotuli* adressés aux papes du XVe siècle par la Faculté de Décret; mais ces listes n'auraient pu être fournies année par année; en outre, on sait combien sont difficiles, pour ne pas dire impossibles, les recherches de cette

nature pour le xve siècle; enfin on ne doit pas oublier que nous n'avons pas la prétention de publier tous les documents qui peuvent exister sur la Faculté de Décret, mais seulement ceux qui se trouvent dans les manuscrits indiqués.

L'établissement du nom exact des personnes mentionnées a présenté de réelles difficultés, d'abord parce que le manuscrit est souvent illisible, ensuite parce que les scribes ne suivaient pas toujours la même orthographe pour un même nom. De même pour les noms de lieux, l'écriture souvent très difficile du manuscrit a empêché d'identifier certaines localités ou certains prieurés. Nous y avons remédié dans la mesure du possible en renvoyant souvent aux citations précédentes des mêmes noms.

En terminant cet avertissement, je tiens à remercier tout spécialement les personnes qui se sont intéressées à cette publication et qui m'ont si obligeamment aidé par leurs conseils et leurs recherches personnelles : tout d'abord M. Eugène de Rozière, qui a bien voulu accepter la charge de commissaire responsable; ensuite M. Poubelle, préfet de la Seine, et le Service des travaux historiques de la ville de Paris, dont les chefs, M. Renaud et M. Le Vayer, se mettent toujours avec tant d'affabilité à la disposition des auteurs; enfin M. Colmet de Santerre, doyen de la Faculté de droit de Paris, et M. Paul Viollet, bibliothécaire de la Faculté de droit de Paris, qui m'ont accordé les plus grandes facilités pour consulter et étudier les manuscrits déposés à la bibliothèque de la Faculté de droit.

Paris, le 1er mars 1895.

MARCEL FOURNIER.

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE

L'UNIVERSITÉ DE PARIS AU XVE SIÈCLE.

PRÉLIMINAIRES.

PRINCIPAUX STATUTS ET DOCUMENTS RELATIFS À LA FACULTÉ DE DÉCRET ANTÉRIEURS AUX STATUTS GÉNERAUX DE LA FIN DU XVe SIÈCLE [1].

1. 1219, 16 novembre. — Bulle d'Honorius III qui interdit l'enseignement du droit romain à Paris, renouvelle la défense faite aux réguliers par le IVe concile de Latran d'étudier le droit civil ou la médecine et étend cette prohibition à tous les clercs qui possèdent des « personatus » ainsi qu'à tous les « presbyteri » [2].

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo Parisiensi et ceteris ecclesiarum prelatis et capitulis in civitate ac diocesi Parisiensi constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Super speculam Domini licet immeriti constituti, dum diligenter multo intuitu contemplamur statum ecclesie generalis, dolemus plurimum et tristamur quod, cum albe sint regiones ad messem plurimam et operarii sint perpauci, plerique vigiles, qui tenentur custodire Domini vineam, dormiunt sompnum suum nec zizania nimium excrescentia in manipulos ad comburendum colligunt, quamvis ea jugiter superseminet inimicus,

[1] Il serait inutile de publier ici tous les documents dans lesquels on peut trouver une mention quelconque sur l'enseignement du droit à Paris avant le XVe siècle. On trouvera ces indications pour le XIIIe et le XIVe, soit dans l'*Historia Univ. Paris.* de Du Boulay, soit dans l'*Index chronologicus* de Jourdain, soit dans le *Chartularium Univers. Paris.* du P. Denifle. Je ne m'occupe ni de discuter des questions de personnes, ni de dresser la liste des maîtres parisiens; je n'ai aucune prétention à être complet. Je me borne à indiquer ou à publier les textes que je crois nécessaires pour suivre la marche de l'enseignement du droit à Paris avant le XVe siècle, et pour faire connaître les usages de la Faculté de décret ainsi que les sources de ses statuts généraux de la fin du XVe siècle.

[2] Cette bulle est trop importante pour l'histoire de l'enseignement du droit à Paris pour ne pas être publiée intégralement. Quant à la question de savoir comment le droit romain et même le droit canon furent enseignés à Paris avant la prohibition d'Honorius III, ce n'est pas ici le lieu de la discuter; ce sera un des points principaux de l'Introduction. Les textes sont rares et peu explicites. Je renvoie sur ce point : 1° au *Chartularium* du P. Denifle, I, *Pars introductoria*, n°s 1, 8, 19, 22, 24-27, 41-47 et 54, et *Pars prima*, n°s 8 et 20; 2° à mon article : *L'Église et le droit romain au XIIIe siècle à propos de l'interprétation de la bulle « Super speculam » d'Honorius III*, dans la *Nouv. Rev. histor. de droit fr.*, 1890, p. 80; 3° à la *Note sur une bulle d'Honorius III* de M. Ad. Tardif, dans la *Nouv. Revue histor. de droit français*, 1880, p. 291.

IMPRIMERIE NATIONALE.

cumque lactens et parvulus deficiat in plateis, vix est qui frangat panem parvulis, aut propinet sitientibus aquam sapientie salutaris, eo quod modica est in terra scientia Domini; quia plures velut illusores filii accepta non modica portione substantie Jesu Christi comparant sibi de ipsa siliquas vacuas et sonoras, que non satiant, et aquam auriunt cum situla Samaritane de puteo vel torrente aquarum infidelium, que sitim idropici non relevant, set irritant. Tales equidem ortum conclusum, cui non communicat alienus, ubi fons est et puteus aquarum viventium, deserentes ac fodientes sibi cisternas, que aquam non prevalent continere, quasi non invenientes pascua, fastidito manna, dum suspirant ad Egypti allia et pepones, currunt ad scientias lucrativas, statuentes in terram suos oculos declinare. Ut igitur per increpationes validas, tamquam per patris verbera, filii aberrantes ad matris ubera revocati, velut pulli aquilarum queant expeditius advolare ac inoffense atque libentius velint et valeant currere in odorem flagrantis gratie Christi, ad auriendum aquas vivas in gaudio de fontibus Salvatoris, quosdam obices amovere cupimus huic itineri obsistentes, et necessaria quedam annectere hiis, que ab antecessoribus nostris edita sunt ab olim ad propagationem propaginis vitis vere. Cum itaque de singulis provinciis puelle speciose ac virgines pro rege Assuero, qui beatitudo dicitur, per ancillas queri debeant et adduci ad arcem et menia civitatis, et per manum Aggei mundum muliebrem accipere, necessariorum videlicet fulcimenta, volumus et mandamus, ut statutum in concilio generali de magistris theologis per singulas metropoles statuendis inviolabiliter observetur, decernentes insuper de consilio fratrum nostrorum ac districte precipiendo mandantes, ut quia super hoc propter raritatem magistrorum se possent aliqui forsitan excusare, ab ecclesiarum prelatis et capitulis ad theologice professionis studium aliqui docibiles destinentur, qui cum docti fuerint, in Dei ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti, ex quibus postmodum copia possit haberi doctorum, qui velut stelle in perpetuas eternitates mansuri ad justitiam valeant erudire; quibus si proprii proventus ecclesiastici non sufficiunt, predicti necessaria subministrent: docentes vero in theologica facultate, dum in scolis docuerint, et studentes in ipsa integre per annos quinque percipiant de licentia sedis apostolice proventus prebendarum et beneficiorum suorum, non obstante aliqua contraria consuetudine vel statuto, cum denario fraudari non debeant in vinea Domini operantes. Hoc autem inconcusse volumus observari, firmiter disponentes, quod feriamus pena debita transgressores. Sane, licet fallax sit gratia ceterarum scientiarum et vana etiam pulchritudo, cum frumentum electorum et vinum germinans virgines juxta prophetam sit bonum super omnia et sit pulchrum, quia tamen regulares quidam claustrale silentium et legem Domini animas convertentem et sapientiam dantem parvulis, quam super aurum et topation amare debuerant, respuentes, abeunt post vestigia gregum et illicite se convertunt ad pedissequas amplectendas, que plausum desiderant populorum, contra hujusmodi presumptores, exeuntes ad audiendum leges vel physicam, felicis memorie A. predecessor noster olim statuit in concilio Turonensi «ut nisi infra duorum mentium spatium ad claustrum redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur et in nulla causa, si patrocinium prestare voluerint, audiantur. Reversi autem in choro, capitulo, mensa et ceteris ultimi fratrum existant, et, nisi forte ex misericordia sedis apostolice, totius spem promotionis amittant». Verum quia nonnulli ex talibus propter quorumdam opiniones diversas excusationis aliquid assumebant, nos, volentes ut tales de cetero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, districte pre-

cipiendo mandamus, quatinus tam a diocesanis et capitulis ipsorum quam etiam a ceteris episcopis in quorum diocesibus in hujusmodi student tales, sublato appellationis obstaculo, excommunicati et predictis penis obnoxii publice nuntientur. Quia vero theologie cupimus studium ampliari, ut dilatato tentorii sui loco funiculos suos fiat longiores, et sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex adverso, ad archidiaconos, decanos, prepositos, plebanos, cantores et alios clericos personatus habentes, nec non et presbyteros, nisi ab hiis infra spatium prescriptum destiterint, hec extendi volumus, et appellatione postposita inviolabiliter observari. Nam, cum sint multi caupones aquam vino miscentes, qui non solum involvere falsa veris, set etiam diem in noctem vertere moliuntur, in firmamento celi plantare luminaria dividentia diem a nocte valide affectamus, summopere satagentes, ut ad capiendum vulpes parvulas que demoliuntur vineas bonorum habeamus copiam venatorum, qui manum mittentes ad fortia contra perversos fidei sint potentes opere ac sermone, hic vestiti duplicibus, ut mereantur duplicia possidere, cum redibunt in die novissimo, ad judicandum cum terre senatoribus concessuri. Porro cum argentum alibi habeat venarum suarum principia quam unde ferrum tollitur, et auro locus in quo confletur sit jamdudum Parisius deputatus, ubi turris David cum suis propugnaculis construi consuevit, ex qua dependent non solum mille clypei, set omnis fere armatura fortium, dum indesinenter exinde fortes ex fortissimis prodeunt, tenentes gladios et ad bella doctissimi, qui ambiunt per orbem undique lectulum Salomonis, quidam suis divitiis invidentes dicere videntur patri : quid generas? et matri : quid parturis? dum secus altare plantare lucum et ancillam heredem sue domine gestiunt subrogare, quanquam ancille filius cum filio libere non debeat heres esse. Currunt enim illuc quidam improbi cum traditionibus secularium principum, quasi rarefacere velint ibi fabrum ferrarium, acuentem gladium aut lanceam, vomerem vel ligonem; et cum in locis plurimis plures habeant sui studii professores, ultro ingerunt filiorum oculis merces suas, ut, ipsarum allecti phaleris et dulcedine provocati, a matris pulchritudine ac sapidis uberibus abstrahantur, non attendentes quod coangustatum est illic stratum et fere artus est locus ibidem filiis prophetarum. Sane licet sancta ecclesia legum secularium non respuat famulatum, que satis equitatis et justitie vestigia imitantur, quia tamen in Francia et nonnullis provinciis laici Romanorum imperatorum legibus non utuntur, et occurrunt raro ecclesiastice cause tales que non possent statutis canonicis expediri, ut plenius sacre pagine insistatur et discipuli Elysei liberius juxta fluenta plenissima resideant ut columbe, dum in januis scolas non invenerint, ad quas divaricare valeant pedes suos, firmiter interdicimus et districtius inhibemus, ne Parisius vel in civitatibus seu aliis locis vicinis quisquam docere vel audire jus civile presumat, et qui contra fecerit non solum a causarum patrociniis interim excludatur, verum etiam per episcopum loci appellatione postposita excommunicationis vinculo innodetur. Vos autem, fratres et filii, sic diligentius prescripta servetis et faciatis studiosius ab aliis observari : quod veri amici sponsi possitis merito comprobari, dum paranimphos suos erudiendos ad epythalamica carmina curaveritis promovere. Dat. Viterbii XVI kal. Decembris, pontificatus nostri anno quarto

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, III, 96; Jourdain, *Index*, n° 21; Denifle, *Chartul. Univ. Paris.*, I, n° 32.

---

2. 1228, 7 juillet. — Bulle de Grégoire IX aux maîtres en théologie de Paris, «ne ad mundanam scientiam declinent, nec verbum Dei philosophorum figmentis adulterent»[1].

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, III, 129; Denifle, *Chartularium Univ. Paris*, I, n° 59.

---

3. 1231, 13 avril. — Bulle de Grégoire IX aux maîtres et étudiants de Paris qui prescrit l'observation des statuts sur la collation de la licence et sur les lectures des Facultés des arts et de théologie[2].

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, III, 140; Jourdain, *Index*, n° 36; Denifle, *Chartul. Univ. Paris.*, I, n° 79.

---

4. 1251, 19-24 juin. — Serments faits à la reine Blanche par les habitants et par les maîtres et étudiants de Paris pour rétablir la paix dans la ville[3].

Anno Domini M°CC° quinquagesimo primo, die lune ante Nativitatem Beati Johannis Baptiste, Parisius, in presentia B., Dei gratia Francorum regine illustris, Philippi, archiepiscopi Bituricensis, J. Ebroicensis episcopi, domini Stephani de Sacro Cesare, domini Gaufredi de Capella, Francie panetarii, domini Petri de Ernancuria, domini Almauri de

[1] Ce texte doit être rapproché de la bulle *Super speculam* pour être bien compris. Il révèle les tendances de l'Église et du clergé à l'égard du droit en général et spécialement du droit romain. On devra également comparer à cette bulle le texte publié au n° 57 du *Chartularium* : 1228, mai. — *Constitutio ord. Præd. in capitulo generalissimo sub magistro Jordano Parisiis edita de studiis in ordine*, § 3 : «In libris gentilium et philosophorum non studeant, etsi ad horam inspiciant. Seculares scientias non addiscant, nec etiam artes quas liberales vocant, nisi aliquando circa aliquos magister ordinis vel capitulum generale voluerit aliter dispensare, sed tantum libros theologicos tam juvenes quam alii legant.»

[2] Cette bulle fut confirmée le 7 septembre 1237. (Voy. *Chartularium*, I, n° 117.) On la désigne sous le nom de bulle *Parens scientiarum*. C'est un document capital pour l'Université de Paris, et même pour les universités de province, auxquelles le régime de la bulle fut étendu; mais il est à remarquer que, dans un texte de cette importance, il est à peine question des études de droit. Le pape cite simplement la Faculté de décret à propos de la collation de la licence, mais il se désintéresse des études juridiques dans le reste du document; ce qui indique qu'on ne songeait pas à favoriser l'enseignement du droit à Paris.

[3] Ce document a un intérêt particulier. On voudrait en tirer la preuve que l'étude du droit romain subsista à Paris après la prohibition d'Honorius III. Ce n'est pas ici le lieu de discuter la question. Je me borne à reproduire ce que dit le P. Denifle dans la préface du *Chartularium*, I, p. XXVIII : «Memoratu dignum est etiam anno 1251 nominari baccalarios leges legentes.» J'ajoute que le mot *leges*, restitué par le P. Denifle, n'est donné ni par tous les manuscrits ni par tous les éditeurs. N'y a-t-il pas là une erreur de copiste mal informé, car le mot *leges* a été superposé après coup dans le texte? Il paraît bien difficile d'admettre qu'un enseignement du droit romain ait subsisté, puisqu'il n'en est jamais question dans les textes les plus importants et les plus significatifs, tels que la bulle *Parens scientiarum* du 13 avril 1251 (*Chartularium*, n° 79) et les documents relatifs à la condamnation du Talmud, dans lesquels on fait mention de la délibération de la Faculté de décret et des docteurs en décret, au nombre de quatorze, sans citer un seul *doctor legum* (*ibid.*, n°s 173 et 178), etc. (Voy. aussi ce que je dis plus bas en note, p. 8, note 3; p. 16, note, et p. 19, note 3.)

Meuduno, magistri Guillermi de Senonis, Stephani, decani Beati Aniani Aurelianensis, et multorum aliorum, militum, clericorum et aliorum, fecerunt cives Parisienses tale juramentum, quod servabunt pacem ville bona fide pro posse suo de omnibus gentibus quantum ad omnes gentes tam clericos quam laicos, et quod illi vel illis quem vel quos domina regina dimittet in custodia ville, obedient quantum ad servandum pacem predictam et ad faciendum justitiam, si opus fuerit; et quod, si aliquod maleficium fieret in villa, non subtrahent quin possent perhibere testimonium veritati, nisi in videndo posset eis corporis periculum iminere; et quod dicent veritatem de maleficiis, quando fuerint requisiti; et quod malefactores et turbatores pacis nominabunt in secreto illi vel illis, qui villam ex parte domine regine custodient.

Universitas magistrorum Parisiensium, eisdem die et anno, fecit legi coram domina regina hujusmodi scriptum, et promiserunt quod juramenta, de quibus in eo fit mentio, a magistris et scolaribus facerent renovari et jurari, quod servarent pacem ville bona fide pro posse suo de omnibus gentibus quantum ad omnes gentes tam clericos quam laicos; quod factum fuit eadem septimana, quod scriptum sic incipit :

Provisum est pro communi utilitate totius studii Parisiensis, quod universi studentes Parisius, tam magistri quam scolares in theologia, decretis, medicina, artibus et grammatica, per sacramentum obligabuntur, quod omnes tam clericos quam laicos, tam viros quam feminas, ex quorum mala vita pax et studium studentium in predictis Facultatibus impeditur [vel impediri poterit], revelabunt in secreto episcopo Parisiensi vel ejus officiali seu cancellario infra octo dies, si potuerint, postquam sciverint. Qui... episcopus..., officialis, ... cancellarius bona fide promittent, quod nulli personas nominantes vel denuntiantes revelabunt seu manifestabunt.

Item, provisum est, quod quilibet regens in predictis Facultatibus sit per predictum sacramentum obligatus, quod nullum diffamatum de melleia frequenti, raptorem mulierum, fractorem hospitiorum, de nocte errabundum, furem, latronem publicum, homicidam, petet tamquam scolarem liberari, si contigerit eum capi a preposito Parisiensi vel ejus mandato vel ab episcopo, nisi bona fide credat eum modo quo petit liberari eum esse liberandum. Si quis vero seu magister seu scolaris ad predicta per juramentum in publico se noluerit obligare, non reputabitur esse de Universitate, nec beneficiis Universitatis gaudebit. Bachelarii vero decretales *et leges* legentes se speciali juramento obligabunt, quod sacramentum recipient ab illis qui eos audient secundum formam superius annotatam. Et quicumque jurare noluerit, non recipietur ab eis in scolis super hoc ab eisdem bachelariis de ipsis non recipiendis prestito juramento. Qui etiam auditores *legum* vel decretalium nec etiam alii, nisi alicujus magistri actu regentis bis ad minus in septimana scolas intraverint, scolares nullatenus reputantur, et si eos capi contigerit, nec per aliquem magistrum, nec per Universitatem repetentur. Ad hec autem facienda obligabuntur bedelli tam communes quam speciales, cujuscunque fuerint Facultatis, proprio juramento.

Modus autem repetendi scolares captos talis erit apud magistros artium, quod magister scolaris capti cum duobus magistris regentibus, quibus constet quod sit scolaris, accedet ad prepositum, et scolarem suum repetet, qui si reddere denegaverit, dictus magister significabit hoc rectori Universitatis, et tunc rector cum nomine Universitatis repetet. Et si prepositus eum reddere noluerit rectori, tunc recurret rector ad cancellarium, et pos-

tremo ad episcopum vel officialem ejusdem. In aliis autem Facultatibus unusquisque magister scolarem suum repetet per se, si necesse fuerit. Publicabitur et innovabitur forma ista per scolas ad minus bis in anno, videlicet circa festum Omnium Sanctorum et circa carnisprivium.

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, III, 240; Jourdain, *Index*, n° 88; Denifle, *Chartul. Univ. Paris.*, I, n° 197.

---

5. 1253, 12 octobre, ou 1254, 27 avril. — Bulle d'Innocent IV sur la suppression de l'enseignement du droit romain[1].

Innocentius quartus omnibus prelatis in regno Francie, Anglie, Scotie, Wallie, Hispanie et Hungarie constitutis. Super specula. *Et infra.* Dolentes recolimus, qualiter quondam pia ac sancta clericorum plantatio, sue prime honestatis oblita, a summo sanctitatis culmine ad ima descendit vitiorum. Crebris quippe relatis aures nostras abhorrenda fama circumstrepit et inculcat assidue, quod relictis quinimo procul et abjectis philosophicis disciplinis, ut ad presens de divina scientia taceamus, tota clericorum multitudo ad audiendas seculares leges concurrit, et, quod magis est divini animadversione dignum judicii, nunc in plerisque mundi climatibus ad ecclesiasticas dignitates, honores, vel prebendas nullus assumitur a prelatis, nisi qui vel secularis scientie professor vel advocatus existat, cum tales a talibus, nisi alia suffragarentur eisdem, essent potius repellendi, maxime cum philosophie alumpni, in ejusdem gremio tam tenerrime educati, tam diligentissime imbuti, tam excellentissime promti et edocti, pre victus et vestitus penuria conspectum hominum cogantur fugere huc et illuc, tanquam noctue latitantes : et advocati nostri, immo diaboli, equis faleratis purpurati insidentes in fulgore auri, in candore argenti, in nitore gemmarum, in olosericis, stupentem reverberantes solem, se non crucifixi vicarios, sed heredes Luciferi pretendentes, quocunque ingrediantur de se spectaculum facientes, laicorum indignationem et odium contra se, immo, quod magis est dolendum, contra totam Dei ecclesiam provocant et incurrunt. Dicunt enim laici : « Ecce homines qui non posuerunt Deum adjutorem suum, sed in multitudine divitiarum suarum gloriantur », quod ani-

[1] Ce document a donné lieu à de vives controverses, qui ne sont pas encore terminées. Si le texte est certainement conforme à la tendance de l'Église et du clergé à l'égard du droit romain, il paraît certain que ce n'est pas une bulle d'Innocent IV. Voy. sur ce point : Denifle, *Chartularium*, I, p. 263, et *Die Universitäten...*, I, p. xxv; M. Fournier, *L'Église et le droit romain au XIIIe siècle à propos de l'interprétation de la bulle « Super speculam »...*, dans la *Nouv. Rev. hist. de droit français*, 1892, p. 80; Digard, *La papauté et l'étude du droit romain au XIIIe siècle à propos de la fausse bulle d'Innocent IV (Dolentes)*, dans la *Bibl. de l'École des chartes*, 1890, p. 382, et ma réponse, *L'enseignement du droit dans l'Université de Paris*, dans la *Nouv. Rev. hist. de droit français*, 1891, p. 129. Je crois qu'il est bon, pour l'interprétation du texte, de le rapprocher de certains documents publiés dans le *Chartularium*, qui prouvent la permanence d'une tendance hostile du clergé à l'égard du droit et des sciences autres que la théologie et les arts. (Voy. Denifle, *Pars prima*, n°s 131, 133, 146, 148, 149, 151, 172, 173, 178, 230, 296.) — Il est également nécessaire de comparer avec ce texte celui qu'a publié le P. Denifle, I, n° 424, sous la cote suivante : 1227-1268. — *Summus Pontifex prohibet ne religiosi, objectu suo habitu, leges et physicam in scholis audiant, magistrosque eosdem doceant.*

morum elationes et gestus incompositi satis comprobant et ostendunt. Videtur siquidem adimpletum, quod pagani presagio oculi fuerat figuratum :

Omnia nature prepostera legibus ibunt.

Non sic habenda fides. Nec mirum. Servit enim Sara, et Agar imperat. Affliguntur liberi, et servi optinent principatum. Volentes igitur tante insolentie morbo necessariam adhibere medelam, ut plenius et perfectius theologie studio insistatur, que directe iter ostendit salutis, vel saltem philosophicis disciplinis, que, etsi pietate careant, tamen dirigunt ad sciendum et cupiditatis reddunt extorrem, que et omnium malorum radix et idolorum servitus perhibetur : hac irrefragabili constitutione statuimus, ut nullus decetero secularium legum professor seu advocatus, quocunque in legum Facultate singularis gaudeat preminentie privilegio speciali, ad ecclesiasticas dignitates, personatus, prebendas seu etiam minora beneficia assumatur, nisi in aliis liberalibus disciplinis sit expertus et vita et moribus commendatus existat, cum per tales et ecclesie deturpetur honestas, et sanctitas exulet, et fastus et cupiditas ita regnent, quod in cunctis sui lateribus gravem dolorem sentiat mater ecclesia, admirandis ulceribus sauciata. Si qui vero prelatorum contra hoc statutum salubre presumptione dampnabili aliquid attemptaverint, factum suum noverint ipso jure [irritum] et se illa vice potestate conferendi privatos; et si presumptionem iteraverint, penam divortii a prelaturis suis poterunt formidare. Preterea, cum in Francie, Anglie, Scotie, Wallie, Hispanie et Hungarie regnis cause laicorum non imperatoriis legibus, sed laicorum consuetudinibus decidantur, et cum ecclesiastice sanctorum patrum constitutionibus valeant terminari, et tam canones quam consuetudines plus confundantur legibus quam juventur, precipue propter nequitiam : fratrum nostrorum et aliorum religiosorum consilio et rogatu statuimus, quod in predictis regnis leges seculares decetero non legantur, si tamen hoc de regum et principum processerit voluntate; primo tamen statuto semper et irrefragabiliter in suo robore duraturo. Datum Rome.

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, III, 265; Jourdain, *Index*, n° 113; Denifle, *Chartul. Univ. Paris.*, I, n° 235.

---

6. 1271-1272. — Accord entre le chancelier Jean et la Faculté de décret sur l'usage du sceau de la Faculté.

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, I, n° 446.

---

7. 1276, 2 septembre. — Statut de l'Université de Paris qui défend aux maîtres et aux bacheliers de lire « in locis privatis », sauf aux maîtres de grammaire et de logique [1].

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, III, 430; Jourdain, *Index*, n° 246; Denifle, *Chartul. Univ. Paris.*, I, n° 468.

[1] Ce texte ne vise pas spécialement l'enseignement du droit, mais il est intéressant parce qu'il se trouve en contradiction avec certaines faveurs pontificales, qui n'ont peut-être pas l'importance qu'on pourrait croire. Je fais allusion à la bulle de Clément V du 2 juillet 1307, qui accorde au doyen de Paris *ut Parisiis in suo hospitio cum duobus aliis leges audire valeat.* (Voy. plus bas n° 10.)

8. 1289, 1er mai. — Statut du Chapitre général de Cluny sur les moines étudiants à Paris et sur la défense pour eux d'étudier le droit sans permission spéciale[1].

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 517.

---

9. 1301, 13 avril. — Statut du Chapitre général de Cluny qui décide que les moines de Cluny ne pourront pas étudier le droit canon à Paris[2].

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 1186.

---

10. 1307, 2 juin. — Bulle de Clément V au doyen de Paris pour l'autoriser à enseigner chez lui le droit civil[3].

Dilecto filio Rogerio de Arminiaco, decano et canonico Parisiensi. Cupientes ut in sortem Domini evocati moribus et scientia informentur, libenter ad hoc eis cum expedit favorem apostolicum exhibemus. Cum itaque, sicut asseris, cupias equum discernere ab

[1] Ce texte fournit une indication qui vient confirmer l'existence dans le clergé d'une tendance hostile au droit en général. Voici la décision prise par le chapitre de Cluny : «Item, ut alias diffinitum est, ne aliquis monachus nostri ordinis in jure Parisius studeat sine licentia speciali domini abbatis Cluniacensis, de qua fidem faciat priori scolarium.» — On remarquera que la prohibition vise même l'étude du droit canon.

Dans les *Constitutiones ordinis Minorum de studiis et studentibus Parisius*, rédigées à la même époque (1292-1297), on retrouve la même prohibition. Voy. Denifle, *Chartularium*, II, n° 580 : «Jura vero et philosophica in scolis theologie ab eodem lectore et eodem tempore non legantur, sed alibi et alias ubi fuerit opportunum.»

De même, d'après une note du P. Denifle, II, n° 564, on doit admettre que l'étude du droit était sévèrement interdite dans l'ordre de Cîteaux ; *Chartularium*, II, p. 39 : «Theologiæ studium tantummodo permittebatur, et in Capit. gen. an. 1318 inhibitum est *sub pena expulsionis a studio immediate ferenda a provisore studii, ne ad audiendum aliam scientiam preterquam theologiam limites studiorum ordinis exeant* (Bibl. nat., Paris., ms. lat. 10894, fol. 122 v°). Simile statutum occurrit an. 1322, 1330 (expresse prohibetur in studiis solemnibus legere vel audire jura civilia vel canonica). *Ibid.*, fol. 131, 146.» (Voy. aussi plus bas n° 14.)

[2] Ce texte concorde avec les textes indiqués aux n°s 7 et 8. Il prouve que les ordres monastiques étaient loin de favoriser l'étude du droit canon à Paris : «Ordinamus et precipimus quod nullus studeat amodo in jure canonico sine nostra aut successorum nostrorum licentia speciali, nisi in altero de locis infrascriptis, videlicet Aurelianis, Tholose, et Montispessulani, et in Avignione. Et morentur dicti studentes insimul et non divisim, nisi sit de nostra licentia speciali.»

[3] Ce texte devait être publié intégralement, car il est en opposition formelle avec la bulle d'Honorius III. J'ai déjà fait remarquer, p. 7, note, que cette concession pontificale se trouve en outre en contradiction avec le statut de l'Université du 2 septembre 1276, qui défend aux bacheliers et aux maîtres de lire *in locis privatis*, sauf pour les maîtres d'éloquence et de grammaire. On a cherché à tirer de ce statut des conclusions peut-être exagérées. Même après l'octroi de ces lettres, il resterait à prouver que le doyen Roger enseigna réellement. En tout cas, on ne peut pas, pour prouver l'existence d'un enseignement du droit romain à Paris, tirer argument de ce que beaucoup de *legum doctores* habitaient cette ville. (Voy. Denifle, *Chartularium*, II, p. 122, et ce que j'ai dit plus haut, p. 6, note, ainsi que les notes placées sous les n°s 18, 19, 23 et 24.)

iniquo, ut per hoc in hiis que egeris te non contingat a via rectitudinis deviare : nos, tuis supplicationibus inclinati, volentes super hoc annuere favorabiliter votis tuis, et nichilominus etiam aliis in hac parte obtentu tui existere gratiosi, ut tu, qui ex dispensatione nostra in Parisiensi decanatum, et in Agennensi archidiaconatum ecclesiis, ac de Rumbuo et de Blasiecco prioratus, Auxitane et Agennensis diocesum, qui personatus vel dignitates existunt, obtinerere dinosceris, et in Andegavensi ecclesia personatum vel dignitatem expectas, in eadem Parisiensi ecclesia, prout teneris, residentiam faciens personalem, possis ibidem in hospitio tuo, et dilectus filius Guillelmus de Cardalhaco, archidiaconus Sociensis in ecclesia Auxitana ordinis Sancti Augustini, et unicus alius de clericis tuis domesticis, dummundo presbyter vel regularis non existat, tecum valeant ab uno vel pluribus doctore seu doctoribus, quem vel quos successive duxeris eligendos, audire, et quod hujusmodi electus vel electi tibi et eidem archidiacono, ac hujusmodi clerico tuo legere ac docere valeant, ac tu etiam cum tibi videbitur predictis archidiacono et alii tuo clerico legere valeas, ipsique a te audire possint licite ac libere leges, qualibet constitutione vel privilegio apostolice sedis, seu quibuslibet statutis et consuetudinibus ejusdem ecclesie Parisiensis super hoc quovis modo in contrarium editis, etiamsi statuta et consuetudines hujusmodi sint juramento, confirmatione sedis ejusdem vel quacumque alia firmitate vallata, nequaquam obstantibus, auctoritate tibi presentium indulgemus. Presentibus post triennum minime valituris.

Nulli.....

Dat. Legusiaci, Pictavensis diocesis, IIII non. Junii, anno secundo.

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 659.

---

11. 1323. — Laudes studii Parisiensis Johannis de Janduno : Cap. III de Facultate decretorum et decretalium[1].

In vico quem nominant clausum Brunelli, decretorum et decretalium lectores proficui in multitudine numerosa sua jura proponunt. Quorum quanta sit regendis ecclesiis opportunitas his diebus bene perpendunt illi qui capitulorum et curiarum tractandis et disceptandis negotiis sunt intenti. Radix namque omnium malorum, humana cupiditas, qua plerumque homo, inordinato utpote nimis intenso amore corporaliter afficitur ad se ipsum, ad tantam frequenter perducit iniquitatem judicium rationis, ut homo id quod suum non est, sed alterius, per fraudis aut violentie nequitiam sibi usurpare presumat. Hinc autem originantur mortales discordie; hinc oriuntur lites verbales; hinc injurie corporales exsurgunt. Quod animadvertentes viri demurgici, populorum regiminibus intendentes, ex communibus nature juribus per convenientes determinationes arctatis jura legalia seu leges proprias constituerunt, per quorum observantiam salutarem sponte veritatis aut judicis officio decisis litibus, sub pacis et quietis jocunditate, prout hujus mundi procellosus tumultus admittit,

[1] Je préciserai dans l'Introduction ce qu'étaient les écoles du clos Bruneau, qui étaient situées sur l'emplacement actuel des bâtiments inférieurs du collège Sainte-Barbe et dans la rue Saint-Jean-de-Beauvais.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Deus altissimus adoratur in terris. Hoc igitur, in quantum michi ad presens apparet, unum est ex illis ad que venerabiles decretorum ac decretalium professores insudant.

Taranne et Leroux de Lincy, *Bulletin du Comité de la langue, de l'histoire et des arts de la France*, Paris, 1857, in-8°, III, p. 510 et suiv.

---

12. 1326, 19 juillet. — Bulle de Jean XXII qui autorise « Henricus de Hispania » à étudier et à enseigner le droit civil à Paris[1].

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 855.

---

13. 1335-1370 (?). Statuts de la Faculté de décret sur les lectures[2].

STATUTA UNIVERSITATIS PARISIENSIS DE ORDINE LEGENDI.

Regulæ speciales pro qualibet Facultate.

Et primo pro theologis...

Sequitur pro canonistis.

Hic sequuntur alique consuetudines laudabiles sive statuta observata ab antiquo tempore in venerabili Facultate decretorum.

(1.) Primo sciendum est quod, in predicta venerabili Facultate, quando bachalarii licentiantur, in illa die quando licentiantur non legitur aliqua hora post prandium, nec in toto sequenti die, propter reverentiam eis debitam.

(2.) Item, nota quod bachalarii, qui faciunt proposita sua inter Pascha et festum Sancti Johannis Baptiste, tenentur iterum aliud propositum facere post festum Sancti Michaelis; secus, si fecerint in Quadragesima, vel ante, quia tunc non teneretur.

(3.) Item, nota quod, quando unus de doctoribus in decretis facit aliquod factum solemne, puta quia repetit aliquod decretum, legit in ortu solis, sicut in vigilia magni Pasche, cap. *Omnis utriusque, De penit. et remission.*[3]; vel in vigilia Pentecostes, vel in vigilia Natalis Domini, aliquam decretalem; tunc, post lecturam suam vel repetitionem suam, non legitur aliqua hora postea illa die in vico Brunelli.

(4.) Item, nota quod bachalarii in decretis non debent recipi ad bachalariatum, nec ad examen, nec ad dicendum harengam, nisi quando doctores legunt in decretis ordinarie.

(5.) Item, nota quod, quando fit unus doctor in decretis in vico Brunelli, in prima die, in qua sunt disputationes, non legitur ultra primam; nec etiam in die doctorizationis, nec per totum diem immediate sequentem post doctorizationem, propter reverentiam sibi debitam.

(6.) Item, nota quod, in omnibus festis, in quibus doctores consueverunt dare crastinam, in vigilia non legitur in nonis Nostre Domine in vico Brunelli, ut in pluribus.

[1] Ce document est intéressant à cause de la dérogation apportée par Jean XXII aux prescriptions d'Honorius III, et comporte les observations déjà faites au n° 10, p. 8, note 3.

[2] Ces statuts paraissent être les plus anciens qui concernent la Faculté de décret.

[3] Voy. p. 121, § 308 et 309, des indications plus complètes sur la lecture des *decretales solemnes*.

(7.) Item, nota quod, quando unus bachalarius novus vel antiquus facit propositum in vico Brunelli, in illa hora alii bachalarii non legunt, propter reverentiam societatis.

(8.) Item, nota quod nullus bachalarius in decretis potest facere harengam, nisi quando doctores legunt in decretis.

(9.) Item, nota quod bachalarii novi tenentur facere harengam suam post propositum suum, antequam legant, sed alii veteres non faciunt harengam post proposita sua.

(10.) Item, nota quod quilibet bachalarius in decretis, tam novus quam antiquus, tenetur ad minus facere unum propositum in anno, si velit legere Parisius; alias non tenetur.

(11.) Item, nota quod, quando post prandium non legitur in Biblia, tunc aliquotiens non pulsatur in Jacobitis pro nonis Sancti Jacobi; et tunc bachalarii in decretis legentes in illa hora debent legere sine expectatione pulsationis alicujus campane.

(12.) Item, nota quod, in quinque festis gloriose Virginis Marie, non legitur in nonis Nostre Domine in vico Brunelli. Et de quolibet festo faciunt decretiste crastinum, sed alii non.

(13.) Item, nota quod bachalarii in decretis legentes in nonis Sancti Jacobi, semper in diebus Veneris, in vigiliis Sanctorum, in jejuniis Quatuor Temporum, legunt illis diebus in tertiis.

(14.) Item, nota quod doctores non legunt in decretis diebus Jovis, propter missam Facultatis. Et si contingat quod aliquod festum eveniat in predicta die Jovis, tunc recuperant missam suam in una alia die illius hebdomade. Nec legunt illa die propter predictam missam seu recuperationem.

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, IV, 425; Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 1188.

---

14. 1335, 12 juillet. — Bulle de Benoit XII pour l'ordre de Cîteaux et spécialement sur l'organisation des études, dans laquelle il défend aux moines d'étudier le droit canon[1].

Benedictus... Ad perpetuam rei memoriam. Fulgens sicut stella...

In favorem itaque studii ejusdem theologie, ut ab alumnis ejusdem Ordinis studentibus

[1] On trouvera le texte complet de ce document dans le *Chartularium*. J'imprime seulement ici ce qui a trait à l'enseignement du droit. Le P. Denifle fait remarquer dans une note (II, 451) que la prohibition d'étudier le droit canon fut plusieurs fois renouvelée. C'est une remarque précieuse. Aussi est-il bon de reproduire la note entière : «Simile statutum pluries ab ordine editum est» (cf. supra n° 564, nota 3), et an. 1331 inhibebatur «ne aliquis in studiis solemnibus vel etiam in domibus ordinis quibuscumque intus vel extra jura civilia vel canonica presumat legere vel audire» (Bibl. nat., Paris, ms. lat. 10894, fol. 146); an. 1333, ne «monachi studentes in studiis ordinis extra ipsa studia jura canonica audire presumant, cum ex hoc sacre theologie studium realiter enervetur»: et, «ne studentes *extra* studia supradicta jura canonica presumant audire de cetero vel legere. Quod si audire presumpserint, eo ipso excommunicationis sententiam se noverint irretitos»; ibique additur «*infra* tamen septa dictorum studiorum audire vel legere dicta jura poterunt hora et tempore, et

illi ferventius intendatur, statuimus, ordinamus et prohibemus expresse, quod in nullo dictorum studiorum legantur vel audiantur jura canonica, nec etiam extra illa per aliquem studentium eorumdem; quod si quis contrarium attemptare presumpserit, sit eo ipso ad claustrum suum ab hujusmodi studio revocatus, nec cellararius dictorum studiorum ex tunc in aliquo illi provideat, sed incontinenti ad proprium monasterium remittatur, de transgressione ac inobedientia hujusmodi secundum arbitrium abbatis proprii puniendus...

Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, III id. Julii, pontificatus nostri anno I.

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 992.

---

15. 1336, 20 juin. — Bulle de Benoît XII pour l'ordre de Saint-Benoît, dans laquelle il traite de l'organisation des études et de l'enseignement du droit à Paris pour les moines de l'ordre [1].

Benedictus episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Summi magistri... Quia expedire dinoscitur ut postquam monachi, in scientiis primitivis eruditi fuerint, ad sacre theologie vel canonum transeant facultates, statuimus et ordinamus ut ecclesie, monasteria, prioratus et alia loca hujusmodi singula... de quolibet vicenario numero monachorum unum aptum pro fructu majoris scientie acquirendo ad generalia seu solemnia studia mittere teneantur, et cuilibet ipsorum mittendorum de infrascripta pensione annua providere... Magistro in theologia in studio generali legenti, sexaginta; baccalario nec non scolari theologo, quadraginta; doctori decretorum jura canonica in hujusmodi studio legenti, quinquaginta; baccalario vero seu scolari canoniste, triginta quinque

non aliter, quibus theologica lectio non poterit impediri» (ms. lat. 10894, fol. 154 v°); ut et in *Libello statutorum* an. 1317 statuebatur : «*extra* septa studii et ubicumque alias nullus de ordine audire vel legere jura presumat». Libellus desinit in ms. S. Petri Salisburg., a. V. 1. Prohibitio jura canonica audiendi et legendi in Capit. gener. anni 1334 repetebatur, et aliqui scholares in Tholosano studio commorantes inobedientes puniebantur (*ibid.*, fol. 160). At in Capitulo generali an. 1343, quantum ad ordinationem Benedicti XII statuebatur : «Cum in statutis papalibus omnibus professis ordinis sit totaliter interdictum, ne *in studiis ordinis* jura canonica legere vel audire presumpserint, et quidam ordinis monachi credant audire jura predicta in aliis studiis sibi foras licitum, et ad alia studia secularia se transferunt..., eapropter generale Capitulum volens eorum callide malitie imposterum obviare, ducit strictius inhibendum ne decetero quisquam abbas sive monachus audire vel legere eadem *in quibuscumque studiis*, vicis, civitatibus sive castris, presumat. Quod si quis fecerit, eo ipso excommunicationis sententia se noverit alligatum. Abbas autem qui licentiam talem conferre presumat, eadem existat innodatus ipso facto» (ms. latin 10894, fol. 208).

[1] Cette bulle, qui réglemente les études juridiques pour les moines de Saint-Benoît, est trop importante pour ne pas être publiée telle qu'on la trouve dans le *Chartularium*. Le P. Denifle fait remarquer, p. 465, note 1, que les décisions de la bulle furent étendues en 1339 aux chanoines réguliers (*Chartularium*, II, n° 1019), en 1348 à l'ordre de Granmont (*ibid.*, n° 1148[a]), en 1340 à l'ordre des Prémontrés (*ibid.*, n° 1160) et en 1356 aux Hospitaliers de Saint-Jean. (Voy. plus bas n° 22.) Dans la bulle de Benoît XII pour les Frères Mineurs, du 28 novembre 1336, il n'est pas question des études de droit (*Chartularium*, II, n° 1006). Par une bulle du 30 avril 1339, Benoît XII assura l'exécution de celle du 20 juin 1336, en chargeant l'archevêque de Sens de décider les docteurs en droit de Paris à admettre les religieux à la lecture du Décret et des Décrétales (*Chartularium*, II, n° 1018).

libras turonens. parvorum, vel earum valorem in alia moneta, tam pro victualibus, vestimentis et calceamentis, quam pro libris et quibuscumque aliis necessitatibus eorumdem; illis videlicet qui ad studium Parisiense in festo Exaltationis S. Crucis vel circiter, eis vero qui ad alia studia deputati fuerint, in festo Beati Luce vel circa, singulis annis per illum vel illos qui ad ipsas pensiones colligendas deputati fuerint infallibiliter transmittendas; et per illos qui tenebuntur ad solvendum easdem in festo Assumptionis B. Marie anni cujuslibet ipsius collectoribus integraliter persolvendas. De quibus siquidem pensionibus, dictis scolaribus, ut premittitur, ministrandis, quilibet scolaris habeat pro cotidianis expensis viginti libras dumtaxat, et pro vestimentis et calceamentis sex libras tantum, de residuo vero emantur libri ac provideatur de ipsis hiis que ratione infirmitatum vel alias necessaria sibi erunt... Ordinamus etiam quod dicti monachi Parisiensi studio insistentes, ipsi priori studentium ultra suam pensionem de viginti quinque libris turonensium parvorum annuatim; alii vero, cujuslibet studiorum aliorum, si tamen in eo sexaginta monachi vel supra studentes fuerint de viginti libris; si vero pauciores numero sexagesimo extiterint, quilibet eorum de quinque solidis ipsius monete, seu alterius de equivalenti somma dumtaxat, per contributionem communem de dictis pensionibus ipsorum inibi studentium annis singulis faciendam, providere, procurent; dictosque monachos studentes ad contributionem ipsam faciendam et solvendam eamdem jam dicto priori prefatus prior per censuram ecclesiasticam et alia ipsius ordinis seu religionis remedia possit eadem auctoritate apostolica, remoto appellationis diffugio, coarctare. Volumus autem, quod idem prior sumptus nunciorum subeat, quos pro premissis duxerit transmittendos. Preterea, volumus et ordinamus quod priores et alii, beneficiati et non beneficiati, prelibatis studiis insistendo, qui tamen expensas in ipsis studiis aliunde habuerint quam sit ut supra tangitur ordinatum, sub correctione ac obedientia dicti prioris studentium humiliter maneant: et ad contributionem hujusmodi juxta quantitates premissas eidem priori solvendas, prout alii studentes prefati firmiter astringantur, et ad eas solvendas sicut de aliis studentibus jam doctum seriatim et modificatim existit, per ipsum priorem valeant coarctari.

Porro, statuimus et ordinamus, quod nullus de ordine seu religione hujusmodi ad recipiendum magistratus seu doctoratus honorem de cetero assumatur, nisi prestito per eum primitus juramento, in presentia dicti prioris studentium ac duodecim proborum et discretorum ex studentibus antedictis, quod in assumptione ipsius honoris, vel ante seu post, ejus occasione, circa cibos, vestes, vel alia, non expendet per se vel alium, undecumque habuerit, vel fuerit sibi datum, nec quantum in eo fuerit, expendi permittet ultra valorem duorum millium turonensium argenti ab aliis, etiam consanguineis vel amicis. Illi etiam qui ad baccalariatum extiterint assumendi, prestare teneantur similiter juramentum, in presentia prioris studentium et duodecim proborum et discretorum prefatorum, quod, hujusmodi sui baccalariatus pretextu, ipsa die qua incipient, vel ante seu post, nullum festum seu convivium facient per se vel alium seu alios, aut fieri permittent a quibuscumque aliis eorum consanguineis vel amicis.

Rursus statuimus et ordinamus, quod quicumque ipsius ordinis seu religionis, qui in dicto Parisiensi vel in aliquo alio generali studiis per sex annos in sola sacra theologia studuerint, in aliis scientiis primitivis prius sufficienter instructi, et alias ad hoc sufficientes et ydonei fuerint, possint in ipso Parisiensi studio cursus consuetos Biblie facere. Qui vero

per octo annos in sola theologia studuerint, ut prefertur, librum Sententiarum legere valeant in Parisiensi studio prelibato, et quod in eodem Parisiensi et quocumque alio studio, in quo ad magisterium in theologia ipsa licentia dari consueverit, cum digni reperti ad hoc extiterint, ad magisterium et doctoratum in dicta theologia; et nichilominus ad baccalariatum, licentiam, magisterium, seu doctoratum et lecturam juris canonici sive decretorum in eodem Parisiensi et quolibet alio studio, in cappa sue religioni congruenti, dummodo sufficientes et ydonei fuerint; ac illi qui ad baccalariatum et ad legendum Decretales ibi assumi voluerint, et in ipso Parisiensi vel quovis alio generali studio audiverint jura canonica per sex annos, de quibus per tres annos ad minus audiverint Decretum, nec non illi qui ad magisterium in decretis vel ad lecturam decretorum assumi voluerint in prefato Parisiensi studio, et ibi, vel in alio generali studio jura canonica ut baccalarei legerint per quinque annos, et de hoc primo fidem fecerint per eorum proprium et duorum aliorum juramentum, absque dilatione et difficultate malitiosa et impedimento quibuscumque libere admittantur, sicut ceteri clerici seculares ibidem consueverunt admitti :

Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus monasteriorum et aliorum locorum ejusdem ordinis seu religionis, Parisiensis et aliorum studiorum quorumcumque contrariis, juramentis, confirmationibus apostolicis et quibusvis firmitatibus aliis roboratis, et illis presertim statutis, quibus in eodem Parisiensi studio caveri dicitur, quod nullus possit legere cursum Biblie, nisi studuerit inibi septem annis, nec permittatur sententias legere, nisi etiam inibi studuerit decem annis; quodque nullus monacus vel religiosus alius legat ibidem jura canonica, vel ad baccalariatus statum aut magisterii honorem in jure canonico permittatur assumi, seu quod nullus sine rubea cappa Decretum legat seu legere permittatur ibidem, seu quod nullus ibi legere valeat jura canonica vel ad baccalariatum assumi, seu ut baccalarius legere Decretales, aut ad magisterium ascendere in decretis, sive doctor fieri decretorum, aut ad lecturam in decretis assumi, seu ipsam continuare [valeat], nisi ibidem vel in alio studio generali audiverit jura canonica per quinque, et alibi jura civilia per tres annos; aut alibi jura civilia per quinque, et ibi vel in alio generali studio jura canonica per tres annos, prout sic vel aliter in statutis ipsius studii Parisiensis dicitur contineri vel de consuetudine observari; et aliis consuetudinibus vel statutis ejusdem Parisiensis studii quibuscumque sub quacumque forma vel expressione verborum in contrarium editis vel edendis.

Dat. Avinione XIJ kal. Julii, anno secundo.

Jourdain, *Index*, n° 546; Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 1002.

---

16. 1336, 23 août. — Bulle de Benoît XII pour autoriser Bernard de la Tour à lire les Décrétales à Paris, bien qu'il n'eût pas étudié le droit civil pendant trois ans [1].

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 1003.

[1] Pour comprendre ce document il faut savoir qu'un statut, dont on ne connaît pas la date précise, exigeait, pour être gradué en droit canon, qu'on eût étudié le droit civil pendant un certain temps. (Voy. la bulle du 20 juin 1336 *seu quod nullus ibi legere valeat jura canonica . . . nisi ibidem*, etc. . .)

---

17. 1340, 12 octobre. — Statuts sur les lectures dans la Faculté de décret[1].

HEC SUNT STATUTA QUE DEBENT LEGI PER BEDELLUM [FACULTATIS DECRETORUM] ANNO QUOLIBET, IN PRINCIPIIS LECTIONUM TAM DECRETALIUM QUAM DECRETORUM, RENOVATA ET DECLARATA PER DOCTORES ACTU REGENTES IN FACULTATE DECRETORUM, AN. DOM. MILLESIMO TRECENTESIMO XL°, DIE JOVIS POST FESTUM BEATI DYONISII AC SOCIORUM EJUSDEM.

(1.) Nullus audiens Decretales dumtaxat in mane, vel alia hora, reputabitur scolaris in jure canonico vel Facultate decretorum, nisi ipse audierit Decretum a doctore actu regente in Facultate predicta, ad minus bis vel ter in septimana.

(2.) Item, nullus bachalarius de mane vel alius poterit repetere scolarem captum ab officiali, preposito, seu quovis alio judice ecclesiastico vel seculari, sub pena perjurii, cum talis repetitio ad doctorem actu regentem dignoscatur pertinere.

(3.) Item, hora qua legitur Decretum, Decretales nec possunt nec debent legi.

(4.) Item, nullus invitabit seu advocabit aliquem scolarem, postquam scolas doctoris seu bachalarii intraverit, sub pena resecationis et perjurii.

(5.) Item, si contingat aliquem scolarem capi, qui non habet certum doctorem, a quo Decretum audiat, ut dictum est, non repetetur ut scolaris; et si aliquis privilegiis et auxiliis, ut scolaris in Facultate decretorum, indiguerit, eidem nullatenus subvenietur.

(6.) Itemque, portabunt vestes, presertim superiores, honestas et decentes; religiosi vero pro vestibus superioribus habebunt flocum aut cuculam, vel alium habitum, secundum statum sue religionis.

(7.) Itemque ipsi, cujuscumque status sint vel conditionis, non deferent sotulares rostratos seu fenestratos, caligas rubeas seu soleatas, nec caputia nodata, seu alios habitus seu colores pannorum a jure prohibitos.

(8.) Itemque, non impedient doctores vel alios legentes, seu actus scolasticos exercentes, bedellos vel alios officiarios dicte Facultatis, sibilationibus, percussionibus et perturbationibus quibuscumque.

(9.) Item, in disputationibus repetitionibus, lecturis solempnium Decretalium, propositis, harengis et festis doctorum, deferre tenebuntur graduatis antiquioribus et majoribus in sedibus recipiendis, ita quod decetero primam et secundam banchas pro hujusmodi graduatis et aliis supra expressis dimittent scolares in talibus actibus vacuas, prout etiam est in theologica Facultate fieri consuetum.

[1] Ces statuts, que je donne ici d'après le ms. 1123 de la Bibl. de l'Arsenal, fol. 2, ont été insérés dans la compilation des statuts généraux du xve siècle (tit. Ier), publiée plus bas, p. 77. Les deux textes ne sont cependant pas identiques. La compilation reproduit mot pour mot un texte, sans date, peut-être de la fin du xive siècle, qui se trouve également dans le ms. de l'Arsenal, fol. 15-17; mais il est probable que ce second texte n'est qu'un remaniement de celui qui m'a été fourni par le fol. 2 du manuscrit.

(10.) Itemque, non audient jura canonica extra vicum clausi Brunelli, nisi juxta dispositionem Facultatis.

(11.) Item, volumus quod, si cum auditione canonum auditio alterius scientie concurrat, ut utraque auditio computetur; quin ymmo, illum qui sic canones et aliam scientiam simul audiverit, juvari volumus, et tempus sibi computari in altera earum facultatum quam prius elegerit dumtaxat.

(12.) Item, considerantes et attendentes maximam esse utilitatem ex delatione librorum ad scolas propter plura, statuimus et ordinamus, quod nullus decetero acquirat tempus in jure canonico, nec admittatur ad lecturam Decretalium vel ad gradum bachalariatus, nisi continue defferat aut defferri faciat in scolis libros, si habeat, maxime in lectione matutinali et aliis horis, in quibus ipse audiet, nisi justam causam pretenderit in collegio de non delatione, que legitima reputetur per collegium.

(13.) Item, nos, attendentes, quod ubi non est fundamentum, superedificari non potest, nec est per arrupta postpositis gradibus, sed gradatim et mature ad honores et scientias altiores ascendendum, et grammatica, logica, phisica et cetere inferiores scientie sunt via et fundamentum ad alias superiores scientias, statuimus et ordinamus nullum ad bachalariatum in jure canonico seu Facultate decretorum Parisius admitti debere, quantumcumque per tempus juxta alia statuta ordinatum Decretum et Decretales audiverit, nisi in primitivis scientiis prius sufficienter fundatus fuerit: super quibus fidem in collegio, tam de locis studiorum et scientiis, quam de tempore, quo in illis studuerit, tenebitur facere per proprium juramentum vel alias sufficienter.

Bibliothèque de l'Arsenal, ms. 1123, fol 2; Jourdain, *Index*, n° 573; Denifle, *Chartularium*, II, n° 1040.

---

18. 1341, 13 novembre. — Bulle de Benoît XII au Chancelier de Paris pour autoriser Raoul Pinchon « ad actus scholasticos in Facultate decretorum », bien qu'il n'ait pas étudié le droit civil pendant trois ans[1].

Dilecto filio... cancellario ecclesie Parisiensis, salutem. Personam dilecti filii Radulphi, dicti Pinchon, Abrincensis diocesis, in artibus et medicina magistri, de litterarum scientia, vite ac morum honestate et aliis virtutum meritis apud nos fide digno testimonio commendatam libenter prosequimur condignis gratiis et favoribus oportunis. Sane nuper dilecti filii... decanus et collegium magistrorum in decretis Parisius regentium nobis per eorum litteras significare curarunt, quod in eorum Facultate quoddam statutum existit juramento vallatum et a multis retroactis temporibus observatum, quod nullus ad lecturam Decreti aut alios actus sequentes in Parisiensi studio admittatur, nisi per triennium leges

[1] Cette bulle est intéressante, car elle prouve que, malgré les statuts qui exigeaient une certaine étude du droit romain, le pape pouvait dispenser de cette condition les candidats au doctorat en droit canon. Cette faveur fut plus tard généralisée pour tous dans un texte fort important (n° 23). Ces documents permettent de dire que l'hostilité de l'Église à l'égard du droit romain subsistait. Non seulement on supprimait l'enseignement du droit romain à Paris, mais on cherchait même à empêcher les jeunes canonistes parisiens de l'étudier ailleurs. Le droit canon devait désormais se suffire à lui-même.

audiverit in aliquo studio generali, quodque prefatus Radulphus jam per sex annos continue Decretales et Decretum audivit in dicto studio, laudabiliter laborando, adeo quod per Facultatem prefatam ad legendum et alios actus sequentes exercendum dignus, sufficiens et ydoneus reputatur, nisi statutum, ut predicitur, vallatum obsisteret memoratum. Verum, quia dicti decanus et collegium prefatum Radulphum ad lecturam et actus sequentes hujusmodi non possunt admittere, sicut optant, statuto obsistente prefato : Nos, volentes eidem Radulpho, premissorum obtentu, de oportuno super hoc remedio providere, ipsorum decani et collegii ac Radulphi supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Radulphum ad lecturam et actus sequentes predictos, videlicet ad bacallariatum et magisterium in Facultate predicta, prout in aliis, qui leges per triennium audiverunt, est in eadem Facultate fieri consuetum, per eosdem decanum et collegium, ac alios ad quos forsan pertineret, perinde recipi facias et admitti, ac si dictus Radulphus juxta prefatum statutum leges per triennium audivisset; eodem statuto, juramento, ut prefertur, firmato, nequaquam obstante, quod alias volumus in suo robore perdurare. Contradictores, *etc.*

Datum Avinione, id. Novembris, anno septimo.

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 1056.

---

19. 1348, 15 mars. — Bulle de Clément VI au Chancelier de Paris pour qu'il confère la licence en décret à Jehan Mehaus, qui ne réunissait pas les conditions exigées par la bulle de Benoît XII du 20 juin 1336.

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 1153 [1].

---

20. 1349, 9 septembre. — Bulle de Clément VI à Raymond de Salgas pour l'autoriser à lire le Décret à Paris, bien qu'il ne fût docteur que de l'Université d'Orléans [2].

Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 1174.

---

21. 1350-1355 (?). — Statuts de la Faculté de décret sur la discipline, sur les préséances, sur les certificats d'étude et sur les leçons.

STATUTA FACULTATIS DECRETORUM.

Secuntur ea que primo debent proclamari
per bedellum Facultatis quolibet anno in propositis baccalariorum de mane legentium.

(1.) Cum, nos, decanus et collegium Facultatis decretorum Parisius simus sufficienter informati quod nonnulli scolares in dicta Facultate ante tempus consuetum in scolis dicte

[1] Voy. aussi Denifle, *Chartularium. Univ. Paris.*, n° 1173a. Le texte ne dit pas que Jehan Mehaus n'eût pas étudié en droit civil; mais le fait est probable. En outre il n'avait lu que pendant quatre ans au lieu des six années exigées par la bulle de Benoît XII.

[2] Pour pouvoir enseigner à Paris comme docteur et *ordinarie* il fallait avoir été gradué à Paris.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Facultatis loca capiunt et eligunt, pulpitra et banchas rumpunt et dampnificant in dicte Facultatis dampnum non modicum et gravamen, quod cedit in malum exemplum et prefate Facultatis scandalum : Hinc est quod nos, prefati decanus et collegium, statuimus et ordinamus, ac sub pena perjurii, resecationis et privationis inhibemus, quod de cetero nullus audeat aut presumat locum sibi capere aut eligere usque ad diem festi Beati Dyonisii de mane; et contrarium facientibus nullum jus acquiretur, ymmo, graviter punientur.

(2.) Item, quia frequenter ad nostram notitiam pervenit, relatione fidedignorum currente et denuntiante, quod pueri juvenes, et non in aliqua scientia graduati, in scolis anteriores sedes, debitas majoribus graduatis et personis dignioribus, occupant indebite et presumptuose : Idcirco, ordinamus et precipimus, sub predictis penis, quod pueri et juniores, in sedibus capiendis in scolis, deferant majoribus, scilicet magistris, licentiatis, nobilibus, bachalariis et antiquioribus, quia ratio dictat quod, ceteris paribus, junior cedat majori. Et idem voluimus in propositis et aliis factis solempnibus observari. Si quis autem contra hujusmodi statutum nostrum venire presumpserit, penis adeo gravibus punietur, quod cedet ceteris in exemplum.

(3.) Item, statutum est et ordinatum per Facultatem quod omnes bachalarii legere volentes in jure canonico habeant cedulas de lectura incipienda a doctoribus, in quorum scolis ipsi legent, sigillatas a dicto doctore et etiam a decano Facultatis, et illas afferant vel faciant portari proxima die legibili immediate post festum Beati Dyonisii, bedello Facultatis, ut omnes proclamentur die sequenti, in lectione matutinali, qua die habebunt omnes incipere suas lectiones; sed qui tunc cum aliis non inceperit, postmodum non poterit proclamari sine licentia Facultatis [1].

Item, sequitur statutum quod debet legi quolibet anno secunda die legibili post festum Sancti Dyonisii.

(4.) Item, statutum est quod fiat processus competens et utilis a legentibus de mane, quod ipsi sunt adstricti per juramentum in collegio prestandum quolibet anno, videlicet quod ipsi habeant complere integraliter et decenter suos libros, secundum ordinationem et statuta Facultatis deputatos et ordinatos.

(5.) Item, est statutum quod de cetero ipsi legentes de mane non legant ad pennam seu ad calamum modo pronuntiantium pro quocumque, sed dumtaxat, si expediat aliqua inter alia notanda, non repetant nec referant pro scribentibus, qui debent solum esse provecti, nisi bis in plus, et hec raro et per juramentum, ut sic tedium proficere volentibus et provectis evitetur, et debitus ad honorem Facultatis et utilitatem audientium fiat processus in lectura, prout juraverunt, et decet et expedit.

Bibliothèque de l'Arsenal, ms. 1123, p. 1; Denifle, *Chartularium Univ. Paris.*, II, n° 1191.

[1] En marge, d'une écriture presque contemporaine, on lit la glose suivante : *Quas cedulas tenebuntur prefati bachalarii petere et recuperare a predicto bedello, et illas conservare et aportare cum aliis cedulis in Facultate ante examen pro licentia obtinenda.*

22. 1356, 22 février. — Bulle d'Innocent VI qui autorise et réglemente les études de droit dans l'ordre des Hospitaliers [1].

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis magistris et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Hierosolymitani, salutem et apostolicam benedictionem.

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur ut petitionibus vestris, illis presertim, per quas fructus in Dei ecclesia valeat provenire, quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Dudum si quidem felicis recordationis Benedictus papa XII, predecessor noster, statuit et etiam ordinavit, ut quicunque monachus et canonicus regularis Sanctorum Benedicti et Augustini ordinum seu religionum, qui in Parisiensi vel alio seu aliis generalibus studiis ad baccalariatum, licentiam, magisterium seu doctoratum et lecturam juris canonici sive decretorum in eodem Parisiensi studio [2]...

Verum cum, sicut oblata nobis postmodum pro parte vestra petitio continebat, Hospitale vestrum noscatur viris litteratis indigere et in eodem Hospitali multi sint fratres cupientes in facultate juris canonici proficere, et in prefato Parisiensi vel aliis studiis statum baccalarii et insignia recipere doctoratus ad quod, obstantibus prefatis statutis ejusdem Parisiensis et aliorum studiorum, fratres ipsi pervenire non possunt : Nos, cupientes viros litteratos in Dei ecclesia confovere, ut fructum in ea suo tempore afferre valeant oportunum, vestris supplicationibus inclinati, ut fratres Hospitalis vestri ad baccalariatum juris canonici sive decretorum, nec non ad eorum lecturam, ac magisterii sive doctoratus honorem, in habitu fratribus dicti Hospitalis congruente admicti et recipi libere et licite valeant, prout dicti monachi et canonici admittuntur juxta constitutionem eamdem predecessoris predicti, premissis et aliis statutis ac consuetudinibus dicti Parisiensis et aliorum studiorum contrariis nequaquam obstantibus, devotioni vestre auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Nulli ergo... si quis autem...

Datum Avinione, VIIIJ° kal. Marcii, pontificatus nostri anno quarto.

Manuscrit de Cheltenham, fol. 47 r° à 48 v°; Bibliothèque de l'Arsenal, ms. 1121, fol. 182 v°.

---

23. 1358, 17 janvier. — Bulle d'Innocent VI qui autorise les étudiants de la Faculté de décret à être reçus docteurs sans avoir étudié le droit civil, comme l'exigeait un ancien statut [3].

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis cancellario ecclesie et Universitati studii Parisiensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Vestre sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, nos inducit,

[1] Dans le ms. de Cheltenham et dans le ms. 1121 de l'Arsenal le document est ainsi coté : *Privilegium Innocentii pape concessum quod Hospitalarii et alii monachi possint graduari in decretis.*

[2] La suite du texte est semblable au document publié ci-dessus, n° 15.

[3] Ce document est ainsi coté dans le ms. de Cheltenham : *Privilegium Innocentii super admittendis ad doctoratum in Facultate decretorum.* — Ce texte est très important. Il généralise pour tous les candidats au doctorat ce qui n'avait été d'abord accordé que par une faveur particulière de la papauté. (Voy. n°s 16 et 19.) Il déclare en effet que les anciens statuts, qui prescrivaient une certaine

ut hiis que a nobis suppliciter postulastis, quantum cum Deo possumus, feliciter annuamus. Exibita si quidem nobis pro parte vestra petitio continebat, quod in quodam statuto Universitatis Parisiensis studii juramento firmato expresse cavetur, ut nullus, in studio ipso, ad obtinendum in Facultate decretorum doctoratus honorem, illum inibi obtinere possit, nec admittatur ad illum, nisi prius leges ipsas audiverit per tres annos, quanquam aliter ad id sufficiens et ydoneus existeret tunc repertus. Quare pro parte vestra nobis extitit humiliter supplicatum, ut providere super hoc de dignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, volumus, et apostolica auctoritate presentium tenore decrevimus, ut studentes pro tempore in dicto studio in Facultate predicta, qui, jure prohibente, leges ipsas audire nequiverint, ut prefertur, valeant obtinere inibi in dicta Facultate hujusmodi doctoratus honorem, dummodo aliter ad id servatis solempnitatibus et aliis in talibus fieri ydonei reperti fuerint, statuto et juramento predictis nequaquam obstantibus, et ad illum libere de cetero admittantur. Nulli ergo . . . si quis autem . . .

Datum Avinione, XVI kal. Februarii, pontificatus nostri anno sexto.

Manuscrit de Cheltenham, fol. 51 v° à 52 r°; Bibliothèque de l'Arsenal, ms. 1121, fol. 190.

---

24. 1366, 5 juin. — Réforme générale de l'Université de Paris par les cardinaux Gilles de Montaigu et Jean de Blandiac, commissaires d'Urbain V[1].

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, IV, 388, 392; Jourdain, *Index*, n° 70.

---

25. 1370, 23 janvier. — Statuts de la Faculté de décret sur la durée et les attestations d'étude[2].

(1.) Cum sit nimis absurdum, ut quis cum vanitate et imperitia ad honorem ascendat peritie litteralis; nos, collegium Facultatis decretorum Parisiensis, matura deliberatione prehabita, pro statuendo, ut moris est, tribus edictis solemniter evocatis, considerantes quod cum pro eo quod impediti in audiendis legibus pariter non admittuntur ad lecturam, nisi in certis temporibus leges audiverint, plurimi, qui leges non audierunt, habentes hic

étude du droit romain pour pouvoir être reçu docteur en droit canon, sont abrogés. Pourquoi cette abrogation? Elle s'explique par ce fait qu'il était devenu fort incommode pour les étudiants de Paris d'aller suivre les cours de droit romain dans une autre université. Mais, par cela même, elle prouve que jamais on n'avait considéré qu'il y eût à Paris un enseignement suffisant du droit romain. S'il y en avait eu un, la mesure d'Innocent VI n'aurait pas été nécessaire, parce qu'il eût été possible aux futurs docteurs de se conformer aux prescriptions des anciens statuts.

[1] Cette réforme ne porta pour ainsi dire pas sur les études juridiques. Voici le seul passage relatif à la Faculté de décret : «Circa reformationem vero Facultatis decretorum, autoritate predicta statuimus quod non dispensatur cum aliquo super lecturis et libris, quos secundum ordinationem sedis apostolice aut statuta Facultatis debent audivisse et legisse antequam ad licentiam admittantur.»

[2] Ces statuts sont la conséquence logique de la bulle d'Innocent VI publiée sous le n° 23. Ils organisent deux régimes pour les étudiants en droit de Paris, avec des conditions différentes pour ceux qui voulaient prendre leurs grades *in forma legistarum* et ceux qui voulaient les prendre *in forma canonistarum*. On a étudié ces deux régimes dans l'Introduction.

audiendi et studendi oportunitatem, ab hujusmodi Facultate distrahantur et quandoque penitus revocentur, statuimus et ordinamus, etiam revocando et supplendo ad alia statuta, quod de cetero in formis inferius declaratis quilibet ad lecturam et licentiam admittatur, etiam si nec leges audiverit, nec in ipsis audiendis habuerit aliquod impedimentum.

(2.) Item, quod nullus in forma legistarum admittatur, nisi in studio generali vel in studiis generalibus leges audiverit per XXIIII menses in tribus annis ad minus et Decretales per tempus consimile, scilicet in tribus annis per viginti quatuor menses, in quibus tribus annis, vel ordinarie, vel extraordinarie, audiverit Decretum et lectionem matutinalem, saltem per viginti menses; et tunc, nisi examinatus, [a] collegio vel majori parte fuerit approbatus. Licentiati tamen in jure civili necessario non examinabuntur.

(3.) Ceterum volumus, quod cum auditione vel lectura canonum auditio vel lectura alterius scientie concurrat, ut utraque auditio computetur. Quin imo, qui sic canones et aliam scientiam audiverit, juvari volumus et tempus sibi computari in altera earum Facultatum quam prius elegerit dumtaxat; nec admittatur ad licentiam nisi in duobus annis non currendo, sed temperate et decenter, prout est legere communiter consuetum, legerit per sex decim menses completos ad minus, et in ipsis duos libros juris canonici, quarto libro minime computato, nisi cum illo legerit Clementinas. Poterit tamen cum illo, qui legerit unum librum et majorem partem alterius (dum tamen perfecerit menses), per Facultatem dispensari; ita tamen quod ipsum librum postea perficiat per juramentum.

(4.) Item, quia dubitatur a multis, an per integros annos admittendus ad lecturam audire vel ad licentiam legere debuerit, nos, hujusmodi dubitationem amoventes, statuimus et ordinamus, quod religiosi et alii seculares, impediti in legibus audiendis, qui per predictum tempus hujusmodi leges non audierint, non admittantur ad lecturam juris canonici, nisi in studio generali jura canonica audierint in sex annis per quadraginta octo menses completos et Decretum ordinarie vel extraordinarie a doctore per triginta menses completos, et tantumdem, scilicet per triginta menses, de mane; nec ad licentiam admittantur, nisi in quinque annis per quadraginta menses completos legerint jura canonica, ut premittitur, in studio generali. In supradictis vero casibus viginti octo dies continuos, seu quatuor septimanas continuas pro mense volumus computari.

(5.) Item, quia in testificando predictis auditione et lectura canonum plurime fraudes, prout experientia docuit, committuntur, statuimus et ordinamus, quod decetero quilibet scholaris, quater in anno ad minus, scilicet circa festum Natalis Domini, Pasche, Apostolorum Petri et Pauli, et S. Remigii habeat cedulas a magistro suo, in quibus testimonium perhibeatur super auditione et scholaritate ipsius; ita tamen quod super auditione Decretalium ipse magister ipsius informetur per cedulas illorum bachalariorum, a quibus testificandus audiverit, vel alias competenter; alias tempus auditionis vel scholaritatis sibi non computabitur. Testificabitur tamen super minori tempore si hoc petat scholaris. Et idem circa bachalarios legentes volumus observari, ut per magistros, in quorum scholis legerint, vel decanum Facultatis, si magistros non habuerint, sub forma et pena predictis testificetur.

(6.) Item, ut cesset rumor testificandorum et favor ex parte testificantium, statuimus et

ordinamus cedulas predictas testificatorias faciendas sub hac forma et apportandas per illos qui voluerint testificari :

Ego, talis N. assero bona fide et per juramentum meum, quod fui verus et continuus scholaris in jure canonico per tale tempus. Datum sub sigillo meo, etc.

Et postmodum sequitur testificatio doctoris sub hac forma :

« *Et ego, talis, actu regens Parisius in Facultate decretorum, per juramentum dicti scholaris, vel alias, informatus, testificor dictum talem audivisse per tempus superius expressum.*

Et, ut hujusmodi statuta irrefragabiliter observentur, nemini contra ipsa fiat gratia per juramentum.

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, IV, 428; Jourdain, *Index*, n° 732.

---

26. 1384, 16 août. — Bulle de l'antipape Clément VII par laquelle il confirme pour un chanoine de l'église de Paris le droit de lire le Décret dans les écoles du cloître sans l'autorisation de la Faculté de décret.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, ad Parisiensem ecclesiam, in qua, dum minori fungeremur officio, canonicatum et prebendam obtinuimus et residentiam fecimus personalem, specialis devotionis gerentes affectum, inducimur, ut ad ea, quantum cum Deo possumus, intendamus, que, summotis quarumlibet dissensionum materiis, ad personarum ipsius tranquillitatem et pacem fore conspicimus opportuna, illaque favorabiliter concedamus, que augmentum honoris ejusdem ecclesie respicere dignoscuntur. Cum itaque, sicut accepimus, inter dilectos filios Jacobum, decanum, et capitulum predicte ecclesie ex una parte, et decanum et collegium Facultatis decretorum studii Parisiensis, super eo quod decanus ecclesie et capitulum, diuturnis temporibus, fuisse et esse in eadem ecclesia observatum docebant, quod unus canonicus ipsius ecclesie hujusmodi doctoratus insignia in studio predicto susceperit, potest, absque licentia doctorum, decani Facultatis et collegii, in scholis claustri ejusdem ecclesie decreta ipsa legere, et quod ipse sic legens reputatur regens in Facultate predicta, et omnibus privilegiis et libertatibus et immunitatibus utitur atque gaudet, quibus doctores decretorum ipsorum eadem decreta in vico clausi Brunelli Parisius legentes utuntur et gaudent. Necnon predictum Jacobum, qui etiam canonicus dicte ecclesie existit, et eadem insignia in studio prefato susceperat, decreta predicta pluribus annis in scholis prefatis legisse, et sic legentem verum regentem in dicta Facultate in dicto studio reputatum fuisse; ipsos decanum Facultatis et collegium eidem Jacobo, ne tanquam regens deinceps in dictis scholis, absque eorum licentia, legeret, contra justitiam inhiberi fecisse. Decanus vero Facultatis et collegium supradicti premissa non esse vera afferunt.

Ex illa questione, materia sit exorta et lis in Parlamento regali Parisius super possessorio pendeat, ut asseritur, indecisa.

Nos, cupientes questioni hujusmodi finem imponere, ipsamque ecclesiam specialis in hac parte prerogativa gratie decorare, motu proprio, non ad ipsorum Jacobi decani et capituli, vel alterius pro eis nobis super hec oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, predicto Jacobo decano et ejus successoribus decanis ipsius ecclesie, et

prefatis capitulo, authoritate apostolica presentium tenore concedimus, quod deinceps in perpetuum unus canonicus predicte ecclesie prebendam inibi obtinens, decretorum ipsorum doctor, qui in eodem studio insignia susceperit, memorata jura canonica in dictis scholis ordinarie legere valeat, predictorum decani, Facultatis et collegii, vel aliquorum seu alicujus ipsorum licentia super hoc minime requisita, etiamsi forsan aliquando per prefatum Jacobum aut canonicum ipsius ecclesie, qui pro tempore in dictis scholis legebat, licentia super lectura hujusmodi a prefatis decano Facultatis et collegio, vel aliquibus aut aliquo eorumdem petita fuerit vel obtenta. Quodque canonicus ejusdem ecclesie jura predicta in eisdem scholis pro tempore, ut premittitur, legens, verus regens in iisdem juribus perinde reputetur, ac si jura predicta ordinarie in vico legeret supradicto. Et quod scholares sui in iisdem scholis perinde tempus ad lecturam decretorum ipsorum per statuta et consuetudines dicti studii definitum censeantur complere, ac si in vico predicto sub doctoribus, pro tempore in eo regentibus, eadem jura audirent. Et quod canonicus sic legens, illis quibus doctores regentes pro tempore in dictis juribus, in vico predicto, scholares vero predicti illis honoribus, privilegiis, libertatibus, franchisiis et immunitatibus, quibus scholares sub doctoribus in ipso vico pro tempore regentibus uti et gaudere noscuntur, uti valeant et gaudere.

Volumus autem, quod in ceteris canonicus in dictis scholis, ut premittitur, legens, et scholares sub ipso in iisdem scholis jura audientes predicta statuta et consuetudines Facultatis ejusdem servare ac decano Facultatis et collegio supradictis obedientiam in licitis et honestis, sicut ceteri doctores decretorum ipsorum, et scholares studentes in ipsis dictis studiis impendere teneantur.

Premissis et aliis quibusvis litibus et causis super premissis, vel eorum occasione, coram quibusvis judicibus inter partes easdem forsan pendentibus, quas et earum statum presentibus haberi volumus pro expressis, decernentes processus quoslibet, quos in illis decetero haberi contigerit, eisdem presentibus aliquatenus obsistere non debere. Necnon statutis et consuetudinibus Facultatis et studio predictorum ac privilegiis, ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus, Facultati, collegio ac studio supradictis sub quacumque forma vel expressione verborum concessis contrariis, juramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, etiamsi de illis et eorum totis tenoribus de verbo ad verbum esset presentibus mentio facienda, non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum..... Si quis autem.....

Datum apud Castrum Novum, Avenionensis diocesis, XVIJ kal. Septembris, pontificatus nostri anno sexto.

Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, IV, 601; Jourdain, *Index*, n° 805.

---

27. 1386, 4 juin. — Arrêt du Parlement de Paris homologuant un accord entre l'église de Paris et la Faculté de décret au sujet de l'enseignement du Décret dans les écoles du cloître.

Karolus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod de licentia et auctoritate nostre Parlamenti curie, inter partes infra

scriptas, seu earum procuratores, tractatu et concordatum extitit, prout in quadam cedula dicte curie nostre per procuratores dictarum partium inferius nominatas unanimiter tradita continetur, cujus tenor talis est :

« Pro bono pacis, major pars dominorum ecclesie Parisiensis, ut michi videtur, transegit concordiam sub hac forma : Et primo, quod doctor decretorum, qui leget in scolis claustri ecclesie Parisiensis, sit talis qui receperit Parisius, insignia doctoratus, et talis etiam, qui fuerit et sit obligatus ad observationem consuetudinum et statutorum dicte Facultatis per juramentum suum, et talis, qui sit canonicus prebendatus in ecclesia Parisiensi, et non alter nec aliter.

« Item, quod nullus actus scholasticus in dictis scolis claustri ecclesie Parisiensis ultra lecturam Decreti, hora prime ordinarie, per dictum unicum doctorem faciendam exerceatur.

« Item, bedelli Facultatis non tenebuntur ire ad scolas predictas claustri Parisiensis ad proclamandum festa et actus scolasticos; sed hoc faciet bedellus dicti doctoris, qui participabit in omnibus, sicut bedelli doctorum in clauso Brunelli legentium et regentium.

« Item, quod doctor predictus presentabit se prima die legibili post festum Beati Dionysii, ad visitandum baccalaureos legentes cum aliis magistris; et etiam prima die legibili post festum Omnium Sanctorum, vel alias, quandoque, post demissionem regentie, suas lectiones resumere voluerit. Et tenebitur duas legere lectiones in decretis in principio ordinarie tantummodo; et in aliqua missarum post dictas lectiones, petet licentiam a dicta Facultate regendi et legendi in claustro Parisiensi, pro residuo illius anni; qua petita, licet non obtenta, poterit, sine aliqua facultate, in claustro legere supradicto, tempore ordinario, in scolis per dictum capitulum nominatis, modo et forma, et quando alii doctores legunt in vico clausi Brunelli.

« Quibus mediantibus, dictus doctor legens, ut premittitur, in claustro ecclesie prelibate, erit verus regens et participabit in omnibus honoribus et emolumentis ac oneribus sicut quilibet doctor verus legens et regens in dicto vico; et scolares, a dicto doctore audientes, veri scolares reputabuntur, et gaudebunt privilegiis Universitatis et Facultatis, prout scolares a doctoribus in dicto vico clausi Brunelli legentibus audientes gaudere consueverunt.

« Predicta vero omnia et singula poterit et tenebitur dictus doctor facere et exercere, sicut ceteri doctores in dicto vico legentes et regentes facere et exercere consueverunt. Et etiam dicti regentes ipsi doctori in dicto claustro Parisiensi sic regenti facient et observabunt, prout faciunt sibi ipsis, ac si legent in vico supradicto.

« Anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo sexto, die Veneris post *Misericordia*, concessa et passata fuit hec cedula in capitulo dicta die celebrato. »

Ac quodquidem accordum, ac omnia et singula superius contenta, tenenda, complenda ac firmiter et inviolabiliter observanda, dicta curia nostra partes predictas, et earum quamlibet, prout supra nominantur, ad requestam et de consensu magistrorum Petri Bedaudi, decani, per se personaliter presentis, et Johannis de Bosco, procuratoris dicte Facultatis decretorum, una parte; et magistri Nicolai Chaudart, canonici, et procuratoris decani et capituli ecclesie Parisiensi, ex altera, per arrestum condemnavit et condemnat, et ea ut arrestum ejusdem curie executioni demandari voluit et precepit.

In cujus testimonium sigillum nostrum presentibus litteris jussimus apponi.

Datum Parisiis, in Parlamento nostro, die quarta Junii, anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo sexto, et regni nostri sexto.

Jourdain, *Index*, n° 817.

---

28. 1387, 13 juin. — Statut de la Faculté de décret sur le costume des étudiants et sur les lecteurs.

Universis presentes litteras inspecturis decanus et collegium Facultatis decretorum Parisiensis, salutem. Dierum crescente lascivia, videmus mundum in deteriora prolabi, et in tantum mentes hominum assueta nequitia depravante diebus istis, abjecto sue professionis habitu, mala malis passim, novercante fortuna, superaddi, ut vel ferventes in studio, qui alias oderunt virtutis amore delinquere, nonnunquam cum perversis admixti, a studio distrahantur, in illicitis currere non verentes et in apertam voluptatem corporum, universis utique Deum timentibus deplorandam, prosilire. Est igitur talium compescenda temeritas et prudenter prescindenda, ut saltem pene formidine retrahantur a noxiis, et per decentiam habitus extrinsece patenter videantur ordinis assumpti professores et habitus condecentis zelatores, sane, non solum ad nostrum qui desideranter in votis gerimus, ut in temporibus nostris floreat mater nostra decretorum Facultas et in suis suppositis feliciter prosperetur, pervenit auditum, verum et experientia docente luculenter cognovimus, quod nonnulli, tam religiosi quam seculares, superstitiosa quadam curiositate reperta, vestes proprie ordini et statui congruentes in deformem secularium habitum adeo transformarunt, vestimentorum sumptuo usu et jure vetitorum, diversis etiam utendo coloribus, qui religiosi vel scolares minime videntur, sed meri potius laici vel seculares.

Nos autem, premissa et alia, que de presenti subticemus, sub dissimulatione ulterius tolerare nolentes, omnes et singulos tam bachalarios quam scolares ejusdem Facultatis, cujuscumque status seu conditionis existant, tenore presentium monemus, ut in gestu et habitu laudabiliter ac honeste se habeant, et ab indecentibus secularium se ornatibus [abstineant], cujusmodi sunt vestes truncati, calige semelate, sotulares rostrati vel fenestrati, et similes, que scandalum generant in clero; et presertim religiosi, quos necessario oportet humilem et honestum religionis adeo patenter deferre, quod a secularibus merito distinguantur.

Habitus autem honestus et necessarius est pro monachis ordinis Sancti Benedicti flocus cum cuculla, vel capa clausa cum eadem cuculla vel cum scapulari, non certe mantellus seu rotondellus, nisi forsan contingeret ipsos extra villam proficisci. Alii vero religiosi tenentur deferre capam, vel alterum religiosum habitum, secundum consuetudines vel statuta sue religionis determinatum.

Qui vero, spreta monitione nostra, ut prius se habuerint indecenter, habitum videlicet suo ordini et statui scolastico deferendo minime congruentem, aut aliis utendo vestibus aut calciamentis inhonestis, lapso sex dierum termino a tempore publicationis computandorum, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos pro tertio et peremptorio termino a monitione canonica, eis et eorum cuilibet assignamus; ipsos et eorum quemlibet ad acquirendum tempus, tam in audiendo quam legendo in dicta Facultate, ex tunc prout

IMPRIMERIE NATIONALE

ex nunc et ex nunc prout ex tunc inhabiles judicamus per presentes; decernentes eisdem qui talia indecenter et contra prohibitionem nostram exercebunt, tempus tam auditionis quam lecture, etiam si alias diligentissime debitum in hujusmodi temporis acquisitione fecerint, minime computari.

Quocirca generalibus bedello et subbedello districtius precipiendo mandamus nostris, quatinus easdem litteras nostras et statuta in scolis nostris claustri Brunelli, dum ibidem de mane et aliis horis consuetis legi continget, anno quolibet semel et pluries legant et publicent, ut de ignorantia nullus valeat excusari.

Actum et datum Parisius in nostra generali congregatione apud Hospitale Sancti Johannis Jerosolimitani, die Jovis post festum Sancti Barnabe apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo septimo.

Bibliothèque de l'Arsenal, ms. 1123, fol. 7; Jourdain, *Index*, n° 826.

---

29. 1390, 28 septembre. — Statuts de la Faculté de décret sur l'organisation des lectures des bacheliers et sur les conditions requises pour l'admission aux grades.

SECUNTUR NOVA STATUTA FACULTATIS DECRETORUM FACTA ANNO DOMINI MILLESIMO TRECENTESIMO NONAGESIMO, XXVIII DIE SEPTEMBRIS, QUE DEBENT LEGI QUOLIBET ANNO CUM PREDICTIS.

Cum nos, decanus et collegium Facultatis decretorum Parisiensis, commodum et utilitatem scolarium ac bachalariorum in eadem Facultate legentium affectantes, ipsorumque sumptus et labores, ac onera eis incumbentia in parte relevare volentes, certis ac legitimis causis nos ad hoc moventibus, nuper statuimus et ordinavimus, quod nullus ad gradum bachalariatus in jure canonico admissus aut in posterum admittendus de cetero plura proposita facere teneatur, sed unico et primo proposito dumtaxat, cum harenga bene, laudabiliter et sollempniter facta, sit contentus, ut per hoc ipsi bachalarii a multitudine propositorum ceterisque sumptibus et oneribus circa hoc incumbentibus amodo releventur: cumque sit juri consonum, ut qui uno relevetur, in alio laborem utiliter subire non recuset, ideirco nos prefati, decanus et collegium ejusdem Facultatis, honori ac in ea legentium utilitati dicta etiam proposita in melius commutando providere cupientes, tribus edictis pro statuendo, ut moris est, solemniter factis, et omnibus doctoribus super hoc specialiter evocatis, maturaque deliberatione prehabita, statuimus et ordinamus, declarando et supplendo ad alia statuta, que secuntur :

(1.) Et primo, quod de cetero nullus in forma canonistarum admittatur ad examen pro licentia in jure canonico Parisius optinenda, nisi prius per quadraginta menses completos ad minus, in v annis, quatuor libros juris canonici integre, bene et debite legerit in studio generali, quarto libro Decretalium minime computato, nisi cum eo legerit Clementinas. Cum illo tamen, qui tres libros juris canonici et majorem partem alterius perlegerit, dummodo xl menses predictos in quinque annis, ut premittitur, compleverit, poterit per Facultatem dispensari, ita tamen quod postmodum predictum librum per suum juramentum complere teneatur : quo completo, de hoc fidem faciet in Facultate, nisi, ex justa et

rationabili causa, super hujusmodi lectura per Facultatem fuerit cum eo dispensatum, omnibus tamen doctoribus regentibus ad hujusmodi gratiam seu dispensationem eidem faciendam primitus per tres missas specialiter evocatis.

(2.) Item, quoniam graduati in jure civili in rigore examinis vel in forma legistarum ad lecturam admissi, ad acquirendum legum scientiam noctes frequenter cum magnis laboribus transeunt insompnes, et dignum est, ut qui majores amplectuntur labores, ampliori gaudeant prerogativa libertatis: idcirco nos, prefati decanus et collegium, statuimus et ordinamus, quod de cetero nullus scolaris aut bachalarius in legibus vel etiam gratiose licentiatus, admittatur in forma legistarum ad examen pro licentia in jure canonico Parisius optinenda, nisi prius per XXIIII menses completos ad minus, in tribus annis, tres libros juris canonici integre, beneque et decenter legerit, quarto libro Decretalium minime computato, nisi cum eo legerit Clementinas. Cum illo tamen, qui duos libros et majorem partem tertii perlegerit, dummodo dictos XXIIII^or menses in tribus annis compleverit, poterit per Facultatem dispensari, ita tamen quod dictum librum per suum juramentum complere teneatur; de quo fidem faciet Facultati, nisi, ex justa et rationabili causa, super ipsius libri complemento per Facultatem fuerit cum eo dispensatum, omnibus doctoribus regentibus ad hujusmodi dispensationem faciendam primitus per tres missas specialiter evocatis; antiquis statutis quoad licentiatos in jure civili in rigore examinis in suo robore duraturis : videlicet quod nullus licentiatus in legibus admittatur ad licentiam in jure canonico Parisius, nisi in duobus annis, non currendo, sed temperate et decenter, legerit per XVI menses completos ad minus, et in ipsis duos libros juris canonici, quarto libro [Decretalium] minime computato, nisi cum illo legerit Clementinas; poterit tamen cum illo qui legerit unum librum aut [et] majorem partem alterius, dum tamen perfecerit menses, per Facultatem dispensari, ita tamen quod ipsum librum postmodum perficiat per suum juramentum. In predictis vero casibus XXVIII dies continuos pro mense statuimus computari.

(3.) Item, quoniam, inter ceteros libros Decretalium, Sextus liber utilis esse dignoscitur, idcirco nos, decanus et collegium prefati, statuimus et ordinamus, quod qui Sextum librum Decretalium utiliter, beneque et debite perlegerit, hoc pro uno et majori parte alterius eidem computabitur; ita quod, si in forma canonistarum, duos libros Decretalium cum Sexto; si vero in forma legistarum, ut licentiatus in legibus in rigore examinis, Sextum librum Decretalium cum Clementinis vel medietatem alterius libri Decretalium, alii vero legiste duos libros cum Sexto, integre legerit ad examen pro licentia in jure canonico Parisius optinenda poterit admitti. Poterit tamen Facultas lecturam alterius libri seu majoris partis ipsius eidem indicere, si hoc Facultati videatur expedire, quam per suum juramentum tenebitur adimplere, et de hoc fidem facere Facultati.

«Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, quamvis statuta et ordinationes per reverendissimum dominum cardinalem hujus modi de novo edita in decorem et augmentum dicte Facultatis sublevamenque pauperum scolarium in ipsa Facultate graduari volentium prima facie evadere viderentur; tamen, ut re ipsa compertum est, in detrimentum non modicum Facultatis ac pauperum scolarium hujus modi gravamen maximum noscuntur processisse, quoniam plurimi ex notabilioribus et gravioribus doctorum predictorum in lege Domini prediti, non ignorantes quid vigoris ecclesiastica censura contineat, qui, licet nulla ex publico stipendia vel a scolaribus collectas aut provisionem aliam percipiant, nedum tamen pro Facultate ipsa in lectionibus tam ordinariis quam extraordinariis, repetitionibus, disputationibus, missis, convocationibus et aliis actibus, verum etiam pro congregationibus et deputationibus totius dicte Universitatis, quas frequenter pro magnis et arduis, et interdum fidem catholicam et alias statum ecclesiasticum concernentibus negotiis fieri contingit, quamplurima subeant labores, occupationes et onera, videntes se pro re minima, etiam sponte et gratis oblata, et forsan inadvertenter accepta, penis et censuris illa queari gravissimis, et pro absolutione ab eisdem subici cancellario ecclesie Parisiensis, qui ob nonnullas controversias, occasione componendi rotuli licentiandorum et ordinationis in vocando eos ad licentiam in dicta Facultate etiam ab olim exorta, Facultati eidem adversari consuevit, potius regentiam dicte Facultatis desererent, quam discriminibus subessent ante dictis; ac paureres scolares, qui secundum antiqua statuta hujus modi, dum illos cum prelatis, magnatum filiis, et aliis potentibus, in gradu licentie concurrere contingebat, ex eorum liberalitate sublevari consueverant, supportandi tollitur occasio: necnon propter statuta et ordinationes, quibus a licentiandis hujus modi quidquam etiam, quantumcumque modicum, quacumque ex causa, ultra duodecim aureos, quorum forte tertiam partem bedelli dicte Facultatis percipere deberent, exigi prohibetur, penas pro deffectibus impositas exigendi facultas aufferri videretur, quod impune deficiendi et fructuosum scole exercitium intermittendi, in profectus scolarium detrimentum, ac tandem ipsius Facultatis totale exitium materiam induceret: Quare, pro parte decani et collegii predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut statui et quieti Facultatis et doctorum eorumdem consulere ac alias super premissis opportune providere dignaremur :

«Cupientes igitur ut pia prefati reverendissimi cardinalis intentio, qua eum profectus et decentie Facultatis predicte haud dubium consulere voluisse non diffidimus, ad optatum ducatur effectum, ac volentes quod in hoc negotio cum diligenti examinatione et matura digestaque deliberatione, prout ipsa res exigit, procedatur, vobis, de quorum circumpectione et probitate plena in Domino fiduciam obtinemus, autoritas, qua specialiter per lit-

teras apostolicas fungimur in hac parte, tenore presentium committimus et mandamus quatinus vos, vel duo vel unus vestrum, de premissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis universis vos diligenter informetis, et ea que, visis ac mature discussis tam antiquis quam novis statutis et ordinationibus predictis, secundum Deum et conscientias vestras, statui, decentie et profectui Facultatis ac scolarium predictorum salubriter convenire videretis, etiam statuta ipsa corrigendo, moderando, immutando, interpretando, et si opus fuerit, nova condendo, sententias, censuras et penas in ipsis novis statutis et ordinationibus expressas moderando seu omnino tollendo, dicta auctoritate ordinetis, statuatis et decernatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari. Nos enim ex nunc, pro quietiori tranquillitate conscientiarum prefatorum doctorum omnes et singulas perjurii, infamie et excommunicationis aliasque sententias, censuras et penas per reverendissimum dominum cardinalem, in transgressores statuorum hujusmodi quomodolibet latas seu inflictas, donec per vos vel per aliquem vestrum aliter de super provisum et ordinatum extiterit, eadem auctoritate suspendimus; et insuper omnes et singulos doctores prefatos a quibuscumque perjurii, infamie, suspensionis et excommunicationis aliisque sententiis, censuris et penis, si quas reverendissimi domini cardinalis statuta et ordinationes hujusmodi non servando vel transgrediendo, seu contra illa aut eorum aliquod faciendo et veniendo, seu illis non utendo, quomodolibet incurrerint absolvimus, secumque super irregularitate, si quam premissis sententiis vel earum aliqua legati, divina celebrando, vel se illis, non tamen in contemptum clavium, immiscendo contraxerint, misericorditer dispensamus ab eis et eorum quolibet, inhabilitatis et infamie maculam sive notam, premissorum occasione forsan quomodolibet contractam penitus abolentes, non obstantibus omnibus, que sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Calistus, divina providentia papa tertius, in ipsis litteris voluit obstare : quarum aliquarum (litterarum) tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis :

« Calistus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Alano, tituli Sancte Praxedis presbitero cardinali, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Cum te ad regnum Francie et ceteras Galliarum et illis adjacentes partes pro nonnullis arduis peragendis negotiis legatum nostrum de latere, de fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio, presentialiter destinemus; et, sicut accepimus, studia generalia civitatum et locorum infra legationem tuam consistentium ac collegia in eis fundata, necnon capitula metropolitanarum cathedralium et collegiatarum ecclesiarum, ac monasteriorum tam virorum quam mulierum, ordinum quorumcumque, tam etiam mendicantium quam non mendicantium, conventus et loca, tam circa illorum statuta, constitutiones, ordinationes, ritus et observationes quam illorum singulares personas ac alias, visitatione et reformatione quam plurimum indigere noscantur : Nos, de circonspectione tua in arduis sepius comprobata plurimum confidentes, auctoritate apostolica, dicta legatione durante, singula studia, collegia, capitula, conventus, loca tam exempta quam non exempta, ac personas hujusmodi per te vel alium seu alias visitandi, et illa prout tibi videbitur corrigendi, nec non illorum statuta, constitutiones, ordinationes, ritus et observantias hujusmodi tam edita quam edenda, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia vallata, prout rerum, personarum et temporum qualitatibus debite pensatis, id tibi

videbitur salubriter in Domino expedire, reformandi ac illa in toto vel in parte tollendi, cassandi, annullandi, emendandi et mutandi, observantias et statuta de novo edendi, condendi, faciendi, gerendi, ordinandi et disponendi, ac ea penis et censuris ecclesiasticis perpetuo vallandi et observari faciendi, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia, appellatione postposita compescendi, non obstantibus studiis collegiis, capitulis, conventibus, et personis prefatis exemptionibus, privilegiis, concessionibus et indultis, per sedem apostolicam concessis, seu, si eis a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, circumspectioni tue plenam et liberam eadem auctoritate apostolica tenore presentium concedimus Facultatem. — Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice millesimo cccc° quinquagesimo quinto, pridie id. Septembris, pontificatus nostri anno primo. »

« Datum Gannaci, Claromontensis diocesis, anno a Nativitate Domini millesimo cccc° quinquagesimo sexto, die vigesima sexta mensis Julii, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri pape anno secundo. »

Post quarum quidem litterarum presentationem et receptionem, nobis et per nos, ut premittitur factas, fuimus pro parte dominorum, decani et collegii predictorum debita cum instantia requisiti quatinus ad executionem ipsarum litterarum et contentorum in eisdem juxta earum continentiam atque formam procedere dignaremur.

Nos igitur, Henricus et Petrus, abbates, judices et executores prefati, volentes mandatum apostolicum atque litteras ipsius reverendissimi domini legati, nobis in hac parte directas, reverenter exequi, ut tenemur, auctoritate apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte, ex tunc, die tricesima dicti mensis Septembris, anno predicto, processum et informationem super contentis in eisdem litteris faciendum decrevimus, et venerabilem virum magistrum Petrum Parvi Johannis, canonicum Eduensem, licentiatum in decretis, publicum apostolica et imperiali auctoritatibus ac camere apostolice notarium, nostrum in hac parte et hujusmodi scribam, de nostro et ipsorum dominorum doctorum unanimi consensu constituimus et deputavimus, ac etiam voluimus et expresse consensimus, prout ex earumdem nobis tenore litterarum mandabatur, quod altero nostrum absente seu aliis occupato, alter ad ipsarum litterarum et contentorum in eis executionem plenariam procedere, et quod unus inciperet alter prosequi, mediare, terminare et finire posset et valeret, altero minime requisito.

Et deinde, processu temporis procedente, vocatis coram nobis et accersitis nobiscum pluribus venerabilibus et circumspectis ac notabilibus viris, tam divini quam humani juris peritissimis, una cum notario supra et infra scripto, super contentis in eisdem reverendissimi domini legati nobis presentatis litteris, et eorum circonstantiis universis informationem et inquisitionem fecimus diligentem. Visis quoque et mature discussis antiquis dicte Facultatis decretorum statutis ac aliis per reverendissimum in Christo patrem et dominum Guillermum, miseratione divina tituli Sancti Martini in Montibus sacrosancte Romane ecclesie presbiterum cardinalem, de Estoutevilla vulgariter nuncupatum, tunc in dicto regno apostolice sedis

legatum, per modum reformationis, quatenus dictam Facultatem concernit, noviter editis, diuturna et matura in nos et cum predictis nobiscum accersitis viris deliberatione prehabita, inter ipsa antiqua et noviter edita dictam Facultatem concernentia statuta, statui, decentie et profectui Facultatis doctorum et scholarium predictorum expedire et convenire, statuendum et ordinandum duximus et censuimus in modum qui sequitur :

(1.) Et primo, circa statutum tam antiquum in dicta Facultate quam noviter, ut premittitur, editum, de testimonio scolaritatis cujuslibet scolaris in dicta Facultate studentis prohibendo, ac ipsius repetitione, si a quovis officiali seu judice ecclesiastico vel laico captus fuerit vel detentus, faciens mentionem taliter moderandum ac illi adiciendum statuimus et decrevimus quod de frequentatione lectionis matutinalis per scolarem sic detentum, aut ad baccalariatum ascendere, seu litteram testimonialem rectoris habere volentem, per cedulam legentis de mane vel alias legitime suo doctori, per cedulam vero doctoris super scolaritate hujusmodi, Facultati vel rectori, aut alias, ubicumque opus fuerit, fides et testimonium perhibeatur; et per ipsum doctorem dumtaxat scolaris detenti repetitio fiat, ipso statuto tam veteri quam novo alias in suo ordine permansuro.

(2.) Quoad aliud vero statutum de solemni repetitione seu disputatione, per quemlibet doctorem annis singulis facienda, tam antiquitus quam noviter editum, moderando adiciendum duximus quod unus ex baccalariis per ipsum doctorem eligendus teneatur in ipsa repetitione de questione respondere; pro legitima vero causa vel honesta, dicta Facultas cum doctore, qui per viginti annos actus regentie in ipsa Facultate bene et laudabiliter exercuerit, super hujusmodi repetitione seu disputatione dispensare possit et valeat; dicto statuto ac alio de responsione per quemlibet baccalarium, priusquam ad examen licentie admittatur, facienda, alias in suo vigore permanentibus, ut inde actus scolastici et profectus studentium magis floreant et accrescant.

(3.) Sed et circa vetus statutum de recipiendis ad licentiam, quod incipit : *Et primo, quod de cetero nullus in forma canonistarum admittatur ad examen pro licentia*[1], *etc.*; talem moderationem adiciendam decrevimus : Cum, exigentibus[2] peccatis nostris, humana natura adeo depravata sit, ut paucissimi usque ad senium perveniant, sintque, ut plurimum, homines nostri temporis, qui usque ad quinquagesimum annum pervenerunt imbecilliores et magis confracti quam quos dudum vidimus et legimus octogesimum vel nonagesimum annos peregisse, quod ad examen pro licentia in forma canonistarum admitti possit qui prius per quadraginta vel saltem triginta sex menses, in quatuor vel in quinque annis vel eo circa, completos bene et debite legerit quatuor libros juris canonici, vel tres cum majori parte quarti, quarto tamen libro Decretalium et Clementinis pro uno dumtaxat libro computatis, admitti possit et valeat.

Cum prelatis vero, magnis, nobilibus et constitutis in dignitatibus et officiis seu beneficiis ecclesiasticis magne reputationis, gravibus tamen et notabilibus personis, ac alias litteratis et ydoneis, eisque qui in aliis studiis, juxta morem eorumdem, vel tantum vel consimile tempus exercitia ibidem consueta decenter frequentaverint, de quo per testes

[1] Voy. plus haut, p. 26, statuts de 1390. — [2] Voy. plus bas, p. 94, § 126 : *existentibus*.

ydoneos vel litteras cum proprii assertione juramenti fidem facere teneantur, poterit per Facultatem ipsam super hujusmodi lecturis dispensari, omnibus tamen doctoribus regentibus ad hujusmodi dispensationis gratiam faciendam evocatis et convenientibus, statuto tamen de legistis ad dictum examen admittendis in sua forma manente.

(4.) Et quoad consuetudinem de vino et speciebus in camera examinis ministrandis, super qua per reverendissimum dominum cardinalem de Estoutevilla prefatum, novum fuit editum statutum, taliter moderandum duximus quod, quacumque vini caristia imminente, non possint examinandi pro hujusmodi vino et speciebus gravari seu ad solutionem cogi, ultra summam duorum vel trium aureorum, ad omne plus, ita tamen quod sedentes in bancha prelatorum et nobilium, in sublevamen pauperum teneantur solvere duplum illius quod quemlibet aliorum solvere contingeret. Sit tamen in optione ipsorum examinandorum ministrare vinum et species, juxta morem alias laudabiliter observatum, aut peccunias solvere, juxta hujusmodi moderationem nostram.

(5.) Quantum autem ad statutum tam vetus quam novum, circa sumptus et expensas per licentiandos et baccalariandos faciendas et subeundas, seu circa bursarum taxationem, quia nonnulla, quandoque ad tollendos abusus statuuntur, que, succedente tempore, non modo non fructus afferunt speratos, verum etiam nonnunquam tendere videntur ad novam, circa quod duximus statuendum ut, secundum antiqua dicte Facultatis statuta, hujusmodi burse taxentur, prout in aliis dicte Universitatis Facultatibus consuetum est fieri; hoc tamen adjecto, quod, pro bursis eisdem, nichil ultra summam in dicto novo statuto per prefatum reverendissimum dominum cardinalem de Estoutevilla edito, recipiatur vel exigatur, ac dicte burse summam ipsam nullatenus excedere possint vel debeant, nisi duntaxat quoad prelatos, magnos, nobiles et personas in dignitatibus, personatibus vel officiis ecclesiasticis constitutas, magne reputationis, et que secundum taxationem predictam plus expendere consueverunt in quatuor ebdomadis cum dimidia, quam ascendat summa predicta. Nec tamen videtur prohibendum, quin scolares seu baccalarii erga doctores suos, qui eos erudierunt et longo tempore in ipsa Facultate direxerunt, in oblatione seu donatione aliquorum munerum, omni exactione cessante, sponte se possint liberales exhibere; ipsi quoque doctores illud gratis oblatum, non fraudulentum, sine scrupulo recipere valeant, quum ingratitudinis vitium a Deo et hominibus reprobetur; proviso tamen quod, pretextu majoris vel minoris summe seu solutionis bursarum predictarum, aut exhibitionis vel dationis munerum, nullus in assignatione loci seu vocatione ad licentiam preferatur vel postponatur, sed inconcusse observetur vetus statutum dicte Facultatis de assignandis locis, quod incipit : *In assignationibus locorum, erit gradatim preferendus qui sufficientior in examine et actibus scolasticis fuerit repertus, etc.* [1].

(6.) Et, ne ex facili incursu censurarum timoratas conscientias illaqueari contingat, omnes et singulas excommunicationis aliasque sententias, censuras et penas in transgressores, per prefatum reverendissimum dominum, cardinalem de Estoutevilla, propter pre-

[1] Je n'ai pas trouvé de statut commençant par ces mots. Les n°s 21 (§ 12) et 31 (§ 13) traitent de questions analogues, mais non semblables. Peut-être le cardinal Alain s'est-il référé à des statuts qui n'ont pas été retrouvés. (Voy. aussi p. 35, note, et p. 37, note 1.)

missa latas et inflictas, auctoritate apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte, penitus et omnino tollimus et amovemus.

(7.) Et nichilominus, tenore presentium decrevimus, statuimus et ordinamus quod si quis nostre ordinationis seu modificationis hujusmodi, necnon tam novorum per prefatum reverendissimum dominum cardinalem de Estoutevilla editorum, quam antiquorum dicte Facultatis statutorum, quatenus ordinationi et modificationi nostris hujusmodi non obviant, et que alias in suo robore permanere, de quemadmodum a quadraginta annis citra rite observata fuerunt, observari volumus et decernimus, transgressores extiterint, aut aliquid indebite vel injuste receperint, exigerent seu extorserint, ab omni regentia ac omnibus et singulis Universitatis privilegiis, honoribus et emolumentis sint eo ipso tam diu suspensi, donec et quousque indebite extortum vel receptum hujusmodi cum effectu restitutum fuerit illi seu illis, a quo seu quibus constiterit esse receptum, si commode reperiri potuerint; sinant medietatem Hospitali pauperum domus Dei Parisiensis, reliquam vero medietatem, in ornamentis et luminaribus capelle dicte Facultatis convertendam, restituere teneantur, nulla solventium ipsis recipientibus remissione profectura; id quoque et quidquid tempore suspensionis et ante restitutionem, ex regentia hujusmodi, si se illi propria temeritate ingesserint, receperint aut recipere possint et deberent, si taliter suspensi non essent, quocumque lapsu temporis suum aut eorum proprium effici non possit, quum ad hujusmodi restitutionem teneantur, ad quod per decanum et majorem partem doctorum ipsius Facultatis compellantur; in quo si decanus et doctores ipsi negligentes aut remissi fuerint, vel quod absit, omnes de collegio dicte Facultatis, seu major pars eorum, in premissis deliquerint, ex tunc, si canonice moniti et requisiti per Universitatem predictam, ut premittitur, non satisfecerint, de predictis ab ipsa Universitate ejusque privilegiis et honoribus, eis tamen prius ad plenum auditis, priventur ac privati et resecati declarentur et publicentur, omni facultate correctionis et punitionis hujusmodi excessuum alteri cuicumque sublata. Quod si contingeret omnes doctores et magistros dicte Facultatis ob hoc, ut premittitur, privatos extitisse, et animo indurato satisfacere nolle, ex tunc, imminente tempore jubilei, Universitas ipsa possit alias doctores vel licenciatos substituere pro actibus illius Facultatis, qui doctoribus incumbunt exercendis; et perpetuo privati maneant, nisi post debitam satisfactionem, restitutionis et reintegrationis gratiam meruerint obtinere.

Que omnia et singula vobis universis et singulis, presentes litteras inspecturis, et quibus noster presens processus dirigitur, intimamus, insinuamus et notificamus, eaque in libris statutorum dicte Facultatis de verbo ad verbum, ad cautelam presentium et memoriam futurorum, precipimus annotari.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes litteras hujusmodi, nostrum processum in se continentes, fieri et per notarium et scribam, supra et infra scriptum, subscribi et publicari mandavimus, nostrorumque sigillorum jussimus et fecimus appensione communiri.

Datum et actum Parisius, apud dictum monasterium Sancte Genovefe, sub anno Incarnationis dominice millesimo CCCC° quinquagesimo septimo, indictione sexta, die vero Lune tricesimo mensis Januarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Calisti, divina providentia, pape tertii, anno tertio, presentibus, quoad presentatio-

IMPRIMERIE NATIONALE

nem predictam, venerabilibus et discretis viris, patre Guillelmo Dore, subpriore dicti monasterii Sancte Genovefe, ac Guillelmo Michon, clerico Suessionensis diocesis; quo vero ad statuta, constitutiones, modificationes et ordinationes predictas, venerabilibus et circumspectis viris, dominis et magistris, Nicolao Juvenis, sacre teologie professore, ac cancellario dicti monasterii Sancte Genovefe, Andrea Lapieti, canonico Matisconensi, Egidio de Marchia, Egidio Fratris, presbitero, rectore parochialis ecclesie de Prigniaco, Parisiensis diocesis, licenciatis in decretis, et Georgio de Blangy, in artibus magistris, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego, Petrus Parvi Johannis, canonicus Eduensis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus ac camere apostolice notarius, quia dictarum litterarum reverendissimi in Christo patris et domini, Alani, cardinalis Avinionensis, apostolice sedis legati, presentationi et receptioni, petitioni, requisitioni, processus decreto, constitutioni, ordinationi, moderationi sententiarum et censurarum sublationi et amotioni premissisque omnibus et singulis, dum sic ut premittitur, per reverendos patres et dominos, Sancti Germani de Pratris extra muros Parisiensis, et Sancte Genovefe Parisius monasteriorum abbates, judices et executores, doctores et alios prefatos, dicerentur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus, interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ac in notam sumpsi : ideo presentes litteras hujusmodi processum in se continentes, exinde manu alterius fideliter scriptas confeci, et in hanc publicam formam redigi, signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum prefatorum dominorum judicum et executorum sigillorum appensione signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissurum requisitus et rogatus. *Signatum :* P. Parvi Johannis[1].

Ms. de Cheltenham, fol. 56 à 65; ms. de l'Arsenal, n° 1121, fol. 198; Jourdain, *Index*, n° 1322.

[1] Tous les actes faits par le cardinal Alain pendant sa légation en France furent ratifiés d'une manière générale par une bulle du pape Pie II du 28 mars 1458, qu'on trouvera dans le ms. de Cheltenham, fol. 66 r°, et dans le ms. de l'Arsenal, n° 1121, fol. 216.

PREMIÈRE PARTIE.

LES STATUTS GÉNÉRAUX DE LA FACULTÉ AU XVE SIÈCLE.

I

CALENDRIER DE LA FACULTÉ DE DÉCRET[a].

JANUARIUS.

JANI PRIMA DIES NOCET HORA SEPTIMA QUINTA. (*JANUARIUS HABET DIES XXXI, LUNA XXX.*)

1	III	*a.*	Kl.	Circumcisio Domini[1].
2		*b.*	IIII N.	Oct. sancti Stephani prothomartiris.
3	XI	*c.*	III N.	Oct. sancti Johannis euvangeliste. — (Ms. 1121 : Sancte Genovefe.) — Non legitur quia scole sunt in parrochia ejus.

[1] Non legitur. — D.

---

[a] Le calendrier publié au texte a pour base le calendrier de la Faculté de décret du ms. de Cheltenham et de sa copie, le ms. de l'Arsenal 1121. Il forme, avec la table des statuts publiée plus bas, la *Secunda pars* du ms. de Cheltenham.

Ces indications sont complétées par des additions tirées du ms. 1123 de l'Arsenal, que je publie en note du calendrier principal. En outre, afin de pouvoir comparer le calendrier spécial de la Faculté au calendrier général de l'Université, qui contient beaucoup d'indications relatives à l'enseignement du droit, je publie ci-dessous le calendrier de l'Université, tel qu'il a été imprimé par le P. Denifle dans son *Chartularium*, II, 709, d'après le ms. des statuts de la Nation picarde à la Bibliothèque Sainte-Geneviève, cod. E., l. 29, in-4°.

Diverses notions doivent être rappelées pour comprendre ces calendriers. La première colonne des chiffres arabes ne se trouve pas dans le manuscrit; elle est ajoutée pour la commodité du lecteur. La seconde est le nombre d'or ou cycle lunaire. La troisième indique la lettre dominicale. La quatrième reproduit le calendrier romain.

Dans un des trois calendriers consultés, celui du ms. 1123, se trouvent des signes qu'on ne rencontre ni dans les autres textes ni dans le calendrier publié par le P. Denifle. On trouve à la fin de certaines lignes un *D.* M. Vallet de Viriville pense que cela signifie *Dies* et plus exactement *Dies periculosus*. L'auteur ajoute, dans son *Hist. de l'inst. publique*, in-4°, 1849, p. 365 : «Très souvent aucun signe n'est marqué à chacun des jours périlleux, mais on lit en tête de chaque mois un vers latin qui l'indique, tel que, par exemple, pour le mois de janvier : *Jani prima dies et septima fine timetur*, pour le mois de juin : *Junius in decimo quindenum in fine salutat*. Pour avoir la clef de ces sortes d'énigmes, il suffit de savoir : 1° que ce vers fait allusion aux jours périlleux; 2° que le premier nom de nombre qui s'y trouve exprimé doit se compter à partir du premier jour du mois, et que le second nom de nombre doit se compter à partir du dernier jour de ce même mois.» (Voy. Ducange, v° Dies Ægyptiaci.)

CALENDRIER DE L'UNIVERSITÉ.

JANUARIUS.

JANI PRIMA DIES ET SEPTIMA FINE TIMETUR. (*JANUARIUS HABET DIES XXXI, LUNA XXV^ta.*)

1	A.	Kal.	Circumcisio Domini. — Non legitur in aliqua Facultate.
2	B.	IIII	Octava sancti Stephani.
3	C.	III	Sancte Genovefe virginis. — Non legitur in theologia, nec in decretis : tamen legitur in aliis.

4		*d.*	II N.	Oct. sanctorum Innocentium.
5	XIX	*e.*	Nonas.	Vigilia Epiphanie Domini. — Non legitur.
6	VIII	*f.*	VIII Id.	Epiphania Domini. — Non legitur.
7		*g.*	VII Id.	(Ms. 1121 : Non legitur.)
8	XVI	*a.*	VI Id.	
9	V	*b.*	V Id.	
10		*c.*	IIII Id.	Guillermi, Bituricensis archiepiscopi. — (Ms. 1121 : Non legitur.)
11	XIII	*d.*	III Id.	Pauli, primi heremite. — (Ms. 1121 : Non legitur.)
12	II	*e.*	II Id.	
13		*f.*	Idus.	Hylarii episcopi. Firmini (episcopi et) martiris. — (Ms. 1121 : Non legitur [1].)
14	V	*g.*	XIX Kl.	Felicis in Pincis confessoris.
15		*a.*	XVIII Kl.	Sancti Mauri abbatis et Boniti episcopi. — Non legitur per magistros.
16	XVIII	*b.*	XVII Kl.	Fursei episcopi. Marcelli pape et martiris.
17	VII	*c.*	XVI Kl.	Anthonii abbatis. — (Ms. 1121 : Non legitur.)
18		*d.*	XV Kl.	Prisce virginis. — Sol in Aquario.
19	XV	*e.*	XIIII Kl.	
20	IIII	*f.*	XIII Kl.	Fariani et Sebastiani martirum. — (Ms. 1121 : Non legitur.)
21		*g.*	XII Kl.	Agnetis virginis.
22	XII	*a.*	XI Kl.	Vincentii martiris. — Non legitur.
23	I	*b.*	X Kl.	Emeranciane et Macharii.

[1] Oct. Epiphanie.

4	D.	II	
5	E.	Nonas.	Hac die, que est Vigilia Epiphanie, non legitur ultra terciam in vico Straminis, nec in nonis Nostre Domine in vico Brunelli.
6	F.	VIII	Epiphania Domini. — Non legitur in aliqua Facultate.
7	G.	VII	In crastinum [Epiphanie], in vico Brunelli non legitur : in aliis tamen legitur.
8	A.	VI	Hac die reincipiunt ordinarie magistri in vico Straminis.
9	B.	V	Hac die non legitur ultra terciam in vico Straminis propter reverentiam beati [Guillelmi].
10	C.	IIII	Guillelmi, Bituricensis archiepiscopi. — Non legitur in aliqua Facultate.
11	D.	III	Pauli, primi heremite. — Non legitur in aliqua Facultate. Fit sermo in Augustinensibus eo die.
12	E.	II	Invencio sancti Firmini, episcopi Ambianensis et martiris. — Non legitur in aliqua Facultate. *Electio procuratoris.*
13	F.	Idus.	
14	G.	XIX	Nota quod die Martis proxima post festum Epiphanie doctores decretorum reincipiunt legere in decretis, et continuare debent usque ad Vigiliam Palmarum.
15	A.	XVIII	
16	B.	XVII	Mauri abbatis et confessoris. — Festive. Et non legitur in decretis : tamen legitur in decretalibus illa die.
17	C.	XVI	Sancti Antonii abbatis et heremite. — Non legitur in vico Brunelli : legitur tamen in aliis.
18	D.	XV	Sol in Aquario.
19	E.	XIV	
20	F.	XIII	Fabiani et Sebastiani. — Non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in aliis.
21	G.	XII	Agnetis virginis et martiris. — Festive. Et in die precedenti, festive.
22	A.	XI	Vincentii levite et martiris. Non legitur in aliqua Facultate.
23	B.	X	

24		*c.*	IX Kl.	
25	IX	*d.*	VIII Kl.	Conversio sancti Pauli [1]. Projecti martiris. — Non legitur [2].
26		*e.*	VII Kl.	(*Obitus bone memorie domini Martini de Fraxinis, decretorum doctoris.* — Non legitur [3].)
27	XVII	*f.*	VI Kl.	Juliani episcopi et confessoris.
28	VI	*g.*	V Kl.	Agnetis. Caroli Magni [4]. — (Ms. 1121 : Imperatoris et regis Francorum confessoris.)
29		*a.*	IIII Kl.	
30	XIIII	*b.*	III Kl.	
31	III	*c.*	II Kl.	

FEBRUARIUS.

QUARTA DAT OCTAVAM LUX TERTIA DAT DUODENAM. (*FEBRUARIUS HABET DIES XXVIII, LUNA XXI.*)

1		*d.*	Kl.	Ignacii martyris. Brigide virginis.
2	XI	*e.*	IIII N.	Purificatio Beate Marie Virginis. — Non legitur [5].
3	XIX	*f.*	III N.	Blasii martyris. — Missa communis Universitatis. — (Ms. 1121 : Non legitur ordinarie.)
4	VIII	*g.*	II N.	
5		*a.*	Nonas.	Agathe virginis et martyris.
6	XVI	*b.*	VIII Id.	Vedasti et Amandi episcoporum.
7	V	*c.*	VII Id.	Veris initium.
8		*d.*	VI Id.	
9	XIII	*e.*	V Id.	

[1] Conversio sancti Pauli apostoli. — [2] D. — [3] Cette addition du ms. 1121, qui a été aussi reproduite avec une écriture postérieure dans le ms. 1123, est une addition du XVIe siècle. — [4] Karolus Magnus. — [5] En marge, ms. de Cheltenham : *Apud fratres Predicatores;* ms. 1123 : *In Jacobitis* (addition).

24	C.	IX	
25	D.	VIII	Convercio sancti Pauli. — Non legitur in aliqua Facultate.
26	E.	VII	Policarpi episcopi et martiris. — Festive.
27	F.	VI	Juliani episcopi et confessoris; et Johannis Crisostomi. — Cursorie. Et non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in aliis.
28	G.	V	
29	A.	IIII	
30	B.	III	
31	C.	II	

FEBRUARIUS.

AT FEBRUI QUARTA EST; PRECEDIT TERTIA FINEM. (*FEBRUARIUS HABET DIES XXVIII, LUNA XXIV.*)

1	D.	Kal.	Hac die non legitur in aliqua Facultate ultra terciam, propter festum Purificacionis.
2	E.	IIII	Purificacio Beate Marie Virginis. — Eodem die fit sermo in Carmelitis.
3	F.	III	Blasii episcopi et martiris. — Non legitur in vico Brunelli. Legitur tamen in aliis.
4	G.	II	In crastinum sancti Blasii, non legitur in vico Brunelli; sed illa die recuperatur crastinum Purificacionis.
5	A.	Nonas.	Agathe virginis et martiris. — Festive.
6	B.	VIII	
7	C.	VII	
8	D.	VI	
9	E.	V	

10	II	*f.*	IIII Id.	Scolastice virginis.
11		*g.*	III Id.	
12	X	*a.*	II Id.	
13		*b.*	Idus.	
14	XVIII	*c.*	XVI Kl.	Valentini martyris.
15	VII	*d.*	XV Kl.	Sol in Piscibus.
16		*e.*	XIIII Kl.	Juliane virginis. — Sciendum quod non legitur die Carniprivii neque in die Cinerum.
17	XV	*f.*	XIII Kl.	
18	IIII	*g.*	XII Kl.	
19		*a.*	XI Kl.	
20	XII	*b.*	X Kl.	Eleutherii episcopi et confessoris.
21	I	*c.*	IX Kl.	
22		*d.*	VIII Kl.	Cathedra sancti Petri. — Ver oritur. — Non legitur.
23	IX	*e.*	VII Kl.	
24		*f.*	VI Kl.	Mathie apostoli. — Locus bissexti. — Non legitur.
25	XVII	*g.*	V Kl.	
26	VI	*a.*	IIII Kl.	
27		*b.*	III Kl.	
28	XIIII	*c.*	II Kl.	Translatio sancti Augustini. — Non legitur.

Memento quod, anno bissextili, lunam Februarii tricesimam computes; et tamen luna Martii xxx dies habeat, sicut habere solet semper, ne Paschalis lune ratio vacillet.

10	F.	IIII	*Continuatio procuratoris.*
11	G.	III	Nota quod usque ad quintam feriam sequentem, non legitur ordinarie, sed cursorie in vico Straminis.
12	A.	II	
13	B.	Idus.	Nota quod in die qua cantatur «Esto mihi» [Quinquages.] rector debet sermocinare in Jacobitis; et post ejus sermonem legitur privilegium bejanorum per unum bedellum; et postea fit sermo magnus.
14	C.	XVI	
15	D.	XV	Nota quod in die carnisprivii non legitur in vico Brunelli, nec in vico Straminis: tamen legitur in aliis. [Sol in Pisces.]
16	E.	XIIII	
17	F.	XIII	Nota quod prima die Quadragesime [die Cinerum], non legitur in aliqua Facultate. Et eadem die de mane fit sermo in Cordigeris; sed non fit collatio ea die post prandium.
18	G.	XII	
19	A.	XI	
20	B.	X	
21	C.	IX	
22	D.	VIII	Cathedra sancti Petri. — Non legitur in aliqua Facultate Ver oritur.
23	E.	VII	
24	F.	VI	Mathie apostoli. — Non legitur. Eadem die est Dedicacio ecclesie Sancti Dionysii in Francia, et sunt ibi illa die magne indulgencie, et magnus concursus populi.
25	G.	V	
26	A.	IIII	
27	B.	III	
28	C.	II	Translacio sancti Augustini. — Non legitur in aliqua Facultate; et fit sermo in Augustinis.

MARTIUS.

PRIMA DIES PRIMAM SOCIAT SIBI, QUARTA SECUNDAM. (*MARTIUS HABET DIES XXXI, LUNA XXX.*)

1	III	*d.*	Kl.	Ignacii episcopi et confessoris[1].
2		*e.*	VI N.	
3	XI	*f.*	V N.	
4		*g.*	IIII N.	
5	XIX	*a.*	III N.	[2]
6	VIII	*b.*	II N.	Perpetue et Felicitatis.
7		*c.*	Nonas.	Thome de Acquino confessoris. — (Ms. 1121 : Non legitur.)
8	XVI	*d.*	VIII Id.	
9	V	*e.*	VII Id.	
10		*f.*	VI Id.	
11	XIII	*g.*	V Id.	Vindiciani episcopi et confessoris.
12	II	*a.*	IIII Id.	Gregorii pape. — Ultimum XL. — (Ms. 1121 : Non legitur.)
13		*b.*	III Id.	
14	X	*c.*	II Id.	
15		*d.*	Idus.	
16	XVIII	*e.*	XVII Kl.	

[1] Albini episcopi et confessoris (*Obitus domini Minos*, 1606, *en mars*). — D. — [2] (*Obitus domini Maignan*, 1605.)

MARTIUS.

MARTIS PRIMA NECAT, CUJUS DE CUSPIDE QUARTA EST. (*MARTIUS HABET DIES XXXI, LUNA XXX^ta.*)

1	D.	Kal.	Nota quod in omnibus sabbatis Quadragesime non legitur in aliqua Facultate post prandium, excepto in vico Brunelli. Et semper in predictis sabbatis in completorio fit collatio in Cordigeris.
2	E.	VI	
3	F.	V	
4	G.	IIII	Nota quod bachalarii legentes de mane ordinarie in vico Brunelli, debent in Quadragesima legere usquequo dimittitur pulsare pro primis in ecclesia cathedrali; et in omnibus aliis temporibus dimittunt statim quando incipiunt pulsari pro primis in ecclesia cathedrali.
5	A.	III	
6	B.	II	
7	C.	Nonas.	Thome de Aquino, Jacobite. — Non legitur in aliqua Facultate. Eodem die fit sermo in Jacobitis.
8	D.	VIII	
9	E.	VII	Nota quod bachalarii in decretis, qui legunt in nonis sancti Jacobi ante Quadragesimam et post, legunt in terciis per totam Quadragesimam; similiter faciunt legentes Bibliam.
10	F.	VI	*Procuratoris electio.*
11	G.	V	
12	A.	IIII	Gregorii pape et doctoris Ecclesie. — Non legitur in aliqua Facultate.
13	B.	III	
14	C.	II	
15	D.	Idus.	
16	E.	XVII	

17	VII	*f.*	XVI Kl.	
18		*g.*	XV Kl.	
19	XV	*a.*	XIIII Kl.	
20	IIII	*b.*	XIII Kl.	
21		*c.*	XII Kl.	Benedicti abbatis. — Equinoctium vernale. — (Ms. 1121 : Non legitur.)
22	XII	*d.*	XI Kl.	Primum Pasche.
23	I	*e.*	X Kl.	
24		*f.*	IX Kl.	
25	IX	*g.*	VIII Kl.	Annunciatio Dominica. — Non legitur.
26		*a.*	VII Kl.	
27	XVII	*b.*	VI Kl.	Resurrectio Dominica Nostri Jesu Christi.
28	VI	*c.*	V Kl.	(1)
29		*d.*	IIII Kl.	
30	XIIII	*e.*	III Kl.	
31	III	*f.*	II Kl.	

Notandum quod a die Veneris ante Ramos Palmarum, in qua disputatur de quolibet, non legitur ordinarie usque ad diem Martis post octabas Pasche.

(1) D.

17	F.	XVI	
18	G.	XV	Sol in Ariete.
19	A.	XIIII	Nota quod ultima die legibili ordinarie ante festum Annunciacionis dominice, in vico Straminis, eodem die fit novus rector, et durat usque ad Vigiliam beati Johannis Baptiste.
20	B.	XIII	
21	C.	XII	Benedicti abbatis. — Non legitur in theologia nec in decretis : tamen legitur in aliis; eodem die cursorie in vico Straminis.
22	D.	XI	
23	E.	X	Nota quod in Vigilia Annunciacionis dominice non legitur ultra terciam in vico Straminis, nec in vico Brunelli.
24	F.	IX	
25	G.	VIII	Annunciacio Dominica Beate Marie. — Non legitur in aliqua Facultate.
26	A.	VII	In crastino [Annunciationis], non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in omnibus aliis.
27	B.	VI	Nota quod in die jovis albi, in die beati Veneris, et in Vigilia Pasche [i. e. tres dies ante Pascha], semper fit sermo in Cordigeriis post prandium, sed non ante.
28	C.	V	
29	D.	IIII	Nota quod in Augustinensibus, in die beati Veneris [Parasceve], de mane fit sermo in Lombardo, in Theutonico, in Gallico, una et eadem hora in tribus locis in illa domo.
30	E.	III	
31	F.	II	Nota quod in Vigilia Palmarum, et in die Mercurii proxima sequenti, in nonis Nostre Domine non legitur in vico Brunelli. Item nota quod a IIII^ta^ feria ante magnum Pascha usque ad diem jovis post idem festum, non legitur in aliqua Facultate.

APRILIS.

DENA LOCUM PRIME DAT LUX, UNDENA NOVENNE. (*APRILIS HABET DIES XXX, LUNA XXIX.*)

1		*g.*	Kl.	
2	XI	*a.*	IIII N.	
3		*b.*	III N.	
4	XIX	*c.*	II N.	AMBROSII EPISCOPI ET CONFESSORIS. — Non legitur.
5	VIII	*d.*	Nonas.	
6	XVI	*e.*	VIII Id.	
7	V	*f.*	VII Id.	
8		*g.*	VI Id.	
9	XIII	*a.*	V Id.	(1)
10	II	*b.*	IIII Id.	(2)
11		*c.*	III Id.	
12	X	*d.*	II Id.	
13		*e.*	Idus.	TYBURCII, VALERIANI ET MAXIMI MARTIRUM.
14	XVIII	*f.*	XVIII Kl.	
15	VII	*g.*	XVII Kl.	
16		*a.*	XVI Kl.	
17	XV	*b.*	XV Kl.	Sol in Tauro.
18	IIII	*c.*	XIIII Kl.	
19		*d.*	XIII Kl.	

(1) Hoc die dominus Joannes Quintinis doctor obiit anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo post Pascha. — (2) D.

APRILIS.

APRILIS DECIMA EST; UNDENA A FINE TERMINETUR [*l.* TIMETUR]. (*APRILIS HABET DIES XXX, LUNA XXIX.*)

1	G.	Kal.	Nota quod doctores in decretis non legunt a Vigilia Pasche floride [dominicae in Ramis] usque ad diem Martis post «Quasimodo» [dominicam in Albis].
2	A.	IIII	
3	B.	III	
4	C.	II	SANCTI AMBROSII EPISCOPI ET CONFESSORIS, ECCLESIE DOCTORIS. — Non legitur in aliqua Facultate.
5	D.	Nonas.	
6	E.	VIII	
7	F.	VII	*Procuratoris continuatio.*
8	G.	VI	
9	A.	V	
10	B.	IIII	
11	C.	III	
12	D.	II	
13	E.	Idus.	
14	F.	XVIII	
15	G.	XVII	
16	A.	XVI	
17	B.	XV	Sol in Tauro.
18	C.	XIIII	
19	D.	XIII	

IMPRIMERIE NATIONALE.

20	XII	*e.*	XII Kl.	
21	I	*f.*	XI Kl.	[1]
22		*g.*	X Kl.	
23	IX	*a.*	IX Kl.	
24		*b.*	VIII Kl.	Georgii martiris. — Non legitur.
25	XVII	*c.*	VII Kl.	
26	VI	*d.*	VI Kl.	Marci evangeliste. — Letania major. — Non legitur[2].
27		*e.*	V Kl.	Cleti pape et martiris.
28	XIIII	*f.*	IIII Kl.	
29	III	*g.*	III Kl.	Vitalis martiris.
30		*a.*	II Kl.	Petri martiris. — Non legitur.

De translatione sancti Ludovici fit festum die Martis post festum Ascencionis Domini. Et non legitur.

MAIUS.

tertius occidit, et septimus ora relidit. (*MAIUS HABET DIES XXXI, LUNA XXX.*)

1	XI	*b.*	Kl.	Philippi et Jacobi apostolorum. — Non legitur.
2		*c.*	VI N.	
3	XIX	*d.*	V N.	Inventio Sancte Crucis[3]. — Alexandri, Eventi martiris, et Theodoli[4]. — Non legitur. — N^a^. Ab hoc die missa Facultatis celebratur hora 7^a^.
4	VIII	*e.*	IIII N.	
5		*f.*	III N.	

[1] D. — [2] Ultimum Pasche. — [3] Alexandri sociorumque ejus. — D. — [4] Quiriaci episcopi et martiris.

20	E.	XII	
21	F.	XI	
22	G.	X	Revelacio corporum sanctorum Dionisii sociorumque ejus. — Eodem die sunt magne indulgencie in sancto Dionisio.
23	A.	IX	Georgii martiris. Festive. — Non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in aliis Facultatibus.
24	B.	VIII	
25	C.	VII	Marci evangeliste. — Letania major. Non legitur alicubi.
26	D.	VI	Dedicacio sancte Capelle palacii regis Francie. — In illa die et per octavam sunt ibi magne indulgencie et magnus concursus populi.
27	E.	V	
28	F.	IIII	
29	G.	III	
30	A.	II	Petri Jacobite et martiris. — Non legitur in aliqua Facultate, excepto in vico Straminis, ubi tunc legitur cursorie. Et eodem die fit sermo in Jacobitis.

MAIUS.

tertius in maio lupus est, et septimus anguis. (*MAIUS HABET DIES XXXI, LUNA XXX^ta^.*)

1	B.	Kal.	Philippi et Jacobi apostolorum. — Non legitur alicubi.
2	C.	VI	
3	D.	V	Invencio Sancte Crucis. — Non legitur alicubi.
4	E.	IIII	
5	F.	III	*Electio procuratoris.*

6	XVI	*g.*	II N.	Johannis ante Portam Latinam. — Non legitur.
7	V	*a.*	Nonas.	
8		*b.*	VIII Id.	Obitus bone memorie domini Johannis Chuffardi, decretorum doctoris et cancellarii Parisiensis [1]. — Non legitur.
9	XIII	*c.*	VII Id.	Translatio sancti Nicholay. — Non legitur.
10	II	*d.*	VI Id.	Gordiani et Epimachi martirum [2].
11		*e.*	V Id.	[3]
12	X	*f.*	IIII Id.	Nerei, Achillei et Pancracii martirum.
13		*g.*	III Id.	Marie ad matres.
14	XVIII	*a.*	II Id.	
15	VII	*b.*	Idus.	
16		*c.*	XVII Kl. Junii.	
17	XV	*d.*	XVI Kl.	[4]
18	IIII	*e.*	XV Kl.	Sol in Geminis.
19		*f.*	XIIII Kl.	Yvonis confessoris. Potenciane virginis. — Non legitur.
20	XII	*g.*	XIII Kl.	
21	I	*a.*	XII Kl.	
22		*b.*	XI Kl.	
23	IX	*c.*	X Kl.	
24		*d.*	IX Kl.	
25	XVII	*e.*	VIII Kl.	Urbani pape et martiris. Translatio sancti Francisci [5].
26	VI	*f.*	VII Kl.	

[1] Cette indication a été ajoutée dans le ms. 1123 par une main postérieure. Il en est de même dans le ms. 1121. — [2] Sit missa Facultatis. — [3] Maioli abbatis. — [4] D'une main postérieure : Nota quod in hoc mense 1606 dominus Danisson doctor regens obiit. — [5] D'une main postérieure : Missa domini Bernardi Roillet. — D.

6	G.	II	Johannis ante Portam Latinam. — Non legitur alicubi.
7	A.	Nonas.	
8	B.	VIII	In Vigilia ante noctem sancti Nicolai episcopi, non legitur ultra terciam in vico Straminis, nec in nonis Beate Marie in vico Brunelli.
9	C.	VII	Translacio sancti Nicolai episcopi et confessoris. — Non legitur. Estatis initium.
10	D.	VI	*In crastino* [Translationis] *non legitur in vico Brunelli.*
11	E.	V	
12	F.	IIII	
13	G.	III	In Rogacionibus non disputatur in vico Straminis.
14	A.	II	In Vigilia Pasche, Ascencionis, Penthecostes et Trinitatis, non legitur ultra terciam in aliqua Facultate.
15	B.	Idus.	In crastinum Ascensionis, non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in aliis.
16	C.	XVII	
17	D.	XVI	Nota quod a dominica qua cantatur «Vocem jocunditatis» [quinta post Pascha], usque in crastinum Sancte Trinitatis, non legitur in vico Straminis ordinarie, sed cursorie.
18	E.	XV	Sol in Geminis.
19	F.	XIIII	Yvonis confessoris de Britannia et advocati. — Non consuevit legi alicubi.
20	G.	XIII	
21	A.	XII	
22	B.	XI	
23	C.	X	
24	D.	IX	Translacio sancti Dominici. — Non legitur in theologia : tamen legitur in omnibus aliis.
25	E.	VIII	Translacio sancti Francisci. — Non legitur in theologia : tamen legitur in omnibus aliis.
26	F.	VII	

27		*g.*	VI Kl.	
28	XIIII	*a.*	V Kl.	Germani, episcopi Parisiensis. — Non legitur.
29	III	*b.*	IIII Kl.	
30		*c.*	III Kl.	
31	XI	*d.*	II Kl.	Rome sancte Petronille virginis.

Notandum quod a die Veneris ante Penthecosten usque ad diem Martis post octabas ipsius festi Penthecostes, non legitur ordinarie.

JUNIUS.

denus pallescit, quindenus federa nescit. (*JUNIUS HABET DIES XXX, LUNA XXIX.*)

1		*e.*	Kl.	Nichomedis martiris.
2	XIX	*f.*	IIII N.	Marcellini et Petri martirum.
3	VIII	*g.*	III N.	
4	XVI	*a.*	II N.	
5	V	*b.*	Nonas.	
6		*c.*	VIII Id.	
7	XIII	*d.*	VII Id.	
8	II	*e.*	VI Id.	Medardi et Gildardi episcoporum et confessorum. — (Ms. 1121 : Obitus bone memorie domini Nycholai de Conty, decretorum doctoris, canonici R[othomagensis], precentoris Ambianensis [1].)

[1] Cette mention, d'une main postérieure, se retrouve dans le ms. 1123.

27	G.	VI	
28	A.	V	Germani episcopi et confessoris Parisiensis. — Festive.
29	B.	IIII	Nota quod doctores in decretis non legunt a Vigilia Penthecostes usque ad diem Martis post festum Sancte Trinitatis.
30	C.	III	
31	D.	II	Nota quod in die Martis proxima post Ascencionem Domini, semper celebratur festum de Revelacione capitis sancti Ludovici regis. Et in eadem die et per octobas sunt magne indulgencie in capella regia. Et illa die non consuevit legi in vico Brunelli : legitur tamen in aliis.

JUNIUS.

junius in decima quindenum a fine salutat. (*JUNIUS HABET DIES XXX, LUNA XXIX.*)

1	E.	Kal.	
2	F.	IIII	
3	G.	III	In vigilia Sancti Sacramenti, non legitur in nonis Nostre Domine in vico Brunelli. In die Sancti Sacramenti, non legitur in aliqua Facultate. Nota quod in crastino Sancti Sacramenti, non legitur in vico Brunelli : legitur tamen in aliis.
4	A.	II	
5	B.	Nonas.	
6	C.	VIII	
7	D.	VII	
8	E.	VI	

9		*f.*	V Id.	Primi et Feliciani martirum.
10	X	*g.*	IIII Id.	(1)
11		*a.*	III Id.	Barnabe apostoli. — Non legitur.
12	XVIII	*b.*	II Id.	Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii martirum.
13	VII	*c.*	Idus.	Antonii.
14		*d.*	XVIII Kl.	Basilii episcopi et confessoris.
15	XV	*e.*	XVII Kl.	Urti et Modesti martirum.
16	IIII	*f.*	XVI Kl.	Cyrici et Julite matris ejus (2).
17		*g.*	XV Kl.	Sol in Cancro.
18	XII	*a.*	XIIII Kl.	Marci et Marcelliani martirum.
19	I	*b.*	XIII Kl.	Gervasii et Prothasii martirum. — Non legitur.
20		*c.*	XII Kl.	(3)
21	IX	*d.*	XI Kl.	(Obitus bone memorie domini Ambrosii de Cambray, juris utriusque doctoris, cancellarii Parisiensis et domini requestarum regiarum (4).)
22		*e.*	X Kl.	Albani martiris.
23	XVII	*f.*	IX Kl.	Vigilia (5).
24	VI	*g.*	VIII Kl.	Nativitas sancti Johannis Baptiste. — Non legitur.
25		*a.*	VII Kl.	Vindiciani et Eligii episcoporum (6). — Non legitur.
26	XIIII	*b.*	VI Kl.	Johannis et Pauli martirum (7).
27	III	*c.*	V Kl.	
28		*d.*	IIII Kl.	Leonis pape. — Vigilia.

(1) D. — (2) D. — (3) D'une main postérieure : Dies major in anno. — (4) Cette addition postérieure se retrouve dans le ms. 1123. — (5) En marge : Electio rectoris. — (6) Translatio sancti Eligii. — (7) Translatio sancti Ylarii.

9	F.	V	
10	G.	IIII	
11	A.	III	Barnabe apostoli. — Non legitur in aliqua Facultate.
12	B.	II	
13	C.	Idus.	Antonii Cordigeri. — Non legitur in theologia : legitur tamen in omnibus aliis.
14	D.	XVIII	
15	E.	XVII	
16	F.	XVI	
17	G.	XV	Sol in Cancro.
18	A.	XIIII	
19	B.	XIII	Gervasii et Prothasii fratrum et martirum. — Et non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in aliis.
20	C.	XII	
21	D.	XI	
22	E.	X	Nota quod semper in Vigilia beati Johannis Baptiste, eligitur novus rector, et durat usque ad crastinum sancti Dionisii.
23	F.	IX	In Vigilia non legitur ultra terciam in vico Straminis, nec in vico Brunelli propter Vigiliam.
24	G.	VIII	Nativitas beati Johannis Baptiste. — Non legitur [in vico Brunelli; *Bibl. nat.*].
25	A.	VII	Eligii, Noviomensis episcopi. — Non legitur in vico Straminis, nec in vico Brunelli : in aliis tamen legitur.
26	B.	VI	
27	C.	V	
28	D.	IIII	Vigilia apostolorum Petri et Pauli. — Non legitur in aliqua Facultate ultra terciam.

29	XI	*e.*	III Kl.	Petri et Pauli apostolorum. — Non legitur.
30		*f.*	II Kl.	Commemoratio sancti Pauli. — Non legitur.

Sciendum est quod vacationes incipiunt a festo apostolorum Petri et Pauli et durant quantum videtur expedire magistris, quandoque usque ad festum sancti Egidii, quandoque plus.

JULIUS.

tridecimus mactat, julii decimus labefactat. (*JULIUS HABET XXXI, LUNA XIX.*)

1	XIX	*g.*	Kl.	Oct. sancti Johannis et sancti Theobaldi.
2	VIII	*a.*	VI N.	Processi, Martiniani martirum.
3		*b.*	V N.	Translatio sancti Thome apostoli.
4	XVI	*c.*	IIII N.	Translatio sancti Martini. — Non legitur.
5	V	*d.*	III N.	
6		*e.*	II N.	Oct. apostolorum Petri et Pauli.
7	XIII	*f.*	Nonas.	
8	II	*g.*	VIII Id.	
9		*a.*	VII Id.	
10	X	*b.*	VI Id.	Septem fratrum.
11		*c.*	V Id.	Translatio sancti Benedicti. — Non legitur.
12	XVIII	*d.*	IIII Id.	

29	E.	III	Petri et Pauli. — Non legitur in aliqua Facultate.
30	F.	II	Commemoracio sancti Pauli. — Non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in omnibus aliis. *Electio procuratoris.*
			Nota quod a Vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli, non legitur in decretis per doctores ordinarie, nec in theologia per magistros, usque ad crastinum Sancte Crucis : tamen aliquociens in predicto tempore legitur extraordinarie in vico Brunelli per unum doctorem in decretis.
			Item nota quod a Vigilia Apostolorum non legitur ordinarie in vico Straminis usque ad crastinum sancti Ludovici regis Francie.

JULIUS.

terdecimus julii decimo irruit (*l.* innuit) ante kalendas. (*JULIUS HABET DIES XXXI, LUNA XXI*[ta].)

1	G.	Kal.	
2	A.	VI	
3	B.	V	
4	C.	IIII	Translacio sancti Martini episcopi et confessoris. — Non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in aliis.
5	D.	III	
6	E.	II	
7	F.	Nonas.	
8	G.	VIII	
9	A.	VII	
10	B.	VI	
11	C.	V	Translacio sancti Benedicti abbatis et confessoris. — Non legitur in theologia, nec in vico Brunelli : legitur tamen in aliis.
12	D.	IIII	

13	VII	*e.*	III Id.	
14		*f.*	II Id.	Dies caniculares incipiunt.
15	XV	*g.*	Idus.	Divisio apostolorum. — Relatio S. Vedasti de Bel[lovaco].
16	IIII	*a.*	XVII Kl.	
17		*b.*	XVI Kl.	
18	XII	*c.*	XV Kl.	(1)
19	I	*d.*	XIIII Kl.	
20		*e.*	XIII Kl.	Margarete virginis. Vulmari abbatis.
21	IX	*f.*	XII Kl.	Praxedis virginis.
22		*g.*	XI Kl.	Marie Magdalene. — Non legitur (2).
23	XVII	*a.*	X Kl.	Appollinaris martiris.
24	VI	*b.*	IX Kl.	
25		*c.*	VIII Kl.	Jacobi apostoli et Christofori (3) martirum. — Non legitur.
26	XIIII	*d.*	VII Kl.	(4)
27	III	*e.*	VI Kl.	
28		*f.*	V Kl.	Beate Anne, matris gloriose Virginis Marie. — Non legitur.
29	XI	*g.*	IIII Kl.	Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis.
30		*a.*	III Kl.	Abdon et Sennen martirum.
31	XIX	*b.*	II Kl.	Germani episcopi et confessoris.

(1) Arnulphi episcopi. — (2) D. — (3) Et Cucufatis. — (4) Translatio sancti Marcelli episcopi Parisiensis.

13	E.	III	
14	F.	II	
15	G.	Idus.	
16	A.	XVII	
17	B.	XVI	
18	C.	XV	Arnulphi episcopi et martiris. — Sol in Leone.
19	D.	XIIII	
20	E.	XIII	
21	F.	XII	Sancti Victoris martiris — Festive.
22	G.	XI	Marie Magdalene. — Non legitur in aliqua Facultate.
23	A.	X	
24	B.	IX	
25	C.	VIII	Jacobi apostoli, Christophori et Cucufatis. — Non legitur in aliqua Facultate.
26	D.	VII	Beati Marcelli, episcopi Parisiensis et confessoris. — Festive.
27	E.	VI	
28	F.	V	Beate Anne, matris Virginis Marie. — Non legitur in vico Brunelli : legitur tamen in aliis. *Continuatio procuratoris.*
29	G.	IIII	
30	A.	III	
31	B.	II	Germani, episcopi Altissiodorensis et confessoris gloriosi. — Festive.

AUGUSTUS.

PRIMA NECAT FORTEM, PERDITQUE SECUNDA COHORTEM. (*AUGUSTUS HABET DIES XXVII, LUNA XXX.*)

1	VIII	*c.*	Kl.	Vincula sancti Petri. Septem Machabeorum. — Non legitur.
2	XVI	*d.*	IIII N.	Stephani pape et martiris.
3	V	*e.*	III N.	Inventio sancti Stephani prothomartiris. — Non legitur.
4		*f.*	II N.	
5	XIII	*g.*	Nonas.	Oswaldi regis et martiris. Sancti Dominici. — Non legitur.
6	II	*a.*	VIII Id.	Sixti felicissimi et Agapiti martirum.
7		*b.*	VII Id.	Donati episcopi et martiris.
8	X	*c.*	VI Id.	Ciriaci martiris sociorumque ejus.
9		*d.*	V Id.	Vigilia.
10	XVIII	*e.*	IIII Id.	Laurentii martiris. — Non legitur.
11	VII	*f.*	III Id.	Tyburcii martiris.
12		*g.*	II Id.	
13	XV	*a.*	Idus.	Ypoliti sociorumque ejus.
14	IIII	*b.*	XIX Kl.	Eusebii presbiteri. — Vigilia.
15		*c.*	XVIII Kl.	Assumptio Beate Marie Virginis. — Non legitur[1].
16	XII	*d.*	XVII Kl.	
17	I	*e.*	XVI Kl.	Oct. sancti Laurentii martiris.
18		*f.*	XV Kl.	Agapiti martiris. — Sol in Virgine.

[1] Missa Facultatis.

AUGUSTUS.

AUGUSTUM NEPA PRIMA NECAT; DE FINE SECUNDA. (*AUGUSTUS HABET DIES XXXI, LUNA XXX^ta.*)

1	C.	Kal.	Petri ad Vincula. — Non legitur in aliqua Facultate.
2	D.	IIII	
3	E.	III	Invencio sancti Stephani prothomartiris. — Non legitur in aliqua Facultate.
4	F.	II	
5	G.	Nonas.	Sancti Dominici Jacobite. — Non legitur in aliqua Facultate. Eodem die fit sermo in Jacobitis.
6	A.	VIII	Transfiguracio Domini. — Non legitur in theologia : legitur tamen in aliis.
7	B.	VII	
8	C.	VI	
9	D.	V	Vigilia Laurencii.
10	E.	IIII	Laurencii archidiaconi et martiris. — Non legitur alicubi.
11	F.	III	Corone Domini. — Non legitur in theologia : legitur tamen in omnibus aliis.
12	G.	II	
13	A.	Idus.	
14	B.	XIX	Vigilia Assumpcionis Beate Marie. — Non legitur ultra terciam in vico Stramins nec in vico Brunelli.
15	C.	XVIII	Assumpcio Beate Marie Virginis. — Eodem die fit sermo in Carmelitis.
16	D.	XVII	In crastinum [Assumpcionis], non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in aliis.
17	E.	XVI	
18	F.	XV	[Sol in Virgine.]

19	IX	*g.*	XIIII Kl.	Sancti Ludovici, Marsiliensis episcopi. Magni martiris. — Non legitur.
20		*a.*	XIII Kl.	Bernardi abbatis et confessoris. — Non legitur.
21	XVII	*b.*	XII Kl.	
22	VI	*c.*	XI Kl.	Oct. sancte Marie. — Tymothei et Simphoriani martirum.
23		*d.*	X Kl.	Tymothei et Appollinaris martirum.
24	XIIII	*e.*	IX Kl.	Bartholomei apostoli. Audoeni archiepiscopi. — Non legitur.
25	III	*f.*	VIII Kl.	Ludovici quondam regis Francie. — Non legitur.
26		*g.*	VII Kl.	
27	XI	*a.*	VI Kl.	Ruffi martiris.
28		*b.*	V Kl.	Augustini episcopi et confessoris. Hermetis martiris. — Non legitur.
29	XIX	*c.*	IIII Kl.	Decollatio sancti Johannis Baptiste. Sabine virginis. — Non legitur.
30	VIII	*d.*	III Kl.	Felicis et Adaucti martirum [1].
31		*e.*	II Kl.	

SEPTEMBER.

TERTIA SEPTEMBRIS ET DENUS FERT MALA MEMBRIS. (*SEPTEMBER HABET DIES XXX, LUNA XXV.*)

1	XVI	*f.*	Kl.	Egidii abbatis. Lupi episcopi et confessoris. Prisci martiris. — Non legitur.
2	V	*g.*	IIII N.	
3		*a.*	III N.	[2]

[1] Et Fiacri. — [2] D.

19	G.	XIIII	Ludovici Marciliensis, ordinis Minorum. — Non legitur in theologia nec in decretis : tamen legitur in omnibus aliis. Eodem die fit sermo in Cordigeris.
20	A.	XIII	Bernardi abbatis. — Non legitur in aliqua Facultate. Eadem die fit sermo in Bernardinis.
21	B.	XII	
22	C.	XI	
23	D.	X	
24	E.	IX	Bartholomei apostoli. — Non legitur in aliqua Facultate.
25	F.	VIII	Ludovici regis Francie. — Non legitur in aliqua Facultate; et fit sermo in bursa Navarrensi. Illa die resumuntur lectiones ordinarie in vico Straminis. *Continuatio procuratoris.*
26	G.	VII	
27	A.	VI	
28	B.	V	Augustini episcopi et confessoris ac Ecclesie doctoris. — Non legitur; et fit sermo in Augustinens.
29	C.	IIII	Decolacio sancti Johannis Baptiste. — Non legitur in aliqua Facultate.
30	D.	III	
31	E.	II	

SEPTEMBER.

TERCIA SEPTEMBRIS VULTIS FERIT A PEDE DENAM. (*SEPTEMBER HABET DIES XXX, LUNA XXVI^ta.*)

1	F.	Kal.	Egidii, Lupi et Firmini, confessoris et episcopi Ambianensis. — Non legitur in vico Straminis, nec in vico Brunelli : in aliis tamen legitur.
2	G.	IIII	
3	A.	III	Ordinacio sancti Gregorii pape. — Festive.

IMPRIMERIE NATIONALE

4	XIII	*b.*	II N.	
5	II	*c.*	Nonas.	Bertini abbatis.
6		*d.*	VIII Id.	Dies caniculares finiunt.
7	X	*e.*	VII Id.	Clodoaldi confessoris.
8		*f.*	VI Id.	Nativitas sancte Marie Virginis. — Non legitur.
9	XVIII	*g.*	V Id.	Gorgonii martiris. — Audomari episcopi.
10	VII	*a.*	IIII Id.	
11		*b.*	III Id.	Protii et Jacincti martirum.
12	XV	*c.*	II Id.	
13	IIII	*d.*	Idus.	
14		*e.*	XVIII Kl.	Exaltatio Sancte Crucis. Cornelii et Albani[1] martirum. — Non legitur. — Nota : Post festum exaltationis Sancte Crucis, missa Facultatis incipit celebrari hora 8ª usque ad [festum inventionis Sancte Crucis].
15	XII	*f.*	XVII Kl.	Nichomedis presbiteri et martiris. — Oct. Beate Marie.
16	I	*g.*	XVI Kl.	Eufemie virginis. Lucie et Geminiani martirum.
17		*a.*	XV Kl.	Lamberti episcopi et martiris. — Sol in Libra.
18	IX	*b.*	XIIII Kl.	
19		*c.*	XIII Kl.	
20	XVII	*d.*	XII Kl.	Vigilia.
21	VI	*e.*	XI Kl.	Mathei apostoli et euvangeliste. — Non legitur[2].
22		*f.*	X Kl.	Maurichi sociorumque ejus. Fiat missa vel festum[3].
23	XIIII	*g.*	IX Kl.	Tecle virginis.
24	III	*a.*	VIII Kl.	

[1] Cipriani. — [2] D. — [3] Sine lectura Decreti.

4	B.	II	
5	C.	Nonas.	
6	D.	VIII	
7	E.	VII	Hac die non legitur ultra terciam in vico Straminis : nec in nonis Nostre Domine in vico Brunelli.
8	F.	VI	Nativitas sancte Marie Virginis. — Non legitur.
9	G.	V	In crastino [Nativitatis], festive. Et non legitur in vico Brunelli : legitur tamen in omnibus aliis.
10	A.	IIII	
11	B.	III	
12	C.	II	
13	D.	Idus.	
14	E.	XVIII	Exaltacio Sancte Crucis. — Non legitur in aliqua Facultate.
15	F.	XVII	In crastino [Exaltationis], festive.
16	G.	XVI	
17	A.	XV	Sol in Libra.
18	B.	XIIII	
19	C.	XIII	
20	D.	XII	Vigilia.
21	E.	XI	Mathei apostoli et ewangeliste. — Non legitur in aliqua Facultate.
22	F.	X	Maurichi cum sociis suis. — Festive. Non legitur in decretis : legitur tamen in decretalibus. *Procurator eligitur.*
23	G.	IX	
24	A.	VIII	

25		*b.*	VII Kl.	Firmini episcopi et martiris.
26	XI	*c.*	VI Kl.	
27		*d.*	V Kl.	Cosme et Damiani martirum. — Non legitur.
28	XIX	*e.*	IIII Kl.	
29	VIII	*f.*	III Kl.	Michaelis archangeli. — Non legitur.
30		*g.*	II Kl.	Jeronimi presbiteri. — Non legitur.

Notandum quod doctores incipiunt legere in parvo ordinario prima die legibili post festum Exaltationis Sancte Crucis, vel prout videbitur Facultati expedire.

OCTOBER.

TERTIUS ET DENUS EST SICUT MORS ALIENUS. (*OCTOBER HABET DIES XXXI, LUNA XXX.*)

1	XVI	*a.*	Kl.	Remigii, Vedasti, Germani, Bavonis. — Non legitur ordinarie.
2	V	*b.*	VI N.	Leodegarii episcopi et martiris [1].
3	XIII	*c.*	V N.	[2]
4	II	*d.*	IIII N.	Sancti Francisci. — Non legitur.
5		*e.*	III N.	
6	X	*f.*	II N.	Fidis virginis et martiris.
7		*g.*	Nonas.	Marci pape et confessoris. Marcelli et Appulei martirum.
8	XVIII	*a.*	VIII Id.	Benedicte virginis et martiris.
9	VII	*b.*	VII Id.	Dyonisii cum sociis suis. — Non legitur.

[1] Et Leonardi. — [2] D.

25	B.	VII	Firmini episcopi et martiris. — Festive.
26	C.	VI	
27	D.	V	Cosme et Damiani martirum. — Festive. Et non legitur in decretis in vico Brunelli : legitur tamen in decretalibus.
28	E.	IIII	Nota quod ab hac die usque ad crastinum sancti Dionisii, non legitur in vico Brunelli aliqua hora.
29	F.	III	Michaelis archangeli. — Non legitur in aliqua Facultate.
30	G.	II	Hieronimi presbiteri et doctoris Ecclesie. — Non legitur in aliqua Facultate. Eadem die consuevit rex ostendere Sanctam Crucem in palatio de mane, et Cordigeri tenentur ad horas dicendas in capella regia.
			Nota quod doctores in decretis non legunt a Vigilia beati Michaelis, usque ad diem Martis proximam post festum Omnium Sanctorum.

OCTOBER.

TERCIUS OCTOBRIS GLADIUS DECIMUM ORDINE NECTIT. (*OCTOBER HABET DIES XXXI, LUNA XXIX.*)

1	A.	Kal.	Remigii archiepiscopi et confessoris. — Eodem die legitur cursorie in vico Straminis.
2	B.	VI	Leodegarii episcopi et martiris. — Festive.
3	C.	V	
4	D.	IIII	Sancti Francisci confessoris. — Eodem die non legitur in aliqua Facultate; et fit sermo in Cordigeris.
5	E.	III	
6	F.	II	
7	G.	Nonas.	
8	A.	VIII	
9	B.	VII	Dionisii, Rustici et Eleutherii martirum. — Non legitur in aliqua Facultate.

10		*c.*	VI Id.	Non legitur hodie de mane [1].
11	XV	*d.*	V Id.	Translatio sancti Augustini. — Hodie debent bachalarii incipere suam lecturam et proclamari per cedulam.
12	IIII	*e.*	IIII Id.	
13		*f.*	III Id.	
14	XII	*g.*	II Id.	Calixti pape et martiris.
15	I	*a.*	Idus.	Obitus domine Marie de Crevecœur, fondatus 1576 [2].
16		*b.*	XVII Kl.	Dedicatio ecclesie beati Michaelis in monte Tumba. — Non legitur.
17	IX	*c.*	XVI Kl.	
18		*d.*	XV Kl.	Luce evangeliste. — Sol in Scorpione. — Non legitur.
19	XVII	*e.*	XIIII Kl.	
20	VI	*f.*	XIII Kl.	
21		*g.*	XII Kl.	
22	XIIII	*a.*	XI Kl.	[3]
23	III	*b.*	X Kl.	Severini episcopi et confessoris. Romani, archiepiscopi Rothomagensis. — Non legitur.
24		*c.*	IX Kl.	
25	XI	*d.*	VIII Kl.	Crispini et Crispiniani martirum.
26		*e.*	VII Kl.	Amandi episcopi et confessoris.
27	XIX	*f.*	VI Kl.	Vigilia.
28	VIII	*g.*	V Kl.	Symonis et Jude apostolorum. — Non legitur.
29		*a.*	IIII Kl.	
30	XVI	*b.*	III Kl.	
31	V	*c.*	II Kl.	Quintini martiris. — Vigilia Omnium Sanctorum.

[1] En marge : Electio rectoris. — [2] Mention postérieure répétée sur le ms. 1123. — [3] D.

10	C.	VI	In crastino sancti Dionisii, eligitur novus rector, et durat usque ad primum O.
11	D.	V	Illa die lectiones ordinarie reincipiuntur in vico Straminis.
12	E.	IIII	
13	F.	III	
14	G.	II	
15	A.	Idus.	
16	B.	XVII	Dedicacio ecclesie Sancti Michaelis in monte Tumba. — Non legitur in vico Brunelli : legitur tamen in aliis.
17	C.	XVI	
18	D.	XV	Luce evangeliste. — [Non legitur] in aliqua Facultate. Sol in Scorpione.
19	E.	XIIII	
20	F.	XIII	
21	G.	XII	*Continuatio procuratoris.*
22	A.	XI	
23	B.	X	Romani, archiepiscopi Rothomagensis. — Non legitur in vico Straminis : tamen legitur in aliis.
24	C.	IX	
25	D.	VIII	
26	E.	VII	
27	F.	VI	Vigilia.
28	G.	V	Simonis et Jude apostolorum. — Non legitur in aliqua Facultate.
29	A.	IIII	
30	B.	III	
31	C.	II	Quintini martiris. Vigilia Omnium Sanctorum. — No le itur ultra terciam [in aliqua Facultate].

NOVEMBER.

QUINTA NOVEMBRIS ACUS, VIX TERTIA MANSIT IN URNA. (*NOVEMBER HABET DIES XXX, LUNA XXIX.*)

1		*d.*	Kl.	FESTIVITAS OMNIUM SANCTORUM. — Non legitur.
2	XIII	*e.*	IIII N.	EUSTACHII SOCIORUMQUE EJUS [1]. — Non legitur, quia fit missa pro defunctis per Universitatem. In festo defunctorum sunt vigilie magistri Guillelmi Autissiodorensis. Et in crastino missa per Universitatem in Sancto Mathurino.
3		*f.*	III N.	MARCELLI, EPISCOPI PARISIENSIS.
4		*g.*	II N.	
5	X	*a.*	Nonas.	
6		*b.*	VIII Id.	WINNOCI ABBATIS.
7	XVIIII	*c.*	VII Id.	
8	VII	*d.*	VI Id.	QUATUOR CORONATORUM.
9		*e.*	V Id.	THEODORII MARTIRIS.
10	XV	*f.*	IIII Id.	
11	IIII	*g.*	III Id.	MARTINI EPISCOPI ET CONFESSORIS. — Non legitur. — In festo sancti Martini hyemalis sunt vigilie magistri Roberti de Sorbona, et in crastino missa ab Universitate et non legitur. Et hoc in Mathurinis.
12		*a.*	II Id.	
13	XII	*b.*	Idus.	BRICII EPISCOPI.
14	I	*c.*	XVIII Kl.	

[1] Commemoratio omnium defunctorum.

NOVEMBER.

QUINTA NOVEMBRIS ACUS; VIX TERCIA MANSIT IN URNA. (*NOVEMBER HABET DIES XXX, LUNA XXIX.*)

1	D.	Kal.	FESTIVITAS OMNIUM SANCTORUM. — Non legitur.
2	E.	IIII	COMMEMORACIO OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM. — Non legitur. Eodem die fit sermo in Cordigeris. Nota quod die Omnium Sanctorum, rector debet sermocinare ante magnum sermonem; et immediate post sermonem rectoris legitur privilegium bejanorum per unum bedellum; et postea fit magnus sermo.
3	F.	III	
4	G.	II	
5	A.	Nonas.	
6	B.	VIII	LEONARDI CONFESSORIS. — Festive. Nota quod die Martis proxima post festum Omnium Sanctorum, doctores in decretis reincipiunt legere ordinarie in vico Brunelli. Et illa die non legitur aliqua hora in decretalibus.
7	C.	VII	
8	D.	VI	MATURINI CONFESSORIS. — Eodem die cursorie legitur in vico Straminis.
9	E.	V	
10	F.	IIII	
11	G.	III	MARTINI EPISCOPI ET CONFESSORIS. — Non legitur in aliqua Facultate.
12	A.	II	In crastino [Martini], non legitur in vico Brunelli : tamen legitur in omnibus aliis.
13	B.	Idus.	BRICII EPISCOPI ET CONFESSORIS. — Festive. *Anniversarium Roberti de Sorbona in Maturinis.*
14	C.	XVIII	

15		*d.*	XVII Kl.	
16	IX	*e.*	XVI Kl.	
17		*f*	XV Kl.	Sol in Sagittario.
18	XVII	*g.*	XIIII Kl.	Oct. sancti Martini.
19	VI	*a.*	XIII Kl.	
20		*b.*	XII Kl.	Edmondi [1] regis et martiris. — Non legitur.
21	XIIII	*c.*	XI Kl.	
22	III	*d.*	X Kl.	Cecilie virginis et martiris.
23		*e.*	iX Kl.	Clementis pape et martiris. — Non legitur.
24	XI	*f.*	VIII Kl.	Grisogoni martiris [2].
25		*g.*	VII Kl.	Katerine virginis et martiris. — Non legitur.
26	XIX	*a.*	VI Kl.	Genovefe virginis. — Missa pro bone memorie Johanne, papa XXII°, per Universitatem celebranda [3].
27	VIII	*b.*	V Kl.	Maximi episcopi et confessoris.
28		*c.*	IIII Kl.	
29	XVI	*d.*	III Kl.	Saturnini episcopi et martiris. — Vigilia.
30	V	*e.*	II Kl.	Andree apostoli. — Non legitur.

DECEMBER.

primam bissena dat septima denaque sextam. (*DECEMBER HABET DIES XXXI, LUNA XXIX.*)

1	XIII	*f.*	Kl.	Eligii episcopi et confessoris. — Non legitur.
2	II	*g.*	IIII N.	

[1] Anglie. — [2] D'une main postérieure : Ista die obiit dominus Courtillon advocatus. — [3] In Jacobitis.

15	D.	XVII	
16	E.	XVI	
17	F.	XV	Sol in Sagitario.
18	G.	XIIII	*Eligitur procurator.*
19	A.	XIII	Ista die non legitur in vico Straminis ultra terciam, propter diem sequentem : tamen legitur in aliis.
20	B.	XII	Sancti Edemundi, regis Anglie et martiris. — Non legitur in aliqua Facultate.
21	C.	XI	In crastino [Eadmundi], non legitur in vico Straminis : tamen legitur in omnibus aliis.
22	D.	X	Cecilie virginis et martiris. — Festive.
23	E.	IX	Clementis pape et martiris. — Non legitur in aliqua Facultate.
24	F.	VIII	Ista die non legitur ultra terciam in vico Straminis, nec in nonis Nostre Domine, propter festum beate Katherine.
25	G.	VII	Katherine virginis et martiris. — Non legitur alicubi.
26	A.	VI	In crastino [Katherine], non legitur in vico Straminis, nec in vico Brunelli : tamen legitur in omnibus aliis.
27	B.	V	
28	C.	IIII	
29	D.	III	Vigilia.
30	E.	II	Andree apostoli. — Non legitur.

DECEMBER.

dat duodena cohors septem inde decemque decembris. (*DECEMBER HABET DIES XXXI, LUNA XXIX.*)

1	F.	Kal.	Eligii episcopi et confessoris. — Non legitur in vico Straminis, nec in vico Brunelli : tamen legitur in aliis.
2	G.	IIII	Octabe sancte Katherine. — Festive.

3		*a.*	III N.	
4	X	*b.*	II N.	
5		*c.*	Nonas.	
6	XVIII	*d.*	VIII Id.	Nicholay episcopi et confessoris. — Non legitur.
7	VII	*e.*	VII Id.	Oct. sancti Andree. — In crastino sancti Nicholai est missa propter statum Universitatis in Jacobitis.
8		*f.*	VI Id.	Conceptio Beate Marie. — Non legitur [1].
9	XV	*g.*	V Id.	
10	IIII	*a.*	IIII Id.	
11		*b.*	III Id.	Victorici, Fusciani, Genciani, martirum. Damasii pape.
12	XII	*c.*	II Id.	
13	I	*d.*	Idus.	Oct. sancti Nicholai. — Lucie virginis. Ruberti [2] episcopi.
14		*e.*	XIX Kl.	Nichasii sociorumque ejus, martirum. — Non legitur et fiat a doctoribus de. be. ma. sub pena consueta.
15	IX	*f.*	XVIII Kl.	Maximini abbatis. — "O Sapientia . . ."
16		*g.*	XVII Kl.	[3]
17	XVII	*a.*	XVI Kl.	Ignacii episcopi et martiris.
18	VI	*b.*	XV Kl.	Sol in Capricorno.
19		*c.*	XIIII Kl.	
20	XIIII	*d.*	XIII Kl.	
21	III	*e.*	XII Kl.	Thome apostoli. — Non legitur. — Solsticium hyemale.
22		*f.*	XI Kl.	

[1] Et sit missa a doctoribus sub pena consueta de Beata Maria. — [2] Auberti. — [3] Electio rectoris.

3	A.	III	
4	B.	II	Barbare virginis et martiris. — Festive.
5	C.	Nonas.	Vigilia Nicholay. — Non legitur ultra terciam in vico Straminis, nec in nonis Nostre Domine in vico Brunelli.
6	D.	VIII	Nicholay episcopi et confessoris. — Non legitur.
7	E.	VII	In crastino [Nicholai], non legitur in vico Straminis, nec in vico Brunelli : tamen legitur in aliis.
8	F.	VI	Conceptio sancte Marie Virginis. — Non legitur in aliqua Facultate.
9	G.	V	In crastino [Conceptionis], non legitur in vico Straminis, nec in vico Brunelli : legitur tamen in aliis.
10	A.	IIII	
11	B.	III	
12	C.	II	Nota quod doctores in decretis non legunt a primo O usque ad diem Martis proximam post octavam Epiphanie.
13	D.	Idus.	Lucie virginis et martiris. — Festive.
14	E.	XIX	Nota quod a secundo O usque ad crastinum Epiphanie non legitur ordinarie in vico Straminis.
15	F.	XVIII	
16	G.	XVII	«O sapientia.» Hic eligitur novus rector et durat usque ad ultimum diem legibilem ordinarie in vico Straminis ante festum Annunciacionis Dominice.
17	A.	XVI	
18	B.	XV	[Sol in Capricornu.]
19	C.	XIIII	
20	D.	XIII	Sancti Thome apostoli. — Non legitur.
21	E.	XII	
22	F.	XI	

23	XI	*g.*	X Kl.	
24		*a.*	IX Kl.	Vigilia. — Non legitur.
25	XIX	*b.*	VIII Kl.	Nativitas Domini Nostri Jhesu Christi. Anastasie [virginis]. — Non legitur.
26	VIII	*c.*	VII Kl.	Stephani prothomartiris.
27		*d.*	VI Kl.	Johannis apostoli et euvangeliste.
28	XVI	*e.*	V Kl.	Sanctorum Innocentium martirum.
29		*f.*	IIII Kl.	Thome episcopi martiris [1].
30		*g.*	III Kl.	
31	XIII	*a.*	II Kl.	Silvestri pape.

Notandum quod, ab illo die quo cantatur «O sapientia», non legitur ordinarie per doctores usque ad primam diem legibilem post Epiphaniam Domini. Et a vigilia Nativitatis Domini inclusive usque ad crastinum sancti Thome martiris, non legitur per bachalarios.

[1] Cantuariensis.

23	G.	X	Nota quod a Vigilia Natalis Domini usque ad crastinum sancti Thome archiepiscopi Cantuariensis et martiris, non legitur in aliqua Facultate.
24	A.	IX	Vigilia Nativitatis Domini. — Non legitur ultra terciam in aliqua Facultate.
25	B.	VIII	Nativitas Domini Nostri Jhesu Christi. — Non legitur.
26	C.	VII	Sancti Stephani prothomartiris.
27	D.	VI	Johannis apostoli et evangeliste.
28	E.	V	Sanctorum Innocentium.
29	F.	IIII	Sancti Thome, archiepiscopi Cantuariensis et martiris.
30	G.	III	
31	A.	II	Hac die non legitur in nonis Nostre Domine in vico Brunelli, propter reverenciam Circumcisionis.

ADDITA IN CODICE MANU RECENTIORI.

Januarius. — In quocumque festo non legitur, in vigilia non disputatur.

Februarius. — A die dominica ante Carniprivium usque ad quintam feriam post, non legitur ordinarie.

Marcius. — Ultima die legibili ordinarie ante festum Annunciacionis Beate Marie, eligitur rector. A sexta feria ante Ramos Palmarum usque [ad diem Martis] post Quasimodo, non legitur ordinarie. Feria sexta post Ramos, non legitur.

Aprilis. — A festis Pasche et Penthecostes usque ad quintam feriam post, non legitur. In Vigiliis Pasche, Ascencionis, Penthecostes, Trinitatis et Sacramenti, non legitur ultra terciam.

Maius. — In Rogacionibus non disputatur. In crastino Ascencionis non legitur ordinarie. A sexta feria ante Penthecosten usque [in crastinum] post Trinitatem, non legitur ordinarie.

Junius. — Ultima die legibili ante festum beati Johannis Baptiste, eligitur rector. Ab ultima die legibili ante festum Petri et Pauli apostolorum usque in crastinum beati Ludovici, non legitur ordinarie. Et ultima die legibili predicta proclamantur cursus pro die legibili sequenti.

Julius. — In die sancti Benedicti, undecima mensis, sermo doctoralis, processio et missa in Mathurinis.

Augustus. — Die quinta, sermo doctoralis apud Predicatores. Die decima quinta, sermo doctoralis apud Carmelitas. Die xx^a^, sermo, processio et missa apud Bernardinos. Die xxviii^a^, sermo apud Augustinenses.

October. — Prima die legibili post festum Dionisii, eligitur rector. Et fit obitus [Johannis] Buridani die sequenti.

December. — A secundo O usque in crastinum crastini Epiphanie a lectionibus ordinariis cessatur. Ultima die legibili ante dictas vacationes, eligitur rector et proclamantur cursus.

II

TABLE DES STATUTS [1].

HIC PONUNTUR PER ORDINEM RUBRICE STATUTORUM FACULTATIS DECRETORUM PARISIUS QUE INFRA HABENTUR, ET ETIAM IN QUOTO FOLIO, UT SIC FACILIUS INVENIANTUR MATERIE STATUTORUM.

Secuntur primo statuta concernentia principaliter scolares et audientes Parisius in jure canonico, primo folio infra signato I (p. 1).

Statuta tangentia presentatos ad lecturam Decretalium seu ad baccalariatum, III° f° (p. [2]).

Juramenta que debent prestare admissi ad gradum baccalariatus, VI° f° (p. 10).

Statuta tangentia baccalarios legentes, VIII° et IX° f° (p. 20).

Statuta et juramenta concernentia legentes de mane, XIII° f° (p. 31).

Statuta tangentia bedellum et subbedellum dicte Facultatis, XV° et XVI° f° (p. 39).

Statuta tangentia alios bedellos et servitores, XVIII° f° (p. 48).

Statuta tangentia clavigerum et ejus juramenta, XIX° f° (p. 51).

Alia statuta tangentia scolares, et maxime baccalariorum volumina et eorum lecturas, una cum statuto domini Alani cardinalis, XIX° et XX° f° (p. 53).

Statuta tangentia formam procedendi ad examen licentiandorum, XXII° f° (p. 60).

Juramenta volentium intrare examen magnarum sedularum, XXIII° f° (p. 66).

Juramenta camere examinis licentiandorum, XXIII° et XXV° f° (p. 69).

Statuta concernentia decanum circa examen licentie, XXV° f° (p. 70).

Juramenta que bis habent prestare licentiandi, videlicet in fine examinis post collationem decani, secundo antequam presententur cancellario Parisiensi, XXV° et XXVI° f° (p. 72).

Statuta tangentia distributionem baccalariorum admissorum ad licentiam, XXVII° f° (p. 78).

Statuta tangentia scolas, XXVIII° f° (p. 81).

Concordia facta inter Facultatem decretorum et decanum et capitulum ecclesie Parisiensis super lectura Decreti, XXX° et XXXI° f° (p. 85).

Juramenta prestanda per illos qui ad doctoratum recipiuntur, XXXI° et XXXII° f° (p. 89).

Statuta super formam incipiendi in decretis pro gradu doctoratus adipiscendo, XXXV° f° (p. 98).

Statuta et juramenta prestanda in collegio Facultatis decretorum concernentia doctores volentes regentiam incipere et eamdem continuare, XXXVI° f° (p. 101).

Statuta et juramenta doctorum, admissorum ad resumptionem regentie; alioquin nullo modo sunt admittendi, si non velint jurare que secuntur, XXXVII° et XXXVIII° f° (p. 106).

[1] Cette table est empruntée en partie au manuscrit de Cheltenham, et en partie au manuscrit 1121 de l'Arsenal. Dans le manuscrit de Cheltenham la table embrasse jusqu'au folio 53, c'est-à-dire toute la *tertia pars* de ce manuscrit. Plus tard, le copiste du manuscrit 1121 a complété cette table en dressant la liste des documents compris dans la *quarta pars*. — La *tertia* et la *quarta pars* sont seules foliotées dans le manuscrit de Cheltenham, mais elles ont chacune une foliotation particulière. Je reproduis donc la foliotation de ce manuscrit et j'ajoute entre parenthèses et en chiffres arabes la pagination du manuscrit 1121.

[2] En marge : *Hec folia sive pagelle desunt.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Statuta tangentia thesaurarium et receptorem Facultatis decretorum, XXXIX° f° (p. 111).

Statuta tangentia decanum, ejus electionem et juramenta, XLI°, XLII°, XLIII° et XLIIII° (p. 117).

Statuta tangentia actum regentie, XLV° f°, cum aliis sequentibus (p. 127).

Forma procedendi post examen licentie, LII° f° (p. 148 et 152)[1].

De juramento cancellarii, 3° f° (p. 157).

Littere domini Honorii pape, de reformatione pacis inter magistros, scolares et cancellarium Parisienses, 3° et 4° f° (p. 159).

Privilegium domini pape Gregorii 9i de modo licentiandi in theologia et decretis, etc., 5° f° (p. 165).

Littere ejusdem pape, destinate regi Francorum pro libertate scolarium observanda et cum hoc detaxatione domorum ab ipso rege ad preces ipsius pape eisdem scolaribus indulgenda, 6° f° (p. 168).

Littere Gregorii pape 9i super danda licentia a cancellario Parisiensi, 7° f° (p. 172).

Privilegium ejusdem Gregorii pape de modo licentiandi in theologia et decretis, et cum hoc de statutis magistrorum et scolarium, 8° f° (p. 174).

Ut homines Sancti Marcelli Parisiensis astringantur per regale privilegium ad ea ad que cives Parisienses sunt astricti, 10° f° (p. 184).

Ut homines episcopi Parisiensis astringantur per regale privilegium sicut cives Parisienses, 11° f° (p. 185).

Ut homines de burgo Sancti Germani de Pratis astringantur per regale privilegium sicut cives Parisienses, 11° f° (p. 187).

Exortatio pape ad regem, ut recipiat benigne magistrum Gaufridum Pictavensem et Willermum Altissiodorensem ad regendum, nec credat detractoribus eorumdem, 11° f° (p. 188).

Exortatio pape ad reginam, ut recipiat benigne magistros Gaufridum Pictavensem et Willermum Autissiodorensem ad regendum, nec credat, etc., 12° f° (p. 191).

Privilegium concessum magistris tempore discessionis Parisius euntibus Andegavis et Aurelianis, 13° f° (p. 193).

Littera concessa tempore occisionis scolarium ab illis de Sancto Marcello, 13 f° (p. 195).

Littera concessa occasione domus Sancti Thome de Lupera, 13° f° (p. 197).

Littera conservatoria directa archiepiscopo, archidiacono et precentori Senonensibus super taxatione domorum scolarium et religiosorum, 14° f° (p. 199).

Littera directa Meldensi et Ambianensi episcopis super quibusdam licentiis, 14° f° (p. 201).

Littera concessa cuidam mercatori super mutuo facto Universitati Parisiensi, 15° f° (p. 204).

Confirmatio compositionis facte inter Universitatem, ex parte una, et capitulum Parisiense, ex altera, 15° *bis* f° (p. 206).

Privilegium domini pape, ne alter alterius hospitium sive scolas alterius conducat, 16° f° (p. 209).

Privilegium domini pape super taxatione hospitiorum omnium et singulorum religiosorum, et de modo taxationis, 16° f° (p. 210).

Conservatio compositionis facte inter Universitatem, ex parte una, et cancellarium et capitulum Parisiense, ex altera, 16° et 17° f° (p. 212).

[1] La suite de la table manque dans le manuscrit de Cheltenham, comme je l'ai fait remarquer, p. 73, note 1. Elle n'existe que dans le manuscrit 1121 de la Bibliothèque de l'Arsenal. Le copiste de ce manuscrit a donc indiqué la foliotation particulière de la *quarta pars* du manuscrit de Cheltenham, et j'ai ajouté entre parenthèses le renvoi à la pagination du manuscrit 1121.

Ne aliquis recipiat hospitia interdicta vel scolas, nec eadem absque consensu habentis, 17° f° (p. 214).

De libertate servientium communium Universitatis qui debent gaudere immunitatibus scolarium, 17° f° (p. 215).

Ut magistri ac alii ad generales congregationes veniant, 17° et 18° f° (p. 216).

Ut homines Sancti Germani de Pratis astringantur per regale privilegium sicut cives Parisienses, 18° f° (p. 218).

Ut statuta Universitatis inviolabiliter observentur, que utilitati ac honori ejusdem congruere noscuntur, 18° f° (p. 219).

Conservatio illius privilegii, «ne aliquis eundo et redeundo Parisius causa studii pro pedagio aliquid solvere teneatur», 19° f° (p. 221).

Ne aliquis, eundo, redeundo Parisius, causa studii, pro pedagio aliquid solvere teneatur, 19° f° (p. 223).

Ut cancellarius Parisiensis clericos arma portantes ter monitos, si se non correxerint, beneficiis universis privet et privandos denunciet, 19° f° (p. 224).

Ut nullus in Universitatem, rectorem seu procuratores, quemquam alium pro facto vel occasione ipsius Universitatis, excommunicationis, suspensionis seu interdicti sententiam audeat promulgare, 20° f° (p. 225).

Conservatio ejusdem privilegii «ut nullus in Universitatem, rectorem, procuratores, etc.», 20° f° (p. 227).

Statutum ad quod bedelli Universitatis astringuntur, 21° f° (p. 230).

Ut cancellarius Parisiensis astringat clericos seculares et religiosos ut taxentur eorum hospitia a clericis et burgensibus ad hoc electis, 22° f° (p. 233).

Ut nullus possit trahi extra civitatem Parisiensem super questionibus intra eam exortis auctoritate pape vel legati ejus, 22° f° (p. 235).

Ut statuta et ordinationes Universitatis inviolabiliter observentur, 23° f° (p. 237).

Littera compulsoria super solutione bursarum scolarium auditorum in lite, 23° f° (p. 238).

Privilegium seu reformatio Alexandri pape super statu Universitatis Parisiensis, 24° f° et seqq. (p. 240).

Conservatio privilegii «ut nullus scolaris extra muros civitatis Parisiensis trahatur», 30° f° (p. 263).

[Convention[1] entre le chancelier et la Faculté de décret sur l'usage du sceau (1271)] (p. 265).

[Déclaration de la Faculté de décret sur le sens du privilège du souverain pontife sur la suspension des lectures (1272)] (p. 267).

[Statut du cardinal Robert sur les lectures dans la Faculté des arts et la Faculté de théologie et en général sur la discipline et l'état de l'Université (1215)] (p. 268).

Statutum circa stationarios seu librarios Universitatis Parisiensis, f°s 33 et 45 (p. 274 et 318).

Reformatio Symonis circa statum Universitatis Parisiensis, f° 33 (p. 280).

Provisio Symonis legati circa admittendos ad licentiam in tribus Facultatibus superioribus, f° 40 (p. 303).

[Décision des docteurs en décret déclarant que nul ne sera admis à faire partie du collège

[1] Les cotes que j'ai placées entre crochets ne se trouvent pas dans la table du manuscrit 1121. C'est une simple omission qu'il m'a été facile de réparer, car les documents se trouvent réellement insérés dans la compilation, à la page indiquée au texte.

des docteurs sans avoir prêté le serment d'observer les statuts (1272, mardi après *Jubilate*)] (p. 303).

Carta quomodo populus Parisiensis debet jurare pro defensione scolarium, et de juramento prepositi Parisiensis, f° 43 (p. 309).

[Lettres de saint Louis sur la taxation des logements des étudiants (1269, mercredi *ante Brandones*)] (p. 316).

[Statut de l'Université sur les libraires et les *stationnarii* conformément aux statuts déjà cités aux folios 33 et 45 (8 décembre 1275)] (p. 318).

Privilegium Innocencii pape concessum, quod Hospitalarii et alii monachi possint graduari in decretis, f° 47° (p. 318).

Privilegium perpetuum super juramentis conservatoris et sigilliferi in curia conservationis et omnium aliorum officialium in curia predicta, f° 49° (p. 325).

Conservatio privilegii predicti, directa abbati Sancti Dionisii, f° 50° (p. 330).

Privilegium Innocencii super admittendis ad doctoratum in Facultate decretorum, f° 51° (p. 334).

Privilegium Philippi regis super immunitate impositionum magistrorum et scolarium Parisiensium occasione cujuscunque pedagii vel impositionis, f° 52° (p. 336).

Aliud privilegium Karoli 5i super immunitate ipsorum magistrorum et suppositorum Universitatis Parisiensis, f°s 53° et 54° (p. 343).

Reformatio Alani legati cardinalis super statu perpetuo Facultatis decretorum, cum moderatione quorumdam articulorum reformationis d'Estoutevilla, f° 55° (p. 349).

Littera Pii pape, confirmatoria omnium et singulorum que fecit prefatus Alanus, durante sua legatione, publicata et registrata in curia Parlamenti, f° 66° (p. 385).

Unio capellanie Sancti Dyonisii in ecclesia Sancti Ylarii Parisiensis fundate, vulgariter capellania Facultatis decretorum nuncupate, ad corpus ejusdem Facultatis decretorum, f° 70° (p. 402).

Bail fait par les docteurs régens de la Faculté de décret, d'une masure près des écoles de lad. Faculté, à charge, entre autres choses, d'y construire une maison en laquelle les docteurs régens pourront aller se vestir, quand ils iront aux actes ou harengues, f° 76° (p. 420).

Lettres patentes d'Henry III pour la réformation de l'Université (p. 423).

Ordonnance des commissaires en conséquence desd. lettres patentes[1] (p. 426).

[1] Les deux dernières pièces ne sont point transcrites sur le registre; elles sont sur simple feuille volante.

III

STATUTS DE LA FACULTÉ[1].

(F° 1 r°.) SECUNTUR PRIMO STATUTA CONCERNENTIA PRINCIPALITER SCOLARES PARISIUS AUDIENTES IN JURE CANONICO[2].

[TITRE I.] HÆC SUNT STATUTA QUÆ DEBENT LEGI PER BIDELLUM COMMUNEM ANNO QUOLIBET IN PRINCIPIIS LECTIONUM TAM DECRETALIUM QUAM DECRETORUM IN FACULTATE DECRETORUM PARISIENSI.

§ 1. I[3]. Primo, statuendo decernimus nullum de cetero censendum scolarem Facultatis decretorum, ut privilegiis ipsius Facultatis immunitatibusque fungatur, nisi lectionem proprii doctoris audiverit, et lectionem ordinariam de mane debite frequentaverit ad minus bis vel ter in ebdomada.

§ 2. II. Item, si contingat aliquem scolarem capi, qui non habeat doctorem certum a quo Decretum audiat, ut dictum est, non repetetur ut scolaris. Et si aliis privilegiis et auxiliis ut scolaris in Facultate decretorum indiguerit, eidem nullatenus subvenietur, cum talis non sit censendus scolaris.

§ 3. III. Item, nullus baccalarius de mane legens, vel alius, poterit repetere scolarem captum ab officiali preposito, seu quovis alio judice ecclesiastico vel seculari, sub pena perjurii, cum talis repetitio ad doctorem actu regentem dignoscatur pertinere.

§ 4. IV. Item, observabunt statuta, privilegia, consuetudines laudabiles, ordinationes et sententias (f° 1 v°) decani et collegii Facultatis decretorum illesa et illesas, exibebuntque reverentiam, obedientiam et honorem dictis decano et collegio ac singulis doctoribus dicte Facultatis, tam presentibus quam futuris, ad quemcumque statum devenerint.

[1] Ces statuts sont publiés d'après le manuscrit de Cheltenham, qui a été collationné sur place. L'ensemble de ces statuts forme la *tertia pars* du manuscrit. — Dans l'Introduction, j'ai j'indiqué aussi exactement que possible les sources de cette compilation, dans laquelle on a réuni et amalgamé presque tous les statuts antérieurs du XIVe et du XVe siècle.

[2] Les premières lettres de chaque rubrique sont ornées, les autres sont en rouge.

[3] J'ai donné à tous les articles une double numérotation; l'une, en chiffres romains, est spéciale aux articles d'un même titre; l'autre, en chiffres arabes, s'étend à tous les articles de la compilation depuis 1 jusqu'à 333.

§ 5. V. Item, vocati per bidellum vel subbidellum Facultatis, etiam ex solo vive vocis oraculo, coram dictis decano et collegio responsuri comparebunt personaliter, et obiciendis ac petendis respondebunt juri stando.

§ 6. VI. Item, non audient jura canonica extra vicum clausi Brunelli, nisi juxta dispositionem Facultatis.

§ 7. VII. Item, studentes in dicta Facultate decretorum, si quamcumque petant gratiam a Facultate, antequam illam obtineant, jurabunt exibere obedientiam, reverentiam et honorem decano et collegio, ac singulis doctoribus dicte Facultatis, tam presentibus quam futuris.

§ 8. VIII. Item, nullus invitabit seu advocavit aliquem scolarem, postquam doctoris scolas vel baccalarii intraverit, sub pena resecationis et perjurii.

§ 9. IX. Item, quod ipsi habeant portare vestes honestas et decentes et talares, non gorgiatas sive apertas et ex toto in parte anteriori fissas, neque etiam in superiori parte fissas vel in coletis apertas. Et quod non defferant sotulares rostratos seu fenestratos, calligas rubeas vel soleatas, neque caputia nodata aut cum borreletis vel gippones aut indumenta gibbum supra (f° 2 r°) spatulas habentes vel habentia seu pompetas aut alios habitus aut colores pannorum a jure prohibitos.

§ 10. X. Item, quod religiosi Sancti Benedicti habebunt deferre flocum cum cucula vel capam clausam cum cucula, non mantellum seu rotondelum, nisi forsan contingeret ipsos extra villam proficisci. Ceteri vero religiosi teneantur deferre capam vel alterum religiosum habitum, secundum consuetudines vel statuta sue religionis determinatum.

§ 11. XI. Item, si quis in tali habitu indecenti, ut dictum est, deprehensus fuerit, et a decano Facultatis, ad quem volumus hujus rei curam pertinere, tertio commonitus, non resipuerit, ipso jure ab omnibus Facultatis privilegiis, honoribus et immunitatibus censeatur esse privatus.

§ 12. XII. Item, statuimus et ordinamus, ac sub pena perjurii et resecationis et privationis inhibemus quod de cetero nullus presumat aut audeat locum sibi capere aut eligere usque ad diem festi Beati Dyonisii de mane. Et contrarium facientibus nullum jus acquiratur, ymo graviter punientur.

§ 13. XIII. Item, insuper ordinamus et statuimus, precipimusque sub predictis penis perjurii, resecationis et privationis quod pueri et juvenes in sedibus capiendis in scolis deferant majoribus, scilicet magistris, licentiatis, nobilibus, baccalariis et antiquioribus, tam in lectione ordinaria quam in disputationibus, repe-

titionibus, lecturis (f° 2 v°) solemnium decretalium, propositis, harengis et festis doctorum, ita quod de cetero primam et secundam bauchas pro hujusmodi graduatis et aliis supra expressis dimitterent scolares in talibus actibus vacuas, prout est in Facultate theologie fieri consuetum, quia ratio dictat quod, ceteris paribus, minor cedat majori. Si quis autem contra hujusmodi nostrum statutum venire presumpserit, penis adeo gravibus punietur, quod merito cedet ceteris in exemplum.

§ 14. XIV. Item, quod non impedient doctores vel alios legentes, seu actus scolasticos exercentes, bidellos vel alios officiarios dicte Facultatis sibilationibus vel aliis perturbationibus quibuscumque.

§ 15. XV. Item, hora qua legitur Decretum, Decretales nec possunt nec debent legi.

§ 16. XVI. Item, volumus quod cum auditione canonum auditio alterius scientie concurrat, ut utraque auditio computetur; quinymo illum, qui sic canones et aliam scientiam simul audiverit, juvari volumus, et tempus sibi computari in altera earum Facultatum, quam prius elegerit dumtaxat.

§ 17. XVII. Item, considerantes et attendentes maximam esse utilitatem ex delatione librorum ad scolas propter plura, statuimus et ordinamus quod nullus de cetero acquirat tempus in jure canonico, nec admittatur ad lecturam Decretalium vel ad gradum baccalariatus, nisi continue deferat libros, si habeat, in lectione matutinali et in aliis horis, in quibus ipse audiet, nisi justam causam pretenderit in collegio de non delatione, (f° 3 r°) que legitima reputetur per collegium.

§ 18. XVIII. Item, legentes de mane non legant cum candela, nec ad pennam seu calamum modo pronuntiantium, sed duntaxat, si sit [aliquid] adnotandum et repetitione dignum, non proferant pro scribentibus, nisi bis in plus; et hoc fiat raro et per juramentum, quia per hoc impeditur processus, quod est inconveniens et nullo modo tollerandum. Quod statutum quolibet anno publicetur in scolis.

§ 19. XIX. Item, circa testimonium scolaritatis perhibendum seu repetitionem faciendam, si quis scolaris ab aliquo officiali seu judice ecclesiastico seu layco captus fuerit seu detentus, statuimus et decernimus quod de frequentatione lectionis matutinalis per scolarem sic detentum, aut ad baccalariatum ascendere, seu litteram testimonialem rectoris habere volentem, per cedulam legentis de mane vel alias legitime suo doctori, per cedulam vero doctoris super scolaritate hujusmodi, Facultati vel decano aut alias, ubicumque opus fuerit, fides et testimonium perhibeatur, et per ipsum doctorem duntaxat scolaris detenti repetitio fiat.

§ 20. XX. [*De cedulis legentium*[1].] Item, omnes baccalarii legere volentes in jure canonico quolibet anno teneantur lecturam suam incipere in secunda die legibili immediate post festum Beati Dyonisii, et debent tunc proclamari eorum cedule per bidellum vel subbidellum Facultatis in lectione matutinali; quas cedulas tenebuntur prefati baccalarii petere et recuperare tempore licentie aperturi examinis a decano Facultatis et illas in Facultate (f° 3 v°) aportare ante examen pro licentia obtinenda. Et qui tunc cum aliis, ut prefertur, non inceperit, nullo modo proclametur postea, nisi de licentia Facultatis, quam petere tenebitur in Facultate, et ibidem tunc coram doctoribus in collegio de causa sui impedimenti fidem facere per proprium juramentum vel alias, prout videbitur Facultati expedire.

§ 21. XXI. Item, omnes baccalarii respondere volentes suas conclusiones aferant Facultati et Facultas eis providebit de doctore[2].

TITRE II. SEQUUNTUR JURAMENTA QUE DEBENT PRESTARE ADMISSI AD GRADUM BACCALARIATUS (f° 6 r°).

§ 22. I[3]. Primo, jurabitis reverentiam, obedientiam et honorem exibere decano et collegio ac singulis doctoribus Facultatis decretorum presentibus et futuris, ad quemcumque statum deveneritis.

§ 23. II. Item, statuta, jura, libertates, conclusiones et sententias, ordinationes et consuetudines laudabiles dicte Facultatis hactenus observatas, ad quemcumque statum vos contigerit devenire, illesas et illesa servare, nec tacite vel expresse, directe vel indirecte, per vos vel per alium, palam vel occulte, ipsa vel ipsas impugnare.

§ 24. III. Item, vocatus per bidellum vel subbidellum Facultatis, etiam solo vive vocis oraculo, coram dictis decano et collegio responsurus comparebitis personaliter, et obiciendis ac petendis respondebitis juri stando.

§ 25. IV. Item, jurabitis satisfecisse legenti aut saltem satisfacere, antequam faciatis propositum vel harengam.

§ 26. V. Item, legetis in decenti habitu, videlicet, si sitis in sacris ordinibus constitutus, legetis in capa clausa; si non in sacris ordinibus, in capa rigata, juxta consuetudinem Facultatis.

(1) Le titre du § se trouve en marge dans le ms.

(2) Le reste du folio est en blanc, et les folios 4 et 5 n'existent pas.

(3) A partir de ce titre, la numérotation des paragraphes est indiquée en marge du manuscrit en chiffres romains.

§ 27. VI. Item, quod, hora qua intenditis legere, dicetis propositum vestrum, nisi per collegium vobiscum fuerit dispensatum.

§ 28. VII. Item, quod, infra quindecim dies utiles, dicetis propositum et harengam, nisi per collegium (f° 6 v°) vobiscum fuerit dispensatum. Qui dies reputantur utiles in quibus, secundum ordinem Kalendarii, posset legi et esset legendum, quamvis actualiter, propter aliquod repentinum superveniens impedimentum, non legatur.

§ 29. VIII. Item, pridie qua dicetis harengam, visitabitis singulos doctores per domos ipsorum, eis supplicando quod in vestra harenga velint interesse.

§ 30. IX. Item, quod infra octo dies continuos solvetis quatuor bursas cum dimidia, conformiter ad statuta, et ante harengam, si infra octo dies velitis facere harengam.

§ 31. X. Item, solvetis in harenga vestra cuilibet doctori vere regenti quatuor solidos Parisiensium, prout hactenus est fieri consuetum.

§ 32. XI. Item, jurabitis, die qua facietis harengam vestram, dare prandium doctori vestro, uno alio doctore ad minus ad beneplacitum ejusdem doctoris secum associato, vel alias satisfacere vestro doctori.

§ 33. XII. Item, jurabitis interesse quinque missis Beate Marie, in duabus missis Beati Nicolay et in missa Beate Katherine, sub pena quatuor solidorum Parisiensium, pro quolibet deffectu, ad usus capellanorum missas pro Facultate celebrantium convertendorum, nisi infirmus fueritis, vel absens a villa, justa et legitima de causa, per unam leucam ad minus, vel minutus sanguine illa die, de quibus facietis fidem per juramentum vestrum in presentia doctorum collegialiter congregatorum.

§ 34. XIII. Item, jurabitis interesse (f° 7 r°) in disputationibus et repetitionibus doctorum et vesperiis doctorizandorum cum libris et capa etiam ab initio ingressus scolarum induta; quam quidem capam tenebimini deferre et libros tenere usque in finem actus, sub pena quatuor solidorum pro quolibet deffectu ad usus dicte Facultatis applicandorum et pro sustinendo ornamenta et luminaria capelle dicte Facultatis et servitium.

§ 35. XIV. Item, jurabitis interesse in lecturis solennium decretalium per doctores faciendis, sub pena quatuor solidorum, ad usus dicte Facultatis convertendorum, pro quolibet deffectu.

§ 36. XV. Item, jurabitis quod si legatis in nonis Sancti Jacobi, intrabitis in prima pulsatione dicte hore; si vero in nonis Beate Marie legeritis, intrabitis in

IMPRIMERIE NATIONALE.

prima pulsatione magne campane dicte hore et non ante; quas horas tenebitis, et taliter debite legendo continuabitis; quod cedet ad honorem vestrum et Facultatis ac utilitatem audientium. Alioquin, vobis desidibus et negligentibus in dictarum horarum lectura et continuatione repertis, tempus hujusmodi lecture minime computabitur, vel alias, prout visum fuerit Facultati, puniemini.

§ 37. XVI. Item, intrabitis lectionem Decreti illius doctoris, in cujus scolis legetis, nisi per doctorem vobiscum fuerit dispensatum.

§ 38. XVII. Item, non legetis solennes decretales, que legi solent per doctores.

§ 39. XVIII. Item, non legetis, nisi in scolis actu regentis, nisi per collegium vobiscum fuerit dispensatum.

§ 40. XIX (f° 7 v°). Item, jurabitis non solicitare, per vos vel per alium, aliquem scolarem, precipue cum scolas alicujus doctoris vel baccalarii intraverit.

§ 41. XX. Item, non legetis privatim vel publice Decretales in presentia alicujus doctoris, nisi contingat vos de mane legere. Tunc modicum prima die ordinarii de precepto decani, in presentia doctorum legere poteritis, prout est fieri consuetum.

§ 42. XXI. Item, non revelare secreta collegii, in quantum concernunt statum baccalarii.

§ 43. XXII. Item, non facere propositum, nisi in scolis in quibus intenditis legere; alioquin, solvetis duos solidos Parisiensium proprietario scolarum[1] in quibus facietis propositum vestrum.

§ 44. XXIII. Item, jurabitis habere libros textuales cum glosis ordinariis juris canonici; et, si omnes pro tunc non habeatis, et sit causa rationabilis, si videatur collegio expedire, tunc admittatur talis, dum tamen prius juret non incipere suam lecturam quousque habuerit libros, ut superius expressum est.

§ 45. XXIV. Item, non legetis Decretales extra vicum clausi Brunelli, nisi licentia super hoc petita et optenta a decano et collegio Facultatis decretorum, nec tunc possitis legere extra dictum vicum clausi Brunelli, nisi solvatis pensionem pro scolis ac si in dicto claustro Brunelli legeritis, vel quemadmodum legens in dicto claustro solvere consuevit, et ad usus Facultatis applicandam.

§ 46. XXV. Item, quia omnis ars et doctrina per exercitium suscipit incrementum, jurabitis non (f° 8 r°) accedere ad examen licentie, nisi primitus in

[1] Dans le texte il y a *scolarium*.

disputatione publica et solenni Parisius, sub doctore Parisius regente, responderitis. Super quo tamen poterit vobis cum justa subsistente causa dispensari per Facultatem.

§ 47. XXVI. Item, jurabitis nullibi recipere licentie gradum in jure canonico quam in Universitate Parisiensi, si in eadem continuando cursum studii vestri acquisieritis tempus vel partem temporis ad licentiam obtinendam, nisi tamen prius debite petieritis et obtinueritis a decano et collegio dicte Facultatis litteram gradus vestri baccalariatus, simul et omnes cedulas per vos ibidem levatas super lecturis et voluminibus ac tempore acquisito in dicta Facultate, et per bidellum in scolis, ut moris est, proclamatas.

§ 48. XXVII. Quodque etiam integraliter satisfeceritis, tam de pena debita pro singulis deffectibus, si quos forsan contigerit vos tunc commisisse, declaratis in VIIe, VIIIe et VIIIIe articulis nunc vobis lectis et per vos juratis, quam etiam de sallario sive pensione scolarum in quibus legeritis, de collectis similiter, ac etiam de juribus debitis legenti seu legentibus lecturam ordinariam et bidellis dicte Facultatis, qui pro tempore erunt, juxta ipsius Facultatis ordinationes et statuta.

§ 49. XXVIII. Quodque super hujusmodi juramento dispensationem a quovis superiore, etiam sede apostolica, non impetrabitis, necque per alium impetrari curabitis; et, si illam impetrari aut motu proprio vel alias concedi contingerit, eadem dispensatione vel ejus effectu non utemini.

TITRE III. SECUNTUR STATUTA TENGENTIA BACCALARIOS LEGENTES (fo 8 vo).

§ 50. I[1]. Primo, quando fiunt misse communes doctorum et baccalariorum Facultatis decretorum, baccalarii de mane legentes precedent alios in sedibus, processionibus et pacis osculis. Alii vero baccalarii incedent in premissis secundum antiquitatem, primi et posteriores, prout quisque junior vel antiquior in lectura juris canonici fuerit, nisi junior fuerit nobilis vel in dignitate tali constitutus, cui per antiquiores sit, juxta dispositionem Facultatis, ratione dignitatis vel nobilitatis, deferendum.

§ 51. II. Item, nullus baccalarius potest legere nisi in scolis doctoralibus, scilicet in quibus est doctor regens actu, nisi per collegium fuerit cum eo dispensatum. Si tamen per duos menses legerit in scolis doctoris actu regentis, ibidem usque in finem anni tenetur continuare lectiones suas, satisfacto de pensione vel de satisfaciendo prestita cautione ydonea, etiam si doctorem absentare contingeret absque spe revertendi.

[1] A partir de ce paragraphe les numéros des paragraphes ont été ajoutés postérieurement en marge et en chiffres arabes.

§ 52. III. Item, cum baccalarius lecturam suam inceperit in scolis doctoris actu regentis, non poterit se transferre ad scolas alterius doctoris, nisi de precepto vel licentia collegii vel de licentia primi doctoris.

§ 53. IV. Item, nullus baccalarius potest mutare horam suam legendi nec librum, ex quo inceperit, absque licentia collegii.

§ 54. V. Item, postquam inceperit legere aliquem librum (f° 9 r°), leget eum sine saltu, titulos ordinate continuando; alias, non computabitur pro lectura sic per saltus legenti. Si vero uno anno legerit unum librum integre, potest eodem anno partem alterius libri in fine, videlicet duos vel plures titulos legere, dum tamen illum librum anno sequenti incipiat a capite, vel e converso incipere poterit a capite, et anno sequenti in eodem incipere ubi prius dimiserat, sine saltu, et continuare et complere.

§ 55. VI. Item, nullus baccalarius incipiet legere Decretales in prima receptione ad lecturam vel in principio cujuslibet anni, vel cum habet horam mutare, nisi publice in scolis per bedellum generalem vel subbidellum fuerit proclamatus et preconizatus; alias, si contrarium fecerit, tempus lecture talis sibi nullo modo computabitur, et alias, prout videbitur Facultati, punietur; et nemini fiat contra hoc gratia per juramentum.

§ 56. VII. Item, si baccalarius vocatus ad collegium per bedellum ex parte decani vel collegii ad collegium non venerit seu excusatorem idoneum non miserit, et causam absentie notoriam non habeat legitimam, si Decretales legat, per triduum a lectionibus suspendatur et hora legendi scole claudentur; et si pertinax fuerit, nolens in aliud triduum collegio satisfacere, spreto juramento per eumdem collegio impenso, super hiis pena, prout videbitur collegio seu majori parti, afficiatur duriori. Si vero baccalarius ad mandatum collegii venire recusans actu non legat, de perjurio notabitur et alias contra ipsum per collegium, prout visum fuerit expedire, procedetur.

§ 57. VIII (f° 9 v°). Item, quia circa hujusmodi lecturas et scolas doctorales quamplurime fraudes hactenus sunt commisse, et verisimiliter committi poterunt infuturum; idcirco nos, decanus et collegium, hujusmodi fraudibus, quantum possumus, obviare volentes, statuimus et ordinamus quod, de cetero, quilibet baccalarius, legens in jure canonico Parisius, quolibet anno, in principio sue lecture, unam cedulam a proprio suo doctore, sub quo et in cujus scolis leget, ipsius doctoris et decani Facultatis sigillis sigillatam, recipere teneatur; quam idem baccalarius, cum ad lecturam suam incipiendam proclamari voluerit, bedello generali Facultatis afferet seu afferri faciet ut proclametur; et dictas cedulas reportabit dictus bedellus aut subbedellus decano dicte Facultatis pro conservatione earum

usque ad examen licentie. Alioquin, bidellus generalis aut subbidellus ad decanum transire et cedulas proclamatorum pro illa die, continentes scolas doctorum in quibus sunt proclamati, in scriptis dicto decano dare, ut fraus evitetur, et contrarium faciens graviter punietur ad arbitrium Facultatis, antiquis statutis quoad legentes de mane in suo robore duraturis.

§ 58. IX. *Forma cedularum legere volentium*[1]. — Dicta autem cedule forma erit ista : « Talis baccalarius in jure canonico Parisius incipiet hodie, tali hora, talem librum Decretalium, pro tali anno, seu libro lecture sue in scolis talis doctoris, etc. »

§ 59. X. Item, statuimus et ordinamus quod si, scolis doctoralibus repletis, aliquem baccalarium in (f° 10 r°) scolis non doctoralibus legere contingat ex dispensatione Facultatis, quam petere tenebitur in Facultate collegialiter et obtinere, antequam in ipsis legere valeat et tempus acquirere, talis baccalarius quolibet anno teneatur habere cedulam sigillo Facultatis sigillatam, quam, antequam proclametur, bedello generali Facultatis aportabit, qui debet eam custodire, ut prefertur; alias minime proclamandus. Et, si contrarium fiat, talis nullo modo acquiret tempus; et est alias puniendus ad arbitrium Facultatis. Et, ut hujusmodi statuta irrefragabiliter observentur, nemini contra ipsa fiat gratia per juramentum.

§ 60. XI. Item, omnes baccalarii legere volentes in jure canonico quolibet anno teneantur lecturam suam incipere in secunda die legibili immediate post festum Beati Dyonisii, et debent tunc proclamari eorum cedule per bidellum vel subbidellum Facultatis in lectione matutinali; quas cedulas tenebuntur prefati baccalarii petere et recuperare tempore licentie aperturi examinis a decano Facultatis, et illas aportare in Facultate ante examen pro licentia obtinenda. Et qui tunc cum aliis, ut prefertur, non inceperit, nullo modo proclametur postea, nisi de licentia Facultatis, quam petere tenebitur in Facultate, et ibidem tunc coram doctoribus, in collegio, de causa sui impedimenti fidem facere per proprium juramentum vel alias, prout videbitur Facultati expedire.

§ 61. XII. Item, baccalarii legentes in nonis Beate Marie legant et tenebuntur legere quotiens in (f° 10 v°) nonis Beati Jacobi legentes debuerunt legere, nisi impediantur propter propositum vel alias legitime, per Universitatem vel per Facultatem.

§ 62. XIII. Item, baccalarii excrescentes, [quandocumque] scole [omnium[2]]

[1] Ces quatre mots sont en marge. — [2] Dans le ms. 1121 ces mots n'ont pas été transcrits, dans le ms. de Cheltenham le copiste a écrit *quamcumque scole cum doctorum.*

doctorum sint solute, solvent pensionem scolarum in quibus legerunt sibi contingentem, et prorata temporis in utilitatem collegii convertendam.

§ 63. XIV. Item, omnes baccalarii teneantur legere singulis diebus legibilibus ordinarie aut saltem ad minus ter in septimana in scolis clausi Brunelli, et non alibi, hora per Facultatem ordinata, et non alia, debite singulas suas lectiones per spatium hore integre protrahendo, ut talis lectura in honorem cedat Facultatis et baccalariorum, et pariter in eorum audientiumque utilitatem reddundet. Alias non acquirent tempus pro licentia obtinenda, talibusque desidibus et negligentibus nullo modo tempus omisse lecture computabitur. Quinymo de tempore in cedulis ipsorum baccalariorum contento, quod quidem legendo modis predictis acquirere potuissent et debuissent, illa portio temporis eisdem auferetur et sibi merito defalcabitur, quo se a lecturis et observatione predictorum abstinuerint, illaque adimplere neglexerint sive contempserint. Super autem diligentia vel negligentia, quam adhibebunt baccalarii in legendo, ut predicitur, exactissima continuo a Facultate fiat inquisitio, quando quidem honor Facultatis, profectus eorumdem baccalariorum et aliorum studentium circa continuationem ac exercitium (f° 11 r°) dictarum lecturarum versetur et maxime consistat. In fine vero cujuslibet anni per decanum et collegium visitentur maxima cura singule cedule baccalariorum, et examine diligenti habito super lecturis ab eisdem baccalariis, modis prescriptis continuatis vel omissis, vera annotatio temporis per baccalarios acquisiti simul etiam et perditi, in dorso cujuslibet cedule inscribatur veridice, nec aliqua causa vel occasione differatur hoc examen cedularum anno statim elapso fieri, ne forsan diuturnitate temporis, ob memoriam hominis labilem, quicquam de veritate obmittatur, aut aliquid falsi pro veritate in ipsis cedulis admisceatur.

§ 64. XV. Item, quod, de cetero, debite legant baccalarii modis contentis in proximo precedenti articulo spatio quadraginta mensium, antequam admittantur ad examen licentie obtinende. Ubi vero aliqui manifeste cognoscerentur plus ceteris profecisse et actus scolasticos diligenter frequentasse, aut forsan essent prelati, vel magni nobiles, seu persone admodum graves, aut licentiati in jure civili, alias tamen docti, in his casibus poterit Facultas eos admittere ad ipsum examen licentie consequende, si modo predicto debite legerint spatio triginta sex mensium.

§ 65. XVI. Item et quia[1]. . . . .

[1] Le reste du folio, ainsi que le f° 11 v° et le folio 12 en entier, est en blanc.

TITRE IV. STATUTA ET JURAMENTA CONCERNENTIA LEGENTES DE MANE (f° 13 r°).

§ 66. I. Primo, jurabit non repetere aliquem scolarem captum ab officiali seu quovis alio judice ecclesiastico vel seculari, sub pena perjurii, cum talis repetitio ad doctorem actu regentem dignoscatur pertinere.

§ 67. II. Item, jurabit, audita pulsatione Beate Marie, non remanere in cathedra nec ulterius legere, seu ante horam a lectura desistere. Alioquin, monitione premissa, tanquam perjuro actus legendi interdicetur.

§ 68. III. Item, non advocabit nec invitabit per se vel per alium aliquem scolarem, postquam scolas alterius intraverit vel etiam antequam ingressus fuerit.

§ 69. IV. Item, jurabit legere, secundum Facultatis ordinationem, uno anno primum librum Decretalium; in secundo anno, secundum; et in tertio anno, tertium librum Decretalium; et in quarto, quintum; et in quinto, sextum; et in sexto, quartum librum Decretalium et Clementinas, bene, temperate et decenter, et complere cum textibus, glosis et materia recte occurenti, sine verborum superfluitate, materias peregrinas minime aut saltem parum textum concernentes omittendo.

§ 70. V. Item, jurabit quod scolas, in quibus leget, non recipiet seu retinebit aliquo jure, vel quocumque colore quesito, nisi de licentia expressa Facultatis, nec poterit dictas scolas retinere vel aliquod jus in eis vendicare, nisi usque ad finem ordinarii illius (f° 13 v°) anni. Et anno immediate sequenti non poterit in eisdem legere, nec ad dictam lecturam recipi, nisi de expresso consensu decani et collegii dicte Facultatis. Et si contrarium fecerit, ut perjurus puniatur.

§ 71. VI. Item, quod, in medio anni vel in aliqua parte, collecta sua facta, lecturam non dimittet per juramentum sine licentia collegii petita et obtenta, cum ad hujus lecturam pro toto illo anno, ab anni principio, proprio juramento se astrinxerit, et propter hoc specialiter collectam receperit.

§ 72. VII. Item, jurabit solvere medietatem pensionis scolarum, et faciet pro alia medietate solvenda collectam, pro qua quilibet scolaris ab ipso audiens tenebitur solvere duos solidos Parisiensium. Illud vero quod supererit de hujusmodi collecta, soluta medietate dicte pensionis, spectabit ad Facultatem; cujus pensionis tenebitur solvere medietatem in Candelosam, et aliam medietatem in Paschate.

§ 73. VIII. Item, poterit facere collectam, quando sibi placuerit, et pro ipsa collecta quilibet scolaris sub ipso audiens adminus tenebitur sibi solvere florenum valentem francum; et ad hoc, per captionem librorum, bis in uno anno, si opus

fuerit, per monitiones generales et alias vias justas et honestas compelletur, nisi propter notabilem paupertatem hujusmodi scolaris fuerit excusatus et de hoc appareat saltem per suum proprium juramentum [1]. Tunc non compelletur, prestito hujusmodi juramento, ad aliquid solvendum, nec dicte monitiones ipsum ligabunt.

§ 74. IX (f° 14 r°). Item, ad predictam collectam solvendam baccalarii, licentiati et actu legentes aliis horis in dicta Facultate minime tenebuntur.

§ 75. X. Item, quod incipiet prima die legibili post festum Beati Dyonisii, et continuabit usque ad subsequens festum Beati Michaelis.

§ 76. XI. Item, quod non absentabit se, nec leget per substitutum ultra mensem continuum, nisi fuerit infirmus vel alio legitimo impedimento detentus. Et extunc, si impeditus fuerit, habebit hoc, quamcitius poterit, significare decano et collegio dicte Facultatis, ut per ipsos cognoscatur et judicetur, an impedimentum hujusmodi fuerit legitimum, et per eos provideatur tunc ad lecturam predictam in ipsius deffectum.

§ 77. XII. Item, quod singulis annis comparebit in prima missa collegii ante festum Beati Michaelis ad supplicandum pro lectura et ad renovandum juramenta supradicta. Qui si supplicare et predicta jurare noluerit, a dicta lectura omnino repellatur.

§ 78. XIII. Item, quod non leget cum candela, nec ad pennam sive ad calamum, modo pronuntiantium pro quocunque, sed duntaxat, si sit aliquid notandum et repetitione dignum, non proferat pro scribentibus qui debent esse provecti, nisi bis in plus; et hoc fiat raro et per juramentum, quia per hoc impeditur processus, quod est inconveniens et nullo modo tollerandum; et ut sic tedium proficere volentibus et provectis evitetur, et debitus ad honorem Facultatis et utilitatem audientium fiat processus in lectura, prout juraverunt et decet (f° 14 v°) ac expedit, quod statutum quolibet anno publicetur in scolis, prout alibi continetur.

§ 79. XIV. Item, quod complebit integraliter et decenter librum seu libros per Facultatem ordinatos et assignatos.

§ 80. XV. Item, tenebitur facere quolibet anno ante festum Beati Dyonisii unum propositum, ita quod, si sint duo legentes de mane vel plures, junior in lectura matutinali primo faciet, et alter immediate die sequenti; et sic de aliis suo ordine, secundum antiquitatem, gradatim, absque concursu, prout est fieri consuetum.

[1] En marge : *Juramentum paupertatis.*

§ 81. XVI. Item, quilibet legens de mane tenebitur visitare singulos doctores in prima lectione magni ordinarii, quando legerit.

§ 82. XVII. Item, quia [circa] solutionem[1] collecte legentium de mane plurime de die in diem, prout ad nostram sepius ex fide dignorum relatione pervenit notitiam, fraudes committuntur, et dignum est ut, qui ad onus assumitur, non debeat a mercede repelli, statuimus et ordinamus quod, de cetero, quolibet anno semel ad minus, scolares volentes a doctoribus suis cedulas super auditione juris canonici quoad acquisitionem temporis sibi sigillari, juxta formam alibi latius expressam, teneantur doctori, a quo voluerint dictas cedulas sigillari, defferre cedulam seu brevetum legentis de mane, a quo audiverint, in qua testificetur dictus legens sibi satisfactum esse de collecta. Alioquin non sigillabuntur dictis scolaribus hujusmodi cedule, nisi doctor alio modo legitime fuerit[2] (f° 15 r°) informatus de hujusmodi solutione, servata tamen ordinatione erga pauperes, prout alibi plenius est cautum.

§ 83. XVIII. Item, forma prefati breveti sit hec : « Domine doctor, talis, etc., satisfecit michi de collecta pro hoc anno, etc. »; postponat dictus legens nomen suum et ejus signetum.

§ 84. XIX. Item, quia sepissime furtive et per surreptionem aliqui inventi sunt gradum baccalariatus obtinuisse, statuimus ut nullus legens de mane litteram certificatoriam sue auditionis lecture alicui concedat, nisi veraciter informatus sciverit ipsum scolarem eamdem lectionem audivisse et debite continuasse, absque fraude et cum librorum delatione.

TITRE V. STATUTA TANGENTIA BEDELLUM ET SUBBEDELLUM DICTE FACULTATIS (f° 15 v°).

§ 85. I. Primo, jurabit obedientiam et reverentiam et honorem exhibere decano et collegio ac singulis doctoribus dicte Facultatis presentibus et futuris.

§ 86. II. Item, baccalariis et scolaribus, cuilibet secundum statum suum.

§ 87. III. Item, pacem et tranquilitatem servare in Facultate decretorum.

§ 88. IV. Item, statuta, jura, libertates et consuetudines Facultatis, precipue suum officium tangentia, illesa et illesas servare.

§ 89. V. Item, fideliter suum officium exercere, nec secreta collegii vel doctorum signo, verbo, vel quoquo modo revelare.

[1] En marge : *De litteris testimonialibus.* — [2] Au bas du f° 14 v° : *Aspiratus honor sed onus spiramina nescit.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

§ 90. VI. Item, non solicitare vel advocare aliquem scolarem, antequam ingrediatur scolas alicujus doctoris, vel baccalarii, vel post quandocumque.

§ 91. VII. Item, non proclamabit aliquem baccalarium ad aliquem actum scolasticum sine licentia decani, nec etiam aliquid aliud sine predicta licentia. Et si tangat collegium, sine licentia collegii vel majoris partis.

§ 92. VIII. Item, quod ratione sui officii, nichil exiget a scolaribus vel baccalariis ut sibi debitum, nisi secundum quod sibi debetur per statuta vel de antiqua consuetudine per collegium expresse approbata. Si vero contrarium fecerit, in duplum ejus quod receperit, sine remissione quacumque, puniatur.

§ 93. IX. Item, sciendum est quod virga argento ornata (f° 16 r°) et deaurata, quam tenetur generalis bedellus deferre, de pecunia collegii fuit facta; et erit perpetuo dicta virga dicti collegii, nisi loco ejusdem una melior subrogetur. Et eam tenetur reddere dictus bedellus quandocumque cedere vel recedere ipsum contingerit quoquo modo, similiter et virga argentea tradicta subbedello Facultatis.

§ 94. X. *De littera testimonialis vel testificatoria*[1]. — Item, non proclamabit aliquem baccalarium ad lecturam, nisi prius habuerit et viderit cedulam testificatoriam de suo volumine a decano Facultatis sigillatam, secundum formam ordinatam baccalariis, ut supra.

§ 95. XI. Item, in collectis faciendis debent bedellus et subbedellus generales Facultatis precedere ceteros servitores dicte Facultatis.

§ 96. XII. Item, ordinatum est et statutum per collegium decretorum, omnibus doctoribus ad hoc specialiter vocatis, ut moris est, quod bedellus Facultatis pro quolibet deffectu tangente suum officium puniatur.

§ 97. XIII. Et subbedellus quoque puniatur similiter pro quolibet deffectu per decanum Facultatis, quando et prout Facultas ordinabit. Et idem est servandum pro quolibet deffectu missarum Facultatis et Universitatis, necnon congregationum Universitatis et etiam deputatorum ejusdem, ita quod usque ad finem congregationum saltem unus ipsorum teneatur esse remanere, sub pena predicta. Et si quis ipsorum habeat legitimam causam absentie, tenebitur, quamcitius commode poterit, se excusare fideliter et per suum juramentum proprium in collegio prestandum, vel saltem coram (f° 16 v°) decano Facultatis. Alioquin incurrent predictam penam, eisdem nullo modo remittendam. Et, ut efficacius predictum statutum servetur, decanus Facultatis tenebitur fideliter punctuare in

[1] Le titre de ce paragraphe est en marge.

libro Facultatis quemlibet deffectum ipsorum, sub quo ejus conscientiam oneramus. Et tenebitur prefatus decanus per juramentum quater in anno, scilicet in missa proxima Facultatis post festum Epiphanie Domini, Pasche, Sancti Johannis Baptiste et Sancti Remigii, predictos deffectus per ipsum signatos, ut prefertur, intimare collegio, cui erit credendum, ut sic melius et efficacius per Facultatem ordinetur de solutione et satisfactione.

§ 98. XIV. Item, jurabunt quod non impedient lectiones baccalariorum favore cujuscumque, ratione propositi seu propositorum, nisi per collegium cum dicto faciente propositum graciose fuerit aliter dispensatum.

§ 99. XV. Item, nullus bedellus seu subbedellus admittatur ad officium predictum, nisi premissa quolibet anno juraverit modo et forma predictis.

§ 100. XVI. Item, non distribuet aliis bedellis aliquas pecunias, nisi certum fuerit ipsos et quemlibet ipsorum prestitisse juramenta fieri consueta, ut sequitur.

§ 101. XVII. Item, cum doctores et baccalarii in loco pro examine deputato fuerint congregati, dicti bedellus et subbedellus custodient ostium.

§ 102. XVIII. Item, quod bedellus et subbedellus et claviger scolarum, in quibus legitur de mane, tenentur ire et esse congregati cum magno bedello Facultatis (f° 17 r°) in primis Sancti Jacobi precise in vico Brunelli, quotienscumque erit aliquid proclamandum in scolis, et secum vadant ad scolas sibi assistendo quamdiu suum exercebit officium, et quod ipsi advertant et attendant si sint aliqui sibilatores et dissoluti, turbantes prefatum bedellum exercendo suum officium, et illos denuncient, si cognoscant, in Facultate per eorum juramenta, ut inde Facultas bene provideat et procedat, prout visum fuerit de jure procedendum contra tales, ad honorem Facultatis, et ut cedat aliis in exemplum.

§ 103. XIX. Item, pro quolibet deffectu quo prefatus subbedellus non erit cum magno bedello, ut prefertur, non sibi assistendo in vicò Brunelli, quotienscumque erit aliquid proclamandum in scolis, nec tumultum impediendo, ipse, inquam, subbedellus et servitores seu custodes dictarum scolarum, in quibus legetur de mane, si deffectum faciant super premissis, punientur dicto servicio seu officio et omnibus emolumentis eisdem provenientibus ratione dictarum scolarum, quas habent in custodia, ut prefertur; et alias procedetur contra ipsum vel ipsos tanquam contra perjuros et prout visum fuerit expedire Facultati.

§ 104. XX. Item, bedellus et subbedellus Facultatis tenentur et debent venire qualibet die ad domum decani Facultatis ad sciendum an sint aliqua intimanda dominis doctoribus, et hoc sub pena que continetur supra, in rubrica de bedello et subbedello Facultatis.

§ 105. XXI. Item, bedellus Facultatis tenebitur denunciare (f° 17 v°) Facultati per juramentum, si prefati subbedellus et claviger scolarum faciant deffectum super premissis, ut Facultas debite provideat contra ipsos delinquentes in premissis.

§ 106. XXII. Item, bedellus et subbedellus nedum Facultati, ymo etiam cuilibet doctori regenti interroganti quod voluerit contra honorem vel utilitatem Facultatis, veritatem tenebuntur respondere per juramentum et sub pena privationis a suis officiis.

§ 107. XXIII. Item, non habeant dicti bedelli generales a baccalariis, tam pro propositis quam harengis suis, pro preponendo unum ante alium in proclamatione quam dicti bedelli habent facere in scolis, vel etiam postponendo, aliquid, vel petere quoquo modo, nec etiam producendo dictos baccalarios per villam ad visitandum dominos doctores juxta morem consuetum, nisi mere voluntarie fuerit eis oblatum, cum dicti bedelli ad hoc faciendum ratione dicti officii teneantur.

TITRE VI. STATUTA TANGENTIA ALIOS BEDELLOS ET SERVITORES (f° 18 r°).

§ 108. I. Primo, jurabunt reverentiam, obedientiam et honorem impendere decano et collegio, singulis doctoribus et singularibus personis, baccalariis et scolaribus Facultatis decretorum, secundum statum cujuslibet.

§ 109. II. Item, jura, libertates et consuetudines Facultatis, precipue sui officii, illesa et illesas servare.

§ 110. III. Item, pacem et tranquilitatem servare in Facultate decretorum et inter singulares personas.

§ 111. IV. Item, non solicitare nec invitare seu advocare aliquem scolarem, antequam ingrediatur scolas alicujus doctoris vel baccalarii, postquam intraverit quandocumque.

§ 112. V. Item, quod non erit bedellus duorum doctorum, presente suo primo doctore, nec absente, nisi de licentia primi.

§ 113. VI. Item, non erit bedellus unius et subbedellus alterius, sed poterit esse bedellus et subbedellus ejusdem.

§ 114. VII. Item, quod non erit bedellus in alia Facultate, dum erit bedellus in Facultate decretorum.

§ 115. VIII. Item, quod nichil proclamabunt per scolas, nisi de licentia decani.

§ 116. IX. Item, quod nichil exigent a scolaribus vel baccalariis, nisi per statuta ejusdem debeatur, vel de consuetudine expresse per doctores approbata.

§ 117. X (f° 18 v°). Item, jurabunt denuntiare baccalariis festa, disputationes, vesperias et lecturas solemnium decretalium, quamcitius sciverint et missas[1] . . . . . quibus baccalarii interesse tenentur, prout fieri consuetum.

§ 118. XI. Item, nullus bedellus alicujus doctoris regentis, vel subbedellus, exercebit officium seu gaudebit juribus et libertatibus dicti officii, nisi prius predicta juramenta prestiterit coram decano vel doctore suo.

§ 119. XII. Item, quod bedellus ille sit honeste vite, bone conversationis, non magnus mercator; habebitque quilibet doctor bedellum quem assumpserit, si alias habuerit, si de novo incipiat, illum, quem suus doctor sibi ministrabit, Facultati presentare. Et si opus sit, dictus bedellus Facultatem informare tenebitur de statu suo, eritque in voluntate seu deliberatione Facultatis vel repellere talem ex causa, vel eum admittere.

§ 120. XIII. Item, quod nullus doctor recipiat aliquem in bedellum suum, etiam de consensu Facultatis, qui habeat ultra decem arpenta vinearum quandiu quaternarium durabit.

TITRE VII. STATUTA TANGENTIA CLAVIGERUM (f° 19 r°).

§ 121. I. Primo, claviger habet se presentare Facultati, antequam exerceat dictum officium, ut de beneplacito ejusdem Facultatis admittatur et non alias; et tunc, si sit admissus per Facultatem, habebit prestare in collegio juramenta que sequuntur.

JURAMENTA CLAVIGERI.

§ 122. II. Item, primo, jurabit diligenter et fideliter facere et exercere suum officium in omnibus ad honorem Facultatis.

§ 123. III. Item, quod ibit cum bedello et subbedello Facultatis, ipsum associando, in scolis in lectione matutinali duntaxat, cum prefatus bedellus vel subbedellus erit aliquid proclamaturus in dictis scolis, et secum stare, donec suum officium pro tunc compleverit, prout supra plenius est ordinatum et statutum. Hoc idem statuimus circa subbedellum Facultatis, videlicet quod prestet consimile juramentum, cum ad officium subbedellatus admittetur et recipietur.

§ 124. IV. Item, quod non aperiet nec aperiri permittet scienter scolas quarum

[1] Une ligne en blanc grattée.

habet custodiam, dum legitur de mane, ante horam debitam, consuetam et ordinatam, sed, pro posse bene custodiet ne aliquis aperiat ante horam, ut prefertur; et si aliquis eo invito contrarium faciat, ipse nomen et domicilium ipsius contrarium facientis denunciabit Facultati, citius quod poterit, ut contra talem vel tales Facultas procedat, prout erit procedendum.

TITRE VIII. STATUTA CONCERNENTIA SCOLARES ET MAXIME BACCALARIORUM VOLUMINA ET EORUM LECTURAS (f° 19 v°).

§ 125. I. Cum nos, decanus et collegium Facultatis decretorum Parisius, commoditatem scolarium ac baccalariorum in eadem Facultate legentium affectantes, ipsorumque sumptus et labores ac onera eis incumbentia in parte relevare volentes, certis et legitimis causis nos ad hoc moventibus, nuper statuerimus et ordinaverimus quod nullus ad gradum baccalariatus in jure canonico admissus aut in posterum admittendus de cetero plura proposita facere teneatur, sed unico et primo proposito dumtaxat cum harenga bene et solemniter facto sit contentus, ut per hoc ipsi baccalarii a multitudine propositorum ceterisque sumptibus et omnibus circa hoc incumbentibus a modo releventur; cumque sit juri consonum, ut qui in uno relevatur, in alio laborem utiliter subire non recuset, sintque nonnulli qui juris periti existimari desiderant, quamvis juris casus et passus minime previderint, propter quod scientie nobilitas non modicum vilipenditur et honor studii penitus obfuscatur, et quia, qui congruam litteris non dedit operam, preceptor esse non potest litterarum, et qui per communes juris passus solerter non creverit ad meritum stipendii jurisque gradum non valet commode pervenire : idcirco nos, prefati decanus et collegium, ejusdem Facultatis honori ac in ea legentium utilitati, dicta etiam proposita in melius commutando providere cupientes (f° 20 r°), tribus edictis pro statuendo, ut moris est, solemniter factis et omnibus doctoribus super hoc specialiter evocatis, maturaque deliberatione prehabita, statuimus et ordinamus etiam declarando et supplendo ad alia statuta que secuntur:

TITRE IX. STATUTUM DOMINI ALANI CARDINALIS.

§ 126. I. Primo, statuimus et ordinamus, cum, existentibus[1] peccatis nostris, humana natura adeo depravata sit, ut paucissimi usque ad senium perveniant, sintque, ut plurimum, homines nostri temporis, qui usque ad quinquagesimum annum pervenerunt imbecilliores et magis confracti, quam quos dudum vidimus et legimus octogesimum vel nonagesimum annos peregisse, quod ad examen pro licentia in forma canonistarum admitti possit qui prius per quadraginta vel saltem per triginta sex menses in quatuor vel in quinque annis vel eo circa,

[1] Voy. plus haut, p. 47, § 3 : *exigentibus*.

completos bene et debite legerit quatuor libros juris canonici, vel tres cum majori parte quarti, quarto tamen libro Decretalium et Clementinis pro uno duntaxat libro computatis, admitti possit et valeat. Cum prelatis vero, magnis, nobilibus et constitutis in dignitatibus et officiis seu beneficiis ecclesiasticis magne reputationis, gravibus tamen et notabilibus personis ac alias litteratis et idoneis, eisque qui in aliis studiis, juxta morem eorumdem, vel tantum vel consimile tempus exercitia ibidem consueta decenter frequentaverint, de quo per testes idoneos vel litteras, cum proprii assertione juramenti, fidem (f° 20 v°) facere teneantur, poterit per Facultatem ipsam, super hujus modi lecturis, dispensari, omnibus tamen doctoribus regentibus ad hujusmodi dispensationis gratiam evocatis et consentientibus, statuto tamen de legistis ad dictum examen admittendis in sua forma manente, ut immediate sequitur [1].

§ 127. II. Item, quia graduati in jure civili, in rigore examinis vel in forma legistarum, ad lecturam admissi ad acquirendam legum scientiam noctes frequenter cum magnis laboribus transeunt insompnes, et dignum est ut, qui majores labores complectuntur, ampliori gaudeant prerogativa libertatis; idcirco nos, prefati decanus et collegium, statuimus et ordinamus quod, de cetero, nullus scolaris aut baccalarius in legibus, vel etiam graciose licentiatus, admittatur in forma legistarum ad examen pro licentia in jure canonico obtinenda, nisi per viginti quatuor menses, completos ad minus in tribus annis, tres libros juris canonici integre beneque et decenter legerit, quarto libro Decretalium minime computato, nisi cum eo legerit Clementinam. Cum illo tamen, qui duos libros et majorem partem tertii perlegerit, dummodo dictos viginti quatuor menses in tribus annis compleverit, poterit per Facultatem dispensari, ita tamen quod dictum librum per suum juramentum complere teneatur, de quo fidem faciet Facultati, nisi ex juxta et rationabili causa, super ipsius libri complemento, per Facultatem fuerit cum eo dispensatum, omnibus doctoribus regentibus (f° 21 r°) ad hujusmodi dispensationem faciendam primitus per tres missas specialiter evocatis, antiquis statutis quoad licentiatos in jure civili in rigore examinis in suo robore duraturis, videlicet quod nullus licentiatus in legibus in rigore examinis admittatur ad licentiam in jure canonico Parisius, nisi in duobus annis currendo, sed temperate et decenter, legerit per sexdecim menses completos adminus et in ipsis duos libros juris canonici, quarto libro minime computato, nisi cum illo legerit Clementinas. Poterit tamen cum illo qui legerit unum librum et majorem partem alterius, dum tamen perfecerit sex menses, per Facultatem dispensari, ita tamen quod ipsum librum postmodum perficiat per juramentum. In predictis vero casibus viginti octo dies continuos pro mense computari statuimus.

[1] En marge : *Jus civile et in eo licentiati diu post Honorium tertium et mentio Clementinæ hic subjecta extendit.*

§ 128. III. Item, quia inter ceteros Decretalium libros sextus liber utilis esse dignoscitur, idcirco nos, decanus et collegium prefati, statuimus et ordinamus quod, qui sextum librum Decretalium utiliter beneque et debite perlegerit, hoc pro uno libro et pro majori parte alterius eidem computabitur, ita quod, si in forma canonistarum, duos libros Decretalium cum sexto; si vero in forma legistarum, ut licentiatus in legibus in rigore examinis, sextum librum Decretalium cum quarto vel Clementinas vel medietatem alterius libri Decretalium, alii vero legiste duos libros cum sexto integre legerint, ad examen pro licentia in jure canonico Parisius obtinenda poterunt admitti. Poterit tamen Facultas (f° 21 v°) lecturam alterius libri seu majoris partis ipsius eidem indicere, si hoc Facultati videatur expedire, quem per suum juramentum tenebitur adimplere et de hoc fidem facere Facultati.

TITRE X. STATUTA TANGENTIA FORMAM PROCEDENDI AD EXAMEN LICENTIANDORUM (f° 22 r°).

§ 129. I. Primo, adveniente anno jubileo, quo debent licentiari baccalarii in decretis, videlicet de biennio in biennium, illo anno post Nativitatem Domini, dum et quando videbitur decano et doctoribus regentibus, proclamatione publice in scolis per bedellum facta, vel vocatis singulis baccalariis, qui sunt vel credunt esse in forma licentie obtinende, ut compareant in proxima missa doctorum proclamationem vel vocationem sequente in presentia decani et collegii apud locum ubi missa doctorum consuevit celebrari [1].

STATUTA TANGENTIA FORMAM EXAMINIS.

§ 130. II. Item, ad officium decani spectat, dum et quando sibi videbitur expedire, dum tamen propter hoc examen non retardetur, vocare doctores per tres missas ad dispensandum cum baccalariis licentiandis, si et in quantum indigent et videbitur collegio licitum et expediens dispensare [2].

§ 131. III. Item, de biennio in biennium, adveniente anno jubileo, aperiatur examen tardius feria secunda immediate post « Oculi mei », nisi ex justa et legitima causa per Facultatem fuerit aliter ordinatum.

§ 132. IV. Item, in ultima missa ad dispensandum baccalarii licentiandi personaliter debent comparere, cum quibus dispensatur in forma qua supra.

§ 133. V. Item, repetitur ab eis illud juramentum (f° 22 v°) quoad omnia in cedulis posita sint vera.

§ 134. VI. Item, decanus, cum consensu collegii, habet eligere decretum

[1] En marge : *Hodie singulis annis fiunt licentie ex privilegio.* — [2] En marge : *Dispensationes cum baccalaureis.*

sub quo baccalarii sunt examinandi, et debet istud notificari baccalariis qui sunt in forma per tantum tempus, ante diem aperiendi examen, quantum doctoribus videbitur expediens.

§ 135. VII. Item, cum predictum decretum debebit baccalariis assignari, in uno certo loco vocentur et per decanum et unum de doctoribus nominetur eisdem, nec per cedulam singulariter mittatur, ne cedula differens aliquibus nimis tarde notificet, alios aliis per favorem vel odium preferendo.

TITRE XI. STATUTUM FACULTATIS JUXTA MODERATIONEM DOMINI ALANI LEGATI.

§ 136. I. Item, quoad consuetudinem de vino et speciebus in camera examinis ministrandis, taliter statuendum duximus quod, quacumque vini cariscia imminente, non possint examinandi pro hujusmodi vini et speciebus gravari, seu ad solutionem cogi ultra summam duorum vel trium aureorum ad omne plus, ita tamen quod sedentes in bancha prelatorum et nobilium in sublevamen pauperum teneantur solvere duplum illius quam quemlibet aliorum solvere contingeret; sit tamen in optione ipsorum examinandorum ministrare vinum et species juxta morem alias laudabiliter observatum, aut pecunias solvere juxta hujusmodi statutum nostrum.

§ 137. II. Quantum autem ad statutum tam vetus quam novum circa sumptus et expensas per (f° 23 r°) licentiandos et baccalariandos faciendas et subeundas, seu circa bursarum taxationem, quia nonnulla quandoque ad tollendos abusus statuuntur, que, succedente tempore, non modo non afferunt fructus speratos, verum etiam non nunquam tendere videntur ad noxam, circa quod duximus statuendum ut, secundum antiqua dicte Facultatis statuta, hujusmodi burse taxentur, prout in aliis dicte Universitatis Facultatibus consuetum est fieri[1]: hoc tamen adjecto, quod, pro bursis eisdem, nichil ultra summam in dicto novo statuto, per prefatum reverendissimum cardinalem de Estoutevilla edito, recipiatur vel exigatur, ac dicte burse summam ipsam nullatenus excedere possint vel debeant, nisi dumtaxat quoad prelatos, magnos, nobiles et personas in dignitatibus, potestatibus vel officiis ecclesiasticis constitutas magne reputationis, et que, secundum taxationem predictam, plus expendere consueverint in quatuor ebdomadis cum dimidia quam ascendat summa predicta.

§ 138. III. Nec tamen videtur prohibendum quin scolares seu baccalarii erga doctores suos, qui eos erudierunt, et longo tempore in ipsa Facultate direxerunt in oblatione seu donatione aliquorum munerum, omni exactione cessante, sponte

[1] En marge : *Taxatio bursarum ut in theologia vel in medicina.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

se possint liberales exhibere. Ipsi quoque doctores illud gratis oblatum non fraudulentum sine scrupulo recipere valeant, cum ingratitudinis vitium a Deo et hominibus reprobetur. Proviso, etc.

TITRE XII. JURAMENTA VOLENTIUM INTRARE EXAMEN MAGNARUM CEDULARUM (f° 23 v°).

§ 139. I. Primo, ipsis baccalariis comparentibus per juramentum petatur, si, tempore lecture Decretalium, visitaverint doctores in disputationibus, repetitionibus et lecturis solemnium decretalium, prout facere tenebantur.

§ 140. II. Item, injungatur cuilibet baccalario quod in scriptis ponat tempus auditionis Decretalium, Decreti, et tempus lecture Decretalium, quot, quantum et quem vel quos libros Decretalium legerit, Parisius vel alibi, et sub quo doctore vel in cujus scolis.

§ 141. III. Item, de auditione et lectura juris civilis [1].

§ 142. IV. Item, ponat titulum beneficiorum vel officiorum, vel gradum, si quem habet in alia Facultate vel alterius cujuslibet scientie.

§ 143. V. Item, quilibet baccalarius tot faciat lecturas quot sunt doctores regentes, et quod in propria persona doctoribus singulis et eorum domibus deferat, nisi cum ipso legitime impedito per collegium, ut per alium faciat, dispensetur.

§ 144. VI. Item, jurabunt baccalarii quod non ponent in predictis cedulis, nisi ea que credunt et sciunt, prout recolere possunt, esse vera, nec in eisdem scienter admiscebunt aliquid falsitatis.

§ 145. VII. Item, quod illas cedulas tradent infra tempus per collegium eisdem assignatum, una cum cedulis, quas sigillatas a doctore proprio et decano, pro quolibet anno seu volumine, receperunt singulis annis (f° 24 r°), prout supra est traditum.

JURAMENTUM EXAMINATORUM.

§ 146. VIII. Item, eisdem injungitur quod satisfaciant ante examen legentibus de mane pro toto tempore auditionis et de pensione pro scolis, vel ydonee caveant ante licentiam obtentam a cancellario Parisiensi, alias non recipiantur ad examen, nec cancellario Parisiensi presententur; et idem, in pena debita, pro baccalariis qui in missis, statutis, repetitionibus, principiis doctorum novorum et lecturis solemnium decretalium defecerunt, erit observandum, ut primitus

[1] En marge : *Jus civile. Die post Decretales M. Die post Honorium III.*

satisfaciant quibus est satisfaciendum, et idem in aliis penis quibuscumque per Facultatem ordinatis.

JURAMENTA CAMERE EXAMINIS LICENTIANDORUM (f° 24 v°).

§ 147. IX. Primo, ad officium decani spectat injungere per juramentum doctoribus et baccalariis quod omnia, que ibidem dicentur et fient, sub secreto per juramentum tenebunt.

§ 148. X. Item, inhibere cuilibet baccalario per suum juramentum, ne impediat argumentum vel solutionem sui socii, nec valeat solutioni se opponere, nec solutionem pro ipso recipere quoquo modo.

Item, quod non solum baccalarii habent argumentis doctorum respondere, sed etiam, si que questiones vel quare fiant eisdem per doctores, debent respondere.

TITRE XIII. STATUTA CONCERNENTIA DECANUM CIRCA EXAMEN LICENTIE (f° 25 r°).

§ 149. I. Primo, decani incumbit officio ante casus propositionem in Decreto baccalarios in examine existentes caritative monere ut, absque timore et tremore, sed secure habeant ad argumenta vel quesita respondere, secundum quod in mente conceperint et de jure videbitur eis respondendum, cum doctores baccalariis consueverint esse graciosi et benigni.

§ 150. II. Item, baccalarii de mane legentes, si qui fuerint in examine, sicut et ceteri examinabuntur, nisi per collegium vel majorem et saniorem partem doctorum ipsius collegii, specialiter super hoc evocatorum, fuerit aliter ordinatum.

§ 151. III. Item, decani arbitrio relinquitur quibus baccalariis casus, positionem et summationem ac lecturam glosarum uni vel pluribus imponat.

§ 152. IV. Item, ratione officii sui, debet omnes arguere contra quos et quo de baccalariis voluerit[1].

TITRE XIV. JURAMENTA (f° 25 v°) QUE BIS HABENT PRESTARE LICENTIANDI, VIDELICET IN FINE EXAMINIS, POST COLLATIONEM DOMINI DECANI, ET SECUNDO ANTEQUAM PRESENTENTUR DOMINO CANCELLARIO PARISIENSI, SEU ANTEQUAM DUCANTUR PER FACULTATEM AD LICENTIAM OBTINENDAM; QUE SI PRESTARE NOLUERINT, ET SI IN UNO DEFECERINT, NULLO MODO PRESENTENTUR DOMINO CANCELLARIO PARISIENSI PRO DICTA LICENTIA OBTINENDA.

§ 153. I. Primo, jurabitis exibere honorem, reverentiam et obedientiam de-

[1] Le texte s'arrête ici; ensuite viennent une ligne grattée, puis sept lignes blanches, après lesquelles se trouve la mention suivante, qui répond à l'article 328 : *quere formam procedendi ad examen licentie, f° 52.* — Voy. plus bas, p. 124, titre XXV : *Primo sciendum est.*

Universitas BIBLIOTHECA

cano et collegio ac singulis doctoribus Facultatis decretorum presentibus et futuris, ad quemcumque statum deveneritis.

§ 154. II. Item, quod vocati per bedellum aut subbedellum ejusdem Facultatis, etiam solo vive vocis oraculo, coram dictis decano et collegio responsuri, comparebitis personaliter et obiciendis ac petendis respondebitis stando juri.

§ 155. III. Item, servare et deffendere libertates, statuta, privilegia, consuetudines, ordinationes et sententias decani et collegii Facultatis decretorum; et adversariis dictorum decani et collegii non prestabitis auxilium, consilium vel favorem, ad quemcumque statum vos licentiandos contingeret devenire. Nec contra hujusmodi juramentum dispensationem impetrabitis.

§ 156. IV. Item, quod non incipietis sub alio doctore in decretis Parisius, quam sub quo fueritis licentiati, ipso tamen vivente, nisi secundum formam ordinatam per doctores sub rubrica circa formam (f° 26 r°) incipiendi[1], etc.

§ 157. V. Item, jurabitis quod nunquam, per vos vel per alium, oblocutionem, injuriam, violentiam seu aliquod malum irrogabitis, dicetis vel inferetis, aut dici vel irrogari vel procurari facietis alicui doctori vel alteri persone, occasione prefata in personis, aut bonis, aut rebus, aut alias quomodolibet. Nec ad id faciendum vel procurandum prestabitis auxilium, consilium vel favorem, aut vestrum aliquis directe vel indirecte, publice vel occulte; ymo, et si talia facientes vel procurantes, aut facientem vel procurantem sciveritis, vel alter vestrum sciverit, revelabitis Facultati aut decano ejusdem infra diem naturalem. Et hec sub penis perjurii solennis, infamie perpetue, revocationis collati gradus et privationis perpetue ab ipsa Facultate, preter alias penas juris, quas omnes et singulas penas prefatas contrarium facientes incurretis, et vestrum quilibet ipso facto.

§ 158. VI. Item, jurabitis non accedere ad gradum doctoratus, nisi habueritis in reditibus octuaginta libras Parisienses in portatis, sive in patrimonio, sive beneficiis, de quibus facietis fidem per juramentum vestrum et alias legitime.

§ 159. VII. Item, pridie licentie obtinende, habito signato a cancellario Parisiensi, quilibet vestrum visitabit singulos doctores, ipsos rogando ut in ipsius licentia velint interesse.

§ 160. VIII. Item, jurabitis quod, in die vestre licentie, solemne prandium habebitis dare Facultati, bedellis et servitoribus ejusdem, vel eidem Facultati satisfacere (f° 26 v°) juxta dispositionem ipsius.

§ 161. IX. Item, jurabitis quod solvetis omnibus bedellis doctorum dicte

[1] Voy. plus bas, § 215.

Facultatis regentium, antequam decanus vos presentet domino cancellario pro licentia obtinenda, viginti solidos Parisiensium inter eos distribuendos.

§ 162. X. Item, jurabitis solvere jura Facultatis juxta moderationem domini Alani, cardinalis et legati, in regno Francie factam, que sequitur.

§ 163. XI. Quantum autem ad statutum, tam vetus quam novum, circa sumptus et expensas per licentiandos et baccalariandos faciendas et subeundas, seu circa bursarum taxationem, quia nonnulla quandoque ad tollendos abusus statuuntur, que, succedente tempore, non modo non afferunt fructus speratos, verum etiam nonnunquam tendere videntur ad noxam, circa quod duximus statuendum ut, secundum antiqua dicte Facultatis statuta, hujusmodi burse taxentur, prout in aliis dicte Universitatis Facultatibus consuetum est fieri, hoc tamen adjecto quod pro bursis eisdem nichil ultra summam in dicto novo statuto per prefatum reverendissimum cardinalem de Estoutevilla edito recipiatur vel exigatur, ac dicte burse summam ipsam nullatenus excedere possint vel debeant, nisi dumtaxat quoad prelatos, magnos, nobiles et personas in dignitatibus, potestatibus vel officiis ecclesiasticis constitutas, magne reputationis, et que, secundum taxationem predictam, plus expendere consueverunt, in quatuor ebdomadis cum dimidia, quam ascendat summa predicta. Nec tamen videtur prohibendum (f° 27 r°) quin scolares seu baccalarii erga doctores suos, qui eos erudierunt et longo tempore in ipsa Facultate direxerunt, in oblatione seu donatione aliquorum munerum, omni exactione cessante, sponte se liberales exibere.

§ 164. XII. Ipsi quoque doctores illud gratis oblatum, non fraudulentum, sine scrupulo recipere valeant, cum ingratitudinis vitium a Deo et hominibus reprobetur. Proviso, etc.

TITRE XV (f° 27 v°). STATUTA TANGENTIA DISTRIBUTIONEM BACCALARIORUM ADMISSORUM AD LICENTIAM.

§ 165. I. Primo, nullus doctor, etiamsi de novo incipiat, habebit partem in distributione baccalariorum, nisi ante diem examinis verus regens fuerit, non honorarius, per sex menses ante examen, videlicet per tres continuos in fine anni non jubilei, scilicet ante festum apostolorum Petri et Pauli, et per tres alios continuos anni jubilei ante examen. Et de hoc sufficienter constet, nisi de gratia per totum collegium, omnibus doctoribus regentibus super hoc specialiter evocatis, admittatur. Quo casu, ejus bedellus vel subbedellus nichil percipiet, cum doctor gratiose ad distributionem admittatur.

§ 166. II. Item, distributio baccalariorum fit secundum antiquitatem doctorum, ut antiquior primo eligat, et sic descendendo quilibet in ordine suo, se-

cundum quod erit antiquior. Ubi vero erunt plures baccalarii quam doctores, baccalarii numerum doctorum excedentes antiquioribus doctoribus debentur, cuilibet doctorum electione eidem servata secundum ordinem suum, ut supra.

§ 167. III. Item, si aliquis doctorum vere regens fuerit per tempus superius ordinatum et imminente tempore licentie ipsum pro aliqua causa rationabili oporteat absentare, causam sui recessus collegio bona fide teneatur exprimere; et, si causa per collegium vel majorem partem collegii fuerit approbata (f° 28 r°), doctor sic recedens, et ejus bedellus et subbedellus, in distributione baccalariorum portionem, ac si presens esset et veraciter regeret, obtinebit.

§ 168. IV. Item, in recessu suo debet committere uni doctorum regentium, et nulli alii, vices suas pro parte distributionis baccalariorum sibi debita sub ordine et nomine eligenda, perinde ac si doctor pro quo eligit personaliter et presens eligeret.

§ 169. V. Item, quod doctor, sive antiquior, sive junior, possit eligere baccalarium quemcumque voluerit, sive legat in scolis suis, sive in scolis alterius doctoris antiquioris vel junioris, vel etiam legat in scolis ubi non sit doctor regens vel qui est licentiandus non legerit illo anno, quia annis preteritis finierit libros suos et compleverit sua volumina. Et sine alio impedimento quocumque libera eidem doctori electio relinquatur.

TITRE XVI (f° 28 v°). STATUTA TANGENTIA SCOLAS.

§ 170. I. Primo, nullus doctor regens Parisius in Decretis, recedens ex aliqua causa, potest privari scolis suis infra annum, sed per lapsum anni ipso jure privatur, nisi pro negotiis Facultatis absens fuerit. Et debentur doctori antiquiori in ordine, si ipsas voluerit acceptare in collegio, vel alii antiquiori descendendo.

§ 171. II. Item, pendente anno absentie doctoris, nullus alius doctor ibidem potest intrare, nisi de licentia doctoris, protestatione tamen premissa vel juramento doctoris quod, illo revertente, libere sibi demittet, vel antiquiori doctori, cui secundum consuetudinem debentur lapso anno.

§ 172. III. Item, statuimus et ordinamus precedens statutum immediate nullo modo debere de cetero extendi ad magnas scolas, ita quod de cetero nullus doctorum, pretextu antiquitatis vel alias, poterit ipsas magnas scolas optare vel occupare, sed reservabuntur pro factis solemnibus et publicis ipsius Facultatis expediendis, ita quod quilibet doctor, qui habebit principium, harengam seu repetitionem vel alium scolasticum actum communem tenere, poterit pro illo actu ipsas occupare, et non aliter vel alias; duobus tamen doctoribus in tali actu sco-

lastico concurrentibus eadem die, antiquiori debebuntur, si eas voluerit occupare; reputabuntur tamen doctorales ac si doctor actu (f° 29 r°) ibidem regeret. Et contra hoc statutum nulli doctorum fiat gratia per juramentum, nisi, urgente necessitate vel evidenti utilitate, per collegium approbata fuerit cum aliquo doctorum per ipsum collegium dispensatum. Quo casu, doctor, cui sic fieret gratia, habebit primitus prestare juramentum in collegio quod dictas scolas, nullo jure, tamquam proprias occupabit, nec ipsarum possessionem intrabit, expresse vel tacite, palam vel occulte, sed eas resignabit pure et simpliciter et libere, quotiens per Facultatem vel ipsum decanum fuerit requisitus, nec in eis habebit baccalarios ponere seu eas baccalariis assignare.

§ 173. IV. Item, antique scole, videlicet magne, et alie que sunt honeste et que solum sunt deputate et ordinate ad usus scolarum, primitus repleantur doctoribus et baccalariis quam alie, que fuerunt et sunt domus private, et ad alios usus quam scolarum possunt cotidie applicari.

§ 174. V. Item, quod terminus scolarum, quoad pensiones solvendas, incipiet in festo Sancti Remigii, et durabit usque ad festum Beati Remigii sequente, anno revoluto.

§ 175. VI. Item, baccalarii legentes in nonis Sancti Jacobi vel Beate Marie in scolis bassis etiam melioribus, solvent proprietario earumdem dumtaxat sexaginta solidos Parisienses, nisi melius forum potuerint habere. Legentes vero in eisdem horis in aliis scolis solvent quadraginta solidos Parisienses.

§ 176. VII (f° 29 v°). Item, scole tam alte quam basse, singulis annis, per decanum cum deputatis visitabuntur, ut videatur que honeste et decentes aut indecentes ad legendum recipientur, et hoc ante festum Beati Dionisii.

§ 177. VIII. Item, pro magnis scolis debent tradi pro pensione, in nonis Beate Marie, quatuor libre Parisienses, et in nonis Sancti Jacobi sexaginta solidi Parisienses, nisi melius forum potuerint habere.

TITRE XVII (f° 30 r°). CONCORDIA FACTA INTER FACULTATEM DECRETORUM ET DECANUM ET CAPITULUM ECCLESIE PARISIENSIS SUPER LECTURA DECRETI FACIENDA IN SCOLIS CAPITULI PREDICTE ECCLESIE.

§ 178. I. Primo[1], quod doctor decretorum qui leget in scolis claustri ecclesie Parisiensis sit talis qui receperit Parisius insignia doctoratus et talis etiam qui fuerit et sit obligatus ad observantiam consuetudinum et statutorum dicte Facul-

[1] En marge : *Unus ex doctoribus debet esse prebendatus.*

tatis per juramentum suum, et talis qui sit canonicus prebendatus in ecclesia Parisiensi, et non alter nec alias.

§ 179. II. Item, quod nullus actus scolasticus in dictis scolis claustri ecclesie Parisiensis, ultra lecturam Decreti hora prime ordinarie per unicum dictum doctorem faciendam, exerceatur.

§ 180. III. Item, bedelli Facultatis non tenebuntur ire ad scolas predictas claustri Parisiensis ad proclamandum festa et actus scolasticos, sed hoc faciet bedellus dicti doctoris, qui participabit in omnibus, sicut bedelli doctorum in claustro Brunelli legentium et regentium.

§ 181. IV. Item, quod doctor predictus presentabit se prima die legibili post festum Beati Dyonisii ad visitandum baccalarios legentes de mane cum aliis doctoribus et etiam prima die legibili post festum Omnium Sanctorum vel alias, quandocunque post dimissionem regentie suas lectiones resumere voluerit. Et tenebitur duas legere lectiones in Decreto (f° 30 v°) in claustro Brunelli, in principio ordinarii tantummodo. Et in aliqua missarum post dictas lectiones petet licentiam a dicta Facultate recedendi et legendi in claustro Parisiensi pro residuo illius anni. Qua petita, licet non obtenta, poterit sine aliqua difficultate in claustro supradicto legere, tempore ordinario, in scolis per dictum capitulum nominatis, modo et forma, et quando alii doctores legunt in vico claustri Brunelli.

§ 182. V. Quibus mediantibus, dictus doctor legens, ut premittitur, in claustro ecclesie prelibate erit verus regens et participabit in omnibus honoribus et emolumentis ac oneribus sicut quilibet doctor verus legens et regens in dicto vico; et scolares a dicto doctore audientes veri scolares reputabuntur et gaudebunt privilegiis Universitatis et Facultatis, prout scolares a doctoribus in vico clausi Brunelli legentibus audientes consueverunt gaudere.

§ 183. VI. Predicta vero omnia et singula poterit et tenebitur dictus doctor facere et excercere, prout alii[1] consueverunt, et etiam dicti regentes ipsi doctori in dicto claustro Parisiensi sic regenti facient et observabunt, prout faciunt sibi ipsis, ac si legeret in vico supradicto. Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, die Veneris post Dominicam qua cantatur in ecclesia «Sancta Dei misericordia» concessa et passata fuit hec cedula in capitulo ecclesie Parisiensis (f° 31 r°) dicta die celebrato.

§ 184. VII. Item, doctor legens in claustro Nostre Domine, ut supra, non potest habere in claustro Brunelli scolas doctorales, licet ibidem habeat legere aliquas lectiones, prout infra plenius continetur.

[1] *Prout alii :* addition faite au XVIIe siècle.

TITRE XVIII (f° 31 v°). JURAMENTA PRESTANDA PER ILLOS QUI AD DOCTORATUM RECIPIUNTUR.

§ 185. I. Primo, in die presentationis, presentans se, ante occasum solis, prestare debet solita juramenta; alias presentatio est ipso facto nulla.

§ 186. II. Si tamen aliquis se presentaverit in die licentie in bassa capella episcopi Parisiensis, illico et incontinenti debet prestare juramenta solita; quibus prestitis, omnibus aliis licentiatis, per quodcunque tempus fuerint prius licentiati, prefertur.

§ 187. III. Item, si inter presentationem et juramenti prestitionem aliquis antiquior licentiatus se presentaverit et juramenta prestiterit, prefertur presentato non jurato.

§ 188. IV. Item, quilibet se debet presentare simpliciter et absolute, cessante quacumque conditione; alias ex presentatione non acquiritur sibi jus, nec in re, nec ad rem.

§ 189. V. Item, de cetero aliquis non potest incipere in Decretis nisi solus, nisi per collegium fuerit dispensatum.

§ 190. VI. Item, nullus recipiatur ad doctoratum, nisi primo juret pacem et tranquilitatem servare in collegio [Facultatis] decretorum et inter singulos doctores presentes et futuros.

§ 191. VII. Item, non revelare secreta collegii [Facultatis] decretorum, nec deliberationes, nec deliberata doctorum.

§ 192. VIII. Item, quod, pridie sui principii, visitabit singulos doctores in domibus ipsorum, eisdem (f° 32 r°) supplicando ut in omnibus suis actibus scolasticis et in prandio sui doctoratus velint interesse.

§ 193. IX. Item, jurabit statuta, jura, libertates, privilegia et consuetudines laudabiles dicte Facultatis, ad quemcumque statum ipsum contigerit devenire, illesa et illesas servare, nec tacite vel expresse, palam vel occulte, ipsa vel ipsas impugnare, sed ipsa et ipsas, etiam propriis sumptibus, collegialiter, si opus fuerit, deffendere.

§ 194. X. Item, quod de positis in deliberatione per decanum collegii Facultatis decretorum fideliter, secundum suam conscientiam, non ductus timore vel odio nec favore, sed quod, secundum Deum et justitiam eidem videbitur, respondebit.

§ 195. XI. Item, quod solvet doctori suo, sub quo incipiet, bonas et honestas robas seu vestes de panno de Brucellis, seu de consimili villa notabili, ad magnam

IMPRIMERIE NATIONALE.

mensuram, et etiam forraturas de bonis pennis de grossis et minutis variis, cum pennis, prout est fieri consuetum. Religiosis vero doctoribus fiet satisfactio in equivalenti.

§ 196. XII. Item, cuilibet bedello doctorum vere regentium quatuor solidos Parisiensium et cuilibet subbedello duos solidos.

§ 197. XIII (f° 32 v°). Item [1], quod infra quindecim dies utiles incipiet in decretis. Qui dies utiles intelliguntur, ut dictum est supra, in rubrica de admissis ad lecturam Decretalium.

§ 198. XIV. Item, presentans debet satisfacere doctori suo vel concordare cum ipsis infra diem naturalem computandum a fine diei presentationis.

§ 199. XV. Item, si ultra quindecim dies utiles distulerit facere vesperias et festum, non potest incipere, nisi prehabita dispensatione, que ita graciosa est, quod unus solus doctor, omnibus aliis consentientibus, potest interimere.

§ 200. XVI. Item, die precedenti diem vesperiarum doctorizandi debent satisfacere [2].

§ 201. XVII. Item, quod dabit honeste convivium doctoribus, licentiatis, baccalariis legentibus de mane et omnibus aliis baccalariis actu in dicta Facultate legentibus, bedello generali ac subbedello, necnon bedellis ac subbedellis ipsorum doctorum regentium et eorumdem coram ipsis servientibus clericis seu scutiferis, prout est fieri consuetum.

§ 202. XVIII. Item, invitabit prelatos et nobiles (f° 33 r°) existentes Parisius et curiam Parlamenti et ceteros judices et consiliarios regios Parisius existentes, prout fieri consuetum est, ut intersint vesperiis et festo et prandio festi.

§ 203. XIX. Item, per decanum et alios deputatos a Facultate visitabitur locus in quo debebit fieri convivium predictum, ut decenter et congrue ad honorem Facultatis omnia disponantur. Quod si doctorizandus noluerit dictis decano et deputatis locum ut prius ostendere, et contingerit aliquem deffectum ibidem esse in festo, punietur, prout visum fuerit collegio, videlicet emolumentis primi anni jubilei, si in illo debeat habere portionem, si non, emolumentis alterius anni jubilei sequentis, in quo portionem debebit accipere.

§ 204. XX. Item, eodem modo fiet de biretis, ut doctores habeant bonos biretos et honestos; alioquin non recipient, et tenebitur ad restitutionem debitam dictus incipiens, et punietur prout supra in articulo precedenti.

[1] Au commencement du verso il y a cinq lignes grattées. — [2] Suivent deux lignes grattées.

§ 205. XXI. Item, quod in prima missa post diem sui principii offeret in capella Facultatis unum cereum novum de quatuor libris cere vel per alium offerri faciet, si sit absens.

§ 206. XXII. Item, recipiet bedellum et subbedellum per doctorem suum sibi tradendos, cum per doctorem doctorizantem debeat dari novo doctori bedellus et subbedellus, qui bedelli non gaudebunt aliquo jure vel emolumento bedellatus, nisi prestiterint juramenta (f° 33 v°) fieri consueta, prout cavetur supra, in rubrica de bedellis.

§ 207. XXIII. Item, quod non sit mercenarius seu capellanus alicujus collegii vel domini, ut per hoc magis servetur honor Facultatis et gradus doctoralis.

§ 208. XXIV. Item, debent visitari primo bireta in loco Facultatis, omnibus doctoribus ad hoc evocatis, et quilibet doctorum debet habere unum biretum dupplex descarleto et unum simplex a quolibet doctorizando. Et debet illa die doctorizandus dare prandium Facultati.

§ 209. XXV. Item, infra quatuor dies post visitationem debent, ut in precedenti articulo, doctores visitare domum festi et vinum, et debent habere prandium in domo visitata et acceptata per Facultatem, et bireta a quolibet, ut supra dictum est.

§ 210. XXVI. Item, biretarius debet omnia bireta, tam Facultatis, prelatorum et nobilium, quam omnium aliorum, die festi portare in capella Sancti Johannis, omnibus doctoribus congregatis; si reperiantur bona et honesta ac in sufficenti numero pro scola ad honorem Facultatis, recedat biretarius sine suis biretis, et maneant dicti bireti sub custodia Facultatis. Eo tamen die dantur duobus bedellis Facultatis, bidellis dominorum doctorum, unum (*in ms. 1121 Arsenal :* vinum).

§ 211. XXVII. Item, debent distribui bireta modo qui sequitur : videlicet, si est princeps, primo (f° 34 r°) loco principi; secundo loco, archiepiscopis, episcopis et cancellario; tertio loco, Facultati, secundum ordinem Facultatis; quarto loco, abbatibus et nobilibus; quinto loco, omnibus sedentibus in magno scanno Facultatis; sexto loco, magistris in theologia; et sic ulterius, modo consueto Facultatis.

§ 212. XXVIII. Item, die festi quilibet doctorizandus debet cuilibet doctori regenti duo bireta duplicia, doctori non regenti unum, et duplum debent habere presidens et respondens; decanus Facultatis debet tot habere bireta sicut presidens et respondens, et totidem receptor ipsius Facultatis.

§ 213. XXIX. Nota quod vesperie fiunt die Sabbati, et festum die Martis, qua die Sabbati doctores intrent, in estate, hora octava modicum tardius, et, in

hyeme, hora nona; et doctorizandi incedunt primo loco, statim post bedellos, et antiquiores doctores ultimo loco.

§ 214. XXX. Item, et doctores et doctorizandi debent intrare capellanam Sancti Johannis, et tardius hora octava, et ibi tractare concernentia factum vesperiarum.

TITRE XIX (f° 35 r°). STATUTA CIRCA FORMAM INCIPIENDI IN DECRETIS PRO GRADU DOCTORATUS ADIPISCENDO.

§ 215. I. Primo, quod in die vesperiarum doctor, qui presidebit in cathedra, habebit assignare unam questionem inter baccalarios disputandam alicui baccalario Parisius in Facultate decretorum, cui voluerit et quem elegerit respondere seu ordinaverit responsurum.

§ 216. II. Item, dictus baccalarius, qui habebit respondere, tenebitur ante diem responsionis sue dare decano Facultatis questionem, conclusiones et correlaria, ut evitetur concursus materiarum inter doctorandum et ipsum baccalarium.

§ 217. III. Item, eodem modo tenebitur doctorandus communicare decano questionem, etc., propter eamdem causam.

§ 218. IV. Item, junior doctor regens debet respondere de questione disputanda die ante inter doctores et de uno quare, nisi Facultas aliud ordinaverit.

§ 219. V. Item, a quolibet incipiente decanus debet habere quatuor birretos bonos et honestos.

§ 220. VI. Item, doctor doctorizans, quatuor; item doctor respondens de questione, quatuor; et quilibet aliorum doctorum, duo.

§ 221. VII. Item, quod nullus doctor, nisi vere regens, possit tenere principium in decretis, nisi per Facultatem aliud fuerit ordinatum.

§ 222. VIII. Item, nullus potest incipere in decretis, nisi sub doctore, sub quo fuerit licentiatus, ipso (f° 35 v°) tamen vivente et infra regnum Francie existente, si tamen ejus copia haberi commode potuerit; aliter tenebitur incipere sub decano Facultatis et solvere jura Facultati, que soluturus esset suo doctori, si viveret, et prout statuta canunt in proxima rubrica supra et infra articulo proximo.

§ 223. IX. Item, licentiati qui sunt in forma incipiendi in decretis, quorum doctores, qui ipsos optaverant, mori contigerit, possint compelli per collegium, si expediens videatur ipsi collegio, incipere in decretis et recipere gradum doctoratus, sicut proprii doctores ipsorum possent ipsos compellere, si viverent, ita quod

totum jus et emolumentum quod deberetur, secundum formam statuti Facultatis, proprio doctori, si viveret et ipsum doctorizaret, debebitur Facultati[1].

TITRE XX (f° 36 r°). STATUTA ET JURAMENTA PRESTANDA IN COLLEGIO FACULTATIS DECRETORUM CONCERNENTIA DOCTORES VOLENTES REGENTIAM INCIPERE ET EAMDEM REGENTIAM CONTINUARE.

§ 224. I. Nos, decanus et collegium Facultatis decretorum, considerantes illud quod frequentius aspicitur et repetitur, melius et efficacius in memoria retinetur, ideirco est statutum, matura deliberatione prehabita, prout moris est, quod nullus doctor de cetero admittatur ad regentiam continuandam, nisi de novo juret que sequuntur :

§ 225. II. Et primo, jurabit pacem et tranquilitatem servare ac concordiam pro posse procurare in collegio [Facultatis] decretorum et inter singulos doctores presentes et futuros.

§ 226. III. Item, jura, statuta, libertates, privilegia et consuetudines laudabiles dicte Facultatis, ad quemcumque statum ipsum contigerit devenire, illesa et illesas servare, nec tacite vel expresse, palam vel occulte, ipsa vel ipsas impugnare, sed ipsa et ipsas cum propriis sumptibus collegialiter, si opus fuerit, deffendere.

§ 227. IV. Item, jurabit semper incedere per villam honeste, in decenti habitu et congruo doctorizatu, associatus saltem uno clerico vel famulo honesto, ad honorem Facultatis, nec non et viles personas et inhonestas comitivas, ac etiam inhonesta loca et suspecta penitus evitare, sub pena privationis regentie. Si quis vero contrarium (f° 36 v°) faciens fuerit repertus, quod absit, contra eum procedetur per Facultatem ad privationem regentie in perpetuum vel alias, prout Facultati videbitur esse providendum.

§ 228. V. Item, legere Decretum ad honorem collegii, scilicet legendo et continuando competenter non transitorie, sed tenendo horam debite et decenter, ut sic scolaribus proficiat et honor Facultatis servetur. Qui vero contrarium fecerit, contra eum procedetur per Facultatem, aliis statutis et juramentis hactenus et antea prestitis in suo robore duraturis.

§ 229. VI. Item, quia parum est statuta facere, nisi executioni demandentur, statutum est concorditer, prout moris est, quod quicumque doctor deprehensus fuerit quovis modo secreta collegii revelasse, eo ipso quod de hoc collegio legitime

[1] Suivent sept lignes grattées.

constabit, per sententiam, confessionem vel rei evidentiam talis, si regens fuerit, perpetuo privetur regentia; si vero non regens, nunquam in posterum ad regentiam admittatur, et alias contra ipsum, prout visum fuerit Facultati, procedatur. Et idem volumus in licentiatis et baccalariis observari. Et ut istud irrefragabiliter observetur, nulli in contrarium fiat gratia per juramentum.

§ 230. VII. Cum per exercitium omne artificium recipiat incrementum, idcirco nos, decanus et collegium Facultatis decretorum Parisius, ejusdem Facultatis honori baccalariorumque (f° 37 r°) et scolarium ac aliorum quorumcumque in eadem Facultate studentium utilitati providere cupientes, prehabita super hoc deliberatione matura, omnibusque ac singulis doctoribus regentibus ad statuendum, prout moris est, per tres missas specialiter evocatis, et propter hoc anno Domini millesimo trecentesimo nonagasimo, octava die Februarii solemniter et debite congregatis.

§ 231. VIII. Statuimus et ordinamus quod quilibet in antea doctorandus in Facultate decretorum Parisius, singulis annis jubileis sue lecture et regentie, teneatur facere unam repetitionem solemnem in claustro Brunelli; quam si facere omiserit, ex tunc, elapso anno, sit sua lectura et regentia privatus, nec ad ipsam deinceps admittatur, donec prius fecerit repetitionem per ipsum omissam; jam doctoratos, quibus invitis legem imponere non possumus, exhortantes ut hoc statuto uti debeant in se ipsis.

§ 232. IX. Item, quilibet noviter doctorizandus, volens ad regentiam admitti, jurabit quod presens statutum nemini revelabit verbo vel facto, nutu vel signo, directe vel indirecte, palam vel occulte aut alias quovis modo, quodque hujusmodi statutum observabit et ab aliis, quantum poterit, procurabit observari.

TITRE XXI (f° 37 v°). STATUTA ET JURAMENTA ADMISSORUM AD RESUMPTIONEM REGENTIE; ALIOQUIN NULLO MODO SUNT ADMITTENDI SI NON VELINT JURARE QUE SECUNTUR.

§ 233. I. Primo, si doctor vere regens ultra mensem fuerit absens, nec gratiam obtinuerit ut pro regente ad certum tempus habeatur, vel tempus gratie fuerit elapsum, quandocumque revertens, si semel vel pluries desierit esse regens, non recipiatur ad lecturam Decreti, nisi fidem faciat proprio juramento quod resumit lectiones suas animo continuandi, et non ob aliam causam nec in fraudem aliquam, ut gaudeat privilegiis vel alio quovis emolumento particulari.

§ 234. II. Item, iterum et de novo juret statuta, que ponuntur supra immediate, videlicet que respiciunt volentes regentiam continuare, si Facultati videtur expedire; tamen prefata statuta habebit jurare absque remissione, si per magnum tempus dimiserit regentiam.

§ 235. III. Item, quod doctores suam volentes renovare regentiam, loco illius verbi, non ob aliam causam posito hoc verbo principaliter, jurent cetera que caventur in antiquis statutis.

§ 236. IV. Item, si quis de dominis doctoribus omiserit regentiam suam et supplicare voluerit pro regentia, fueritque absens per annum et amplius, non admittatur ad regentiam (f° 38 r°), nisi cum aliis solitis juramentis promittere habeat et jurare legere decretalem primam vel secundam que debebit legi, postquam suas resumpserit lectiones. Et hoc idem in noviter incipientibus observetur.

§ 237. V. Item, renovabit juramenta rubrice precedentis, videlicet jurabit pacem et tranquilitatem servare, ac concordiam pro posse procurare in collegio [Facultatis] decretorum et inter singulos doctores presentes et futuros.

§ 238. VI. Item, jura, statuta, libertates, privilegia et consuetudines laudabiles dicte Facultatis, ad quemcumque statum ipsum contigerit devenire, illesa et illesas servare, nec tacite vel expresse, palam vel occulte, ipsa vel ipsas impugnare, sed ipsa et ipsas cum propriis sumptibus collegialiter, si opus fuerit, deffendere.

§ 239. VII. Item, jurabit semper incedere per villam honeste, in decenti habitu et congruo doctorizatui, associatus saltem uno clerico vel famulo honesto, ad honorem Facultatis, necnon et viles personas et inhonestas comitivas, ac etiam inhonesta loca et suspecta penitus evitare, sub pena privationis regentie. Si quis vero contrarium faciens fuerit repertus, quod absit, contra eum procedetur per Facultatem ad privationem regentie in perpetuum vel alias, prout Facultati videbitur esse procedendum.

§ 240. VIII. Item, legere Decretum ad honorem collegii, scilicet legendo et continuando competenter (f° 38 v°) non transitorie, sed tenendo horam debite et decenter, ut sic scolaribus proficiat et honor Facultatis servetur. Qui vero contrarium fecerit, contra eum procedetur per Facultatem, aliis statutis et juramentis hactenus et antea prestitis in suo robore duraturis.

§ 241. IX. Item, quia parum est statuta facere, nisi executioni demandentur, statutum est concorditer, prout moris est, quod quicumque doctor deprehensus fuerit quovis modo secreta collegii revelasse, eo ipso quod de hoc collegio legitime constabit per sententiam, confessionem vel rei evidentiam, talis, si regens fuerit, perpetuo privetur regentia; si vero non regens, nunquam in posterum ad regentiam admittatur et alias contra ipsum, prout visum fuerit Facultati, procedatur.

§ 242. X. Et idem volumus in licentiatis et baccalariis observari. Et ut istud irrefragabiliter observetur, nulli in contrarium fiat gratia per juramentum.

§ 243. XI. Item, quod nullum baccalarium presentabit cancellario Parisiensi, nisi quem secundum conscientiam crederit esse dignum.

TITRE XXII (f° 39 r°). STATUTA TANGENTIA THESAURARIUM ET RECEPTOREM FACULTATIS DECRETORUM.

§ 244. I. Primo, jurabit suum officium fideliter et diligenter exercere.

§ 245. II. Item, tenebitur reddere de receptis et misiis ipsius Facultatis fideliter in collegio vel coram deputatis a Facultate quater in anno ad minus, scilicet in prima missa post festa que sequuntur : videlicet Beati Johannis Baptiste, Beati Michaelis, Epiphanie, et post Oculi mei, nisi aliter fuerit dispositum per Facultatem, ut citius reddat. Et in quolibet compoto tenebitur dominus decanus ponere residuum pecuniarum in archa Facultatis coram deputatis secundum ordinationem Facultatis.

§ 246. III. Item, jurabit exequi penas ordinatas per collegium tam contra doctores, bedellos, quam contra alios quoscumque, sine quacumque remissione per ipsum facienda, nisi omnibus doctoribus super hoc specialiter evocatis.

§ 247. IV. Item, thesaurarius vel alius ad hoc singulis vocatis deputatus bursas admissorum ad baccalariatum recipere tenebitur in congregatione Facultatis, post missam, in loco consueto et non alibi nec alias, ac eas in archa tunc reponere[1]..... per juramentum astrictus fideliter eas custodire, et non consentire, ymo resistere ne alias quam, sicut expresse statuta permittunt, exponantur vel disponantur, vel ipsemet R. thesaurarius secundum ordinationem (f° 39 v°) Facultatis in congregatione compoti habeat eas custodire fideliter et per juramentum ac in utroque predictorum casuum habebit propria manu in quadam papiro nomina solventium et summas pecuniarum solutarum in presentia Facultatis scribere loco consueto, et eamdem papirum tunc tradere custodiendam doctori ad hoc deputato et jurato; quodque ipse thesaurarius, in terminis vel secundum dispositionem Facultatis et juxta antiqua statuta de receptis et misiis, fideliter et in presentia Facultatis, singulis doctoribus ad hoc evocatis, vel, si propter impedimentum notabile tunc fieri non potuerit, quam primum, singulis doctoribus ad hoc specialiter evocatis, in congregatione Facultatis post missam, et nunquam in deputatis, computare aut compotum procurare tenebitur cum tribus registris Facultatis et[2]..... relatione super bursis ac alias

[1] Un ou deux mots en blanc. — [2] Un ou deux mots grattés, et en marge : *Tria registra Facultatis.*

receptis ac misiis luminariis ac alias publice et sigillatim aut exprimendis sub pena privationis a regentia per annum contra eum per quem steterit quominus, etc., sive decanus, sive thesaurarius custos parve papiri[1]... existat. Quodque burse licentiandorum, ut moris est, recipiantur, deputatis prius per juramentum astrictis fideliter et sine aliqua distributione per ipsos fienda in hoc se habere, poterunt tamen, solutis debitis, doctores qui sufficienter in (f° 40 r°) examine interfuerint debite congregati de hiis bursis disponere, alia autem eidem Facultati ex mutuo legato vel dono vel alias debita receptor aut thesaurarius ipse, ubi potuerit, recipiat et sub prefatis penis in proximo compoto fideliter faciat relationem.

§ 248. V. Item, quod post compotum, proviso pro luminari et alias oneribus consuetis ex deliberatione Facultatis de residuo pecuniarum, tunc singulis doctoribus regentibus per ordinem distributiones sine prerogativa fiant secundum ordinationem doctorum tunc presentium.

§ 249. VI. Item, quod in eidem congregatione compoti eligantur receptor aut thesaurarius et custos parve papiri[2]..... quorum quilibet sicut et decanus jurabit, sine odio et favore, fideliter, secundum prefata et aliter non contrariis statuta officium suum respective exercere circa misias et receptas tempore sui officii ad honorem et utilitatem Facultatis intendere, ac in compotis cum pecuniis, papiro vel clave, secundum quod cuilibet ipsorum incumbit ex officio interesse, sub penis sepe dictis, resistendo etiam, si opus fuerit, ne contra ipsa statuta aliquo modo procedatur, neque quoad aliqua premissorum poterit quisquam alius vices suas interponere, nisi fuerit per Facultatem electus ad predicta, et ut supra juratus; absente tamen thesaurario (f° 40 v°), decano vel custode prefatis propter infirmitatem vel aliam necessitatem, habebit Facultas dispensare pro dilatione actus incumbentis usque ad proximam missam, salvo quod, ubi immineret necessitas accelerationis, ut in recipiendis bursis ab admisso ad baccalariatum necessario recessuro, burse de consensu Facultatis in manu bedelli poterunt deponi, in presentia Facultatis proxime misse, sub pena privationis, ut prefertur, receptori tradende, salvo etiam quod sepe fatus custos, et idem de receptore aut thesaurario, ut prefertur, impediti papirum et bursam ad missam mittere propriis sigillis sigillatas, ad custodiam alterius per Facultatem, juramento recepto, committendam vel committendas, usque ad aliam provisionem per Facultatem fiendam[3].

§ 250. VII. Item, ad evitandum abusus qui fieri possent circa distributionem pecuniarum provenientium de bursis bachalariorum vel sigilli, distribuantur se-

[1] Un mot gratté. — [2] Un mot gratté. — [3] Suivent quatre lignes grattées.

IMPRIMERIE NATIONALE.

cundum antiqua statuta Facultatis, videlicet quater in anno, reservando cuilibet doctori regenti quotam, suam de tempore quo fuerit regens, sive presens fuerit, sive absens, tempore compoti, habebitque thesaurarius Facultatis (f° 41 r°) jurare fideliter distribuere pecunias et servare absentibus partem suam secundum modum determinandum per Facultatem aut alias, prout visum fuerit Facultati ordinandum.

TITRE XXIII (f° 41 v°). STATUTA TANGENTIA DECANUM ET EJUS ELECTIONEM ET ETIAM JURAMENTA QUE IPSE HABET PRESTARE IN COLLEGIO DOCTORUM IMMEDIATE QUOD IPSE EST ELECTUS, QUOLIBET ANNO, IN MANIBUS ANTIQUIORIS DOCTORIS REGENTIS.

§ 251. I. Primo, quoad factum decani electio fiat prima missa post primam lectionem, que post festum Omnium Sanctorum legetur. Et, anno revoluto, ille pro decano habeatur in quem totum collegium vel major pars dicta die consenserit, non obstante quod per aliqua tempora fuerit observatum quod antiquior doctor regens Parisius in decretis haberetur pro decano in collegio [Facultatis] decretorum[1], cum decanus Facultatis per electionem possit fieri[2] modo et forma predictis, et ad illam diem predictam debebit decanus, qui tunc erit, convocare omnes doctores regentes per juramentum et sub cedula, ut intersint in dicta missa ad eligendum decanum.

§ 252. II. Item, jurabit suum officium fideliter et diligenter exercere.

§ 253. III. Item, si eodem anno decanum decedere vel se absentare contingeret, tunc collegium ponet ibi alium loco sui, quousque decanus revertatur.

§ 254. IV. Item, si decanum ante finem anni decedere vel omnino recedere sine spe revertendi contingerit, vocentur per antiquiorem omnes alii doctores regentes specialiter ad unam (f° 42 r°) missam pro electione decani, loco sic recedentis, vel decedentis, ita quod ultra revolutionem anni non duret, nisi in dicta die Jovis de novo eligatur vel continuetur.

§ 255. V. Item, cum decanus fuerit electus, omnes bedelli debent prestare juramenta quod sibi in omnibus obedient ut decano.

§ 256. VI. Item, decanus tenebitur doctorizare licentiatos qui erunt in forma incipiendi in decretis, si non habeant proprium doctorem viventem; et de pecunia, que deberetur doctori suo, si viveret, dictus decanus habebit pro pena et labore decem francos; residuum vero pecunie remanebit penes Facultatem, cui in tali casu debebitur; quod si contingeret talem non habentem doctorem docto-

[1] Au XVIIIe siècle on a ajouté ici : *etiam invitus.* — [2] Au XVIIIe siècle on a mis en note : *Il y a aux autres anciens registres :* debet eligi, *d'où l'on auroit depuis mis :* possit elegi, *mais cela vient tout à un.*

rizari per alium doctorem quam per decanum, non esset prejudicium dicti decani, dum tamen per ipsum non fiet, quominus faciat factum juxta formam statuti predicti.

§ 257. VII. Item, jurabit exequi penas ordinatas per collegium, tam contra doctores, bedellos, quam contra alios quoscunque, sine quacunque remissione per ipsum facienda, nisi omnibus super hoc specialiter evocatis.

§ 258. VIII. Item, jurabit quod, quolibet anno, proxima missa vel citius post festum Omnium Sanctorum, [faciet] legere et intimare predictis bedello et subbedello Facultatis statutum factum super punitione ipsorum, ut magis (f° 42 v°) timeant deficere, quod statutum est sub rubrica : *de bedello et subbedello supra* [1], etc.

§ 259. IX. Item, jurabit non tradere librum Facultatis alicui, nisi talis doctor regens existat, cui vel manualiter tradere debet, vel si per alium, debet tunc mittere clausum et sigillatum; et etiam vice versa debebit doctor per se restituere decano prefatum librum, vel si per alium, sigillatum ut supra. Quod si secus actum fuerit, puniendus erit qui hoc fecerit ad arbitrium Facultatis.

§ 260. X. Item, ad officium decani spectat, pro utilitate baccalariorum, in registro Facultatis scribere nomina baccalariorum legentium quolibet anno, et in quibus scolis, qua hora legent, et etiam pro quoto volumine, et ipsis cedulas super lecturis sigillare, prout alibi supra est dictum et statutum.

§ 261. XI. Item, cum predictis immediate tenebitur decanus in anno jubileo post licentiam ponere tempus, in quo, volentes tunc incipere, legere incipiant suam lecturam, ut sic sciantur bachalarii excrescentes, videlicet qui legent in scolis licentiatorum illo anno quorum salarium et pensio scolarum pro rata temporis debent venire ad utilitatem Facultatis, de quo habet dictus decanus reddere fidele compotum.

§ 262. XII. Item, et quia rationi consonat ut qui ad onus assumitur, non debeat a mercede repelli, statutum est, prout moris est, quod (f° 43 r°) decanus, muneris pro qualibet littera sigillanda super lecturis bachalariorum, a quolibet bachalario, qui habuerit cedulam sigillari, recipiat duos solidos Parisiensium, ad usus suos proprios convertendos, ut, sicut onus sentit, ita sentiat emolumentum, nam bachalarii a multis oneribus et magnis expensis ratione propositorum remissorum sunt relevati.

§ 263. XIII. Item, decani arbitrio relinquitur, quibus bachalariis casus positionem et extractionem notabilium ac lecturam glosarum uni vel pluribus imponat.

[1] Voy. plus haut, titre V, § 85.

§ 264. XIV. Item, ratione sui officii debet omnis arguere, tam contra examinandos ad gradum bachalariatus accipiendum, tam contra admissos in examine pro licentia obtinenda et contra quos de bachalariis voluerit[1]. . . . .

§ 265. XV. Item, decanus tenebitur exhortari et monere omnes et singulos doctores, quatinus gratiose, caritative et fructuose examinent omnes bachalarios, et non odio nec iracundia procedere ad examen cujuslibet.

§ 266. XVI. Item, decani incumbit officio inhibere cuilibet bachalario per suum juramentum, ne impediat argumentum vel solutionem sui consocii, nec solutioni apponat, nec solutionem pro ipso recipiat quoquo modo.

§ 267. XVII. Item, statutum est quod, de cetero, quibuscumque causis particularibus Facultatum, magistrorum (f° 43 v°) vel scolarium vel etiam Universitatis emergentibus, nisi ipsius Universitatis causa fuerit necessaria, urgens et expediens, et statum ipsius tam in capite quam in membris concernens, decanus secundus Decretorum non valeat seu debeat, etiam nomine Facultatis, suis sumptibus et expensis adherere, nisi prius omnibus doctoribus regentibus[2] ipsius Facultatis super hoc tribus edictis solemniter et per juramentum specialiter evocatis, vel uno peremptorio edicto in casu urgentis necessitatis, et ipsis consentientibus in gratiosis, vel majori parte, maxime in expedientibus et rigorosis, nec valeat deliberatio decani in Universitate facta ipsam Facultatem hujusmodi adhesionibus obligare, nisi prius forma et tenore predicti statuti et per juramentum servatis ut supra.

§ 268. XVIII. Item, ad officium decani spectat habere magnum papirum, in qua scribet omnes deliberationes Facultatis, nomina baccalariorum legentium et non legentium, licentiatorum, doctorum regentium et non regentium, et receptionem pecuniarum Facultatis.

§ 269. XIX. Item, ad providendum contra aliquos abusus, qui de novo dicebantur fieri, et ut cum pura equitate obvietur gravaminibus studentium, statuimus quod decanus non possit exigere vel exigat de cetero a scolaribus seu baccalariis, nisi solummodo a quolibet baccalario noviter incipiente duos solidos dumtaxat (f° 44 r°) pro registrando cedulam ipsius baccalarii noviter incipientis, juxta statuta Facultatis; et quod dictus decanus nec peccunias nec pastum exigat a dictis baccalariis, sub pena privationis a regentia per annum, nec dispensetur per juramentum.

§ 270. XX. Item, quod decanus non habeat recipere juramenta baccalariorum noviter admissorum ad baccalariatum in domo sua, sed in plena Facultate seu a

[1] Suivent deux lignes grattées. — [2] En marge : *Sine aliis doctoribus nichil debet prestare. Quod causis particularibus obligit Facultas.*

Facultate deputatis; et si quandocumque recipiat talia juramenta, pro talibus juramentis nichil penitus exigat, sub pena predicta.

§ 271. XXI. Item, quod de bedellis singulorum dominorum doctorum pro juramentis per ipsos prestandis nichil penitus exigat, sub pena predicta.

§ 272. XXII. Item, quod decanus non habeat per se solum examinare cedulam scolarium presentatorum ad examen baccalariatus in domo sua, nisi de permissu Facultatis, et pro dicta examinatione nichil exigat.

§ 273. XXIII. Item, registrum Facultatis, in quo continentur statuta, facta, dispensationes et ordinationes Facultatis, per decanum ejusdem secrete conservetur nec ostendatur alicui, nisi doctori regenti; et ad hoc astringatur decanus, qui debet illud custodire, sub pena privationis a regentia.

§ 274. XXIV. Item, decanus, qui habet custodiam clavium Facultatis, quoad archam qua custoditur (f° 44 v°) sigillum Universitatis, nullo modo tradat claves cuicumque, cujuscumque status fuerit, nisi fuerit doctor regens in eadem Facultate; et in casu quo dictus decanus alias esset impeditus nec personaliter posset interesse nec doctorem reperiret, qui vellet onus suscipere defferendi dictam clavem pro sigillando vel alias, posset bedello vel subbedello generali dictam clavem tradere cum juramento de fideliter readportando, et de non sigillando, nisi que tunc incumberent sigillanda.

TITRE XXIV (f° 45 r°). STATUTA ACTUM REGENTIE TANGENTIA.

§ 275. I. Primo, nullus potest repetere scolarem Facultatis decretorum captum ab officiali, preposito, seu quovis alio judice ecclesiastico vel seculari, sub pena perjurii, nisi fuerit doctor actu regens in dicta Facultate, cum talis repetitio ad doctorem actu regentem dignoscatur pertinere.

§ 276. II. Item, hora qua legitur Decretum, Decretales nec debent legi.

§ 277. III. Item, nullus doctor invitabit seu advocabit per se vel per alium aliquem scolarem postquam scolas alterius intraverit, sub pena parjurii.

§ 278. IV. Item, nullus doctor testificetur aliquem esse scolarem in dicta Facultate, quantumcumque Decretales audiat vel aliam partem juris, nisi intraverit in vico clausi Brunelli ad lectiones doctoris actu regentis. Alioquin, si contingat aliquem scolarem non habere certum doctorem actu regentem, a quo Decretum audiat, ut dictum est, et contingat talem capi, non repetetur ut scolaris; et si alias privilegiis et auxiliis ut scolaris in Facultate decretorum indiguerit, ei nullatenus subvenietur.

§ 279. V. Item, nullus doctor in decretis residendo Parisius reputatur regens, nisi in vico clausi Brunelli legat, prout continetur in statuto domini cardinalis de Estoutevilla, nisi fuerit infirmus vel nisi judicio collegii (f° 45 v°) impeditus legitime reputetur, statuto tangente doctorem legentem in capitulo (*pour* claustro. *Voy. plus haut, § 178*) ecclesie Parisiensis in suo robore duraturo.

§ 280. VI. Item, nullus doctor absens potest legere per substitutum ultra mensem, nisi de licentia collegii.

§ 281. VII. Item, nullo tempore ordinari potest cessari a lectionibus Decreti vel Decretalium, nisi festum, propter quod cessatur, in Kalendario Facultatis expresse contineatur vel esset festum a clero et populo celebratum, vel interdicantur lectiones per rectorem et doctores pro negotiis Universitatis vel Facultatis, et habeant laborare, prout in collegio erit deliberatum.

§ 282. VIII. Item, nullus regens in alia Facultate reputabitur regens in Facultate decretorum.

§ 283. IX. Item[1], quilibet doctor regens tenetur interesse in missa celebranda qualibet septimana die Jovis, nisi ob causam ad aliam diem transferatur, sub pena duorum solidorum; et nisi venerit antequam finiatur Agnus Dei, solvet predictam penam, nisi infirmus fuerit, vel absens a villa per dimidiam leucam, vel minutus sanguine, et tunc nec prima nec secunda nec tertia die sue minutionis tenetur interesse, nisi velit.

§ 284. X. Item[2], quilibet doctor regens tenetur interesse missis Beate Marie, Beati Nicolay, Beate Katherine eodem modo et sub eadem pena quibus supra.

§ 285. XI (f° 46 r°). Item, duo juniores doctores tenentur cantare tractum : «Sicut servus», et alia que doctores Facultatis tenentur cantare, tam predictis missis quam in missis Universitatis.

§ 286. XII. Item, doctor actu regens, pro negotiis collegii vocatus, venire teneatur; alioquin duos solidos solvet eodem modo quo dictum est supra, nisi in proxima missa vel citius talem proponat causam absentie, quod a toto collegio vel a majori parte legitima reputetur.

§ 287. XIII. Item[3], nullus doctor tradet alicui cedulam testificatoriam de scolaritate, nisi talis fuerit ejusdem doctoris proprius et verus scolaris, et qui intret scolas suas dum et quando legerit animo continuandi, et de hoc fidem faciat cum juramento dicti scolaris.

[1] En marge : *Regens tempore licentie.* — [2] En marge : *Ordo quod regens tenetur.* — [3] En marge : *De testimonio scholaritatis.*

§ 288. XIV. Item, non concedet scolas suas alicui etiam doctori ad legendum vel alium actum scolasticum excercendum, nisi ille primitus licentiam legendi vel actum scolasticum exercendi a collegio obtinuerit.

§ 289. XV. Item, si doctor in decretis actu regens se habeat absentare, pro vero regente habeatur usque ad mensem in omnibus, tam pro se quam pro suis bedellis, ac si actualiter legeret Parisius, licet per substitutum dicto mense durante non legat.

§ 290. XVI. Item, quia de dicto mense, an esset continuus vel utilis, pluries fuit dubitatum, nunc vero unanimi consensu (f° 46 v°) extitit declaratum quod predictus mensis est continuus, durante tempore ordinarii.

§ 291. XVII. Si vero, post initium predicti mensis quod incipit ab ultima ordinarii lectione doctorum, superveniat tempus extraordinarium, non computabitur in predicto mense; sed, durante illo tempore extraordinario, suspenditur cursus predicti mensis usque ad proximum sequens ordinarium; quo incipiente, continuatur cursus predicti mensis. Si vero, tempore non ordinario, doctor inceperit abesse, dictus mensis incipiet cursum in proximo tempore ordinario ejusdem doctoris recessum sequente.

§ 292. XVIII. Item [1], nullus doctor habeatur pro regente ultra mensem, nisi per collegium secum fuerit dispensatum; qui tunc sic dispensatus reputabitur regens quoad honores, non quoad aliqua emolumenta percipienda in Facultate, nec ipse vel ejus bedellus. Interpretatio ejusdem statuti infra eodem ponitur plenius.

§ 293. XIX. Item, doctor, qui fuit vere regens a festo Omnium Sanctorum usque ad festum apostolorum Petri et Pauli, pro regente habetur, dummodo mensem graciosum non habuerit in predicto anno, vel nisi Facultas aliter ordinaverit et appareat, quia alias possent omnes doctores abesse, quod esset intollerabile et inhonestum, usque ad subsequens festum Omnium Sanctorum, quo tempore [2] incipit magnum ordinarium, statuto circa distributionem (f° 47 r°) baccalariorum in suo vigore duraturo; ita tamen quod, si doctor non legat actu in parvo ordinario, ejus bedellus nichil percipiet de emolumentis ad doctores actu regentes pertinentibus, nisi per Facultatem hoc sibi specialiter fuerit concessum.

§ 295. XX. Item [3], si cum aliquo doctore fuerit ut ultra mensem absens pro regente usque ad certum tempus habeatur dispensatum, absque eo quod per se vel per alium legat, quod raro debet fieri et cum maxima causa et non alias, doctor qui talem gratiam a collegio vel majori parte obtinuerit, interim, pendente

[1] En marge : *De absentibus.* — [2] En marge : *Tempus magni ordinarii.* — [3] En marge : *De absentibus.*

termino dicte gratie, nec ipse nec sui bedelli in principiis baccalariorum vel distributione eorum vel aliis quibuscumque emolumentis collegii aliquam percipient portionem; sed dicta gratia sic obtenta dumtaxat extenditur ad hoc, quod si pro doctoribus regentibus promovendis supplicetur summo pontifici, vel alii vel is, cui ita concessum fuerit, indiget consilio vel auxilio collegii vel litteris collegii commendatitiis et similibus pro regente habebitur, et sibi tamquam regenti subvenietur, nemini tamen presentium faciendo prejuditium, statuto circa sigillum Facultatis obtinendum suo robore duraturo, quod quicunque, nisi sit doctor vere regens, qui litteras quascunque sigillo Facultatis sigillatas obtinuerit, debet solvere Facultati unum francum.

§ 296. XXI (f° 47 v°). Item, quod contra hoc statutum nulli fiat gratia, nisi cum consensu omnium per tres missas ad hoc specialiter per cedulam et juramentum evocatorum.

§ 297. XXII. Item, doctor, volens excercere aliquem actum scolasticum, jurabit in collegio non revelare questiones, decretum, decretalem, seu alium actum scolasticum per ipsum vel quemcumque alium doctorem seu baccalarium vel licentiatum excercendum alicui, signo, verbo vel alias, antequam publice tales actus in scolis proponantur, nisi aliud per Facultatem fuerit ordinatum, nec etiam antea revelasse. Quod si fecerit, tenebitur materiam mutare, alias punietur, prout visum fuerit Facultati.

§ 298. XXIII. Item[1], nullo tempore cessetur a missa Facultatis, tempore ordinario nec extraordinario, nisi ultima septimana Quadragesime et in septimana Pasche.

§ 299. XXIV. Item, quicumque doctor apud collegium intercedit aliquid supplicando, ipse et cum eo intercedentes recedere et secedere debent ad partem, donec per ipsum collegium, deliberato consilio, sibi gratiam postulanti cum suis intercedentibus, ad honorem collegii, canonicum detur responsum.

§ 300. XXV. Item, nullus doctor intersit lecture alicujus baccalarii vel proposito, in scolis nec in domo, illa hora, nisi prima die legibili dumtaxat baccalariorum (f° 48 r°) legentium, ubi doctores causa honoris consueverunt in scolis modicum interesse. Et doctor, contrarium faciens, per mensem a regentia ipso facto sit privatus, nisi prius a Facultate super hoc licentiam obtinuerit.

§ 301. XXVI. Item, si doctor actu regens Parisius vel qui rexerit in decretis, habeat aliquid pro ipso facere in curia romana, collegium tenetur pro ipso intercedere apud dominum papam et eidem dare litteras testimoniales sigillo communi Facultatis sigillatas.

[1] En marge : *De missa Facultatis.*

§ 302. XXVII. Item[1], nichil sigilletur sigillo collegii, nisi primitus in missa a toto collegio seu majori parte sigillandum fuerit approbatum; et tunc doctores, claves arche custodientes, tenebuntur easdem aportare per se vel per alium doctorem, sub pena duorum solidorum et modo quo supra solvendorum.

§ 303. XXVIII. Item, quicumque obtinet litteras a Facultate, debet tradere minutam illarum decano et doctoribus, qui claves arche custodiunt, de qua per ipsos doctores cum litteris sigillandis debet primitus fieri collatio; que facta, minuta ponatur in archa Facultatis; alias nichil sigilletur.

§ 304. XXIX. Item[2], antiquior doctor regens debet habere unam clavem dicte arche; decanus, aliam; doctor regens, aliam. Si vero alter predictorum se absentaverit vel servare noluerit, tunc proximiori in ordine tradere tenebitur in presentia collegii vel (f° 48 v°) decani Facultatis per juramentum, et sub pena duorum solidorum, nisi adeo sit necessitatus recedere quod presentiam collegii aut decani nequeat expectare; et tunc taliter recedens clavem uni doctori committet, qui in proxima missa ipsam clavem collegio presentabit et doctorem recedentem excusabit.

§ 305. XXX. Item, nullus doctor Parisius debebit aut poterit legere de mane Decretales, nisi per Facultatem aut majorem partem, omnibus doctoribus regentibus tribus edictis super hoc specialiter evocatis, secum fuerit dispensatum; quo casu, nullo modo gaudebit privilegiis, juribus, emolumentis et libertatibus doctorum regentium, sed dumtaxat pro bachalario reputabitur, prout in principio totius libri est positum.

§ 306. XXXI. Item, nullus doctor regens, recedens ex aliqua causa, potest privari scolis suis infra annum; sed per lapsum anni ipso jure est privatus, nisi pro negociis collegii fuerit absens; et debentur doctori antiquiori in ordine, si ipsas voluerit acceptare in collegio, vel alii antiquiori descendendo.

§ 307. XXXII. Item, pendente anno absentie doctoris, nullus alius doctor ibidem potest intrare, nisi de licentia doctoris vel collegii, protestatione tamen premissa vel juramento doctoris, quod, illo revertente, libere sibi demittet vel antiquiori doctori gradatim, cui secundum ordinem debebuntur, lapso anno.

§ 308. XXXIII (f° 49 r°). Item[3], statuimus quod circa festum Beati Johannis ante festum ordinarii ordinetur de lectura trium decretalium per doctores legi consuetarum in anno, et qui eas legere debebunt, deficientes ad arbitrium Facultatis puniendi.

[1] En marge : *De sigillandis literis.* — [2] En marge : *De clavibus arche sigilli.* — [3] En marge : *De tribus decretalibus doctoralibus.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

§ 309. XXXIV. Item, quia, omni anno, scilicet in vigilia Dominice in Ramis Palmarum debent legi decretalis *Omnis utriusque sexus*, et in vigilia Penthecostes decretalis *Majores* vel *Cum Marthe*, et in vigilia Nativitatis Domini *Firmiter*, vel *Dampnamus*, vel una alia decretalis, prout visum fuerit Facultati; et turpe est, et scandalosum esset, deficere cum a longevo tempore istud sit consuetum, ordinamus quod, imminente tempore lecture cujuslibet decretalis, presentetur per decanum in collegio omnibus doctoribus, quando sibi videbitur oportunum, scilicet in missa, et primo antiquiori doctori regenti, cui et alias est honor deferendus, qui per Facultatem ydoneus approbetur; qui, si legere noluerit, vel alias legitime impeditus fuerit, offeratur consequenter antiquiori doctori, et sic gradatim descendendo usque ad unum qui acceptaverit.

§ 310. XXXV. Et si nullus acceptet, quod absit, eligat Facultas unum doctorem, qui hoc assumere tenebitur, sub pena per Facultatem eidem imponenda. Et si aliquis doctor, qui semel in anno aliquam decretalem legerit, ad aliam legendam (f° 49 v°) se ingereret, hoc non obstante, fiat inductio per omnes doctores, et si aliquis, etiam inferior, reperiatur ydoneus, qui velit eam legere, preferatur antiquiori, in hoc casu honoribus ceteris antiquioribus doctoribus debitis in suo robore duraturis.

§ 311. XXXVI. Item, quilibet doctor tenebitur legere Decretum ad honorem collegii, scilicet continuando competenter, non transitorie, sed tenendo horam debite et decenter. Qui vero contrarium fecerit, contra eum procedetur per Facultatem, ut sic scolaribus proficiat, et honor Facultati servetur.

§ 312. XXXVII. Item, quilibet doctor regens tenebitur semper incedere per villam honeste, in habitu decenti et congruo doctoratui, associatus cum uno clerico vel famulo honesto, ad honorem Facultatis, nec non et viles personas et inhonestas commitivas ac etiam inhonesta loca et suspecta penitus evitare, sub pena privationis regentie. Si quis vero contrarium faciens fuerit repertus, quod absit, contra eum procedetur per Facultatem ad privationem regentie in perpetuum vel alias, prout Facultati videbitur esse procedendum.

§ 313. XXXVIII. Item, si contingat aliquem doctorem legere die qua alii doctores non legunt, ubicumque fuerit et legitimam impedimenti vel festi, propter quod non legunt, ignorantie causam pretenderit, ejus (f° 50 r°) bedellus, qui tale impedimentum debuit sibi significare, emolumento quatuor bursarum proximo recipiendarum, absque remissione aliqua, sit privatus.

§ 314. XXXIX. Quod si doctor talis, nullam vel minus legitimam ignorantie causam pretendens, actu legerit, cum idem ex negligentia vel in Facultatis contemptum fecisse videatur, per unam mensem a regentia sit privatus, vel alias, prout Facultati visum fuerit, puniatur.

§ 315. XL. Item[1], ut pax et unio serventur, et omnis materia contentionis et litis omnino cesset, statutum est, prout moris est, quod nichil de cetero statuatur de novo, nisi omnes doctores regentes expresse consenserint, vel saltem due partes ad minus, in rigorosis primitus omnibus doctoribus solemniter evocatis per cedulam tribus edictis, prout moris est, in tribus missis Facultatis ordinariis, tempore ordinario; alias, nullo modo valeat quod fuerit statutum.

§ 316. XLI. Item[2], quod prima pulsatio pro missa Facultatis fiat pulsato pro primis Nostre Domine, vel circa horam octavam, quodque alta voce celebretur, nisi propter generalem congregationem Universitatis vel compotum Facultatis seu aliam causam, duarum partium doctorum post ultimam pulsationem presentium deliberatione reputatam sufficientem, voce submissa celebranda judicetur.

§ 317. XLII (f° 50 v°). Item[3], quod nullus recipiatur ad examen baccalariatus seu ad gradum illum, nisi in plena Facultate vel alias ex ordinatione facta in missa Facultatis.

§ 318. XLIII. Item, quod non habeat Facultas dispensare cum aliquo admisso ad gradum baccalariatus de non faciendo propositum et harengam, nisi propter urgentissimam causam Facultati visum fuerit dispensandum; qua causa, licet urgentissima, non obstante, teneatur admissus ad gradum illum saltem facere alterum predictorum duorum, videlicet propositum et harengam.

§ 319. XLIV. Item, nullus doctor regens habeat recipere peccunias pro sigillis sigillandis de tempore auditionis vel lecture, seu pro gaudendo privilegiis Universitatis quovis modo, sub pena privationis a regentia.

§ 320. XLV. Item, quod dicte cedule dominorum doctorum nullis tradentur, nisi sciant congrue loqui latinum et sint habiles ad proficiendum.

§ 321. XLVI. Item, nullus doctor habeat loqui in communi sive, particulari de secretis Facultatis coram familiaribus suis aut aliis quibuscumque, nisi sint doctores ejusdem Facultatis.

§ 322. XLVII. Item, quod de cetero quilibet doctor recipiat bedellum.

§ 323. XLVIII (f° 51 r°). Item, quod nullus doctor recipiat aliquem in bedellum suum, etiam de consensu Facultatis, qui habeat ultra decem arpenta vinearum quandiu quaternarium durabit.

§ 324. XLIX. Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli doctores decretorum teneantur legere et continuare suas lectiones, secundum antiqua ipsius

[1] En marge : *De novis statutis faciendis in Facultate.* — [2] En marge : *De missa Facultatis.* — [3] Suivent quatre lignes grattées.

Facultatis statuta, ita tamen quod ultra quindecim dies nullatenus eorum lectiones differantur. Et, ne lectio matutinalis ipsius Facultatis impediatur, doctores in pulsu prime Ecclesie Parisiensis suas scolas intrabunt lecturi bene et condecenter per horam, ut antiquitus fieri solitum erat; alias minime regens contra faciens reputatur.

§ 325. L. Item[1], statuimus et ordinamus quod singuli ipsius Facultatis doctores habeant cum gravitate solita in congregationibus Universitatis et aliis scolasticis actibus ceterarum ipsius Universitatis Facultatum cum capa ordinaria aut epitogio bene et decenter comparere.

Symon de Sancto Vedasto, Attrebatensis dyoc., incipiet iii librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Johannes Baptiste, in quibus legit abbas de Gemeticis, pro secundo anno et secundo vol. Datum ii die mensis Septembris.

Relig. vir Anthonius Baroneti, sacrista de Marnant[1], ord. S. Benedicti, Lugdunensis dyoc., bac. in dec., hodie, incipiet iv librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Jacobi, ubi legere consuevit dom. abbas S. Maxencii, decretorum doctor, pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit, etc. [Datum] die 22 mensis Septembris.

Nicholaus de Mota, Morinensis dyoc., hodie, in tertiis, incipiet v librum Decretal., in scolis in quibus consuevit legere dom. abbas S. Wandreghiseli (*sic*), pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum xxiii mensis Septembris.

(F° 8 v°). Johannes de Venessia, clericus Noviomensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet v librum Decretal., in scolis superioribus et anterioribus supra vicum, ad Ymaginem S. Andree, pro primo anno et primo vol., et continuabit Parisius. Datum xxvi die Septembris.

Frater Johannes de Mota, de Rotomagho, relig. de Becco Helluini[2], prior de Cancheyo[3], bac. in dec., in nonis S. Jacobi, incipiet iv librum Decretal., in scolis prioris de Prato, pro primo anno et primo vol. Datum 26 Septembris, anno 15.

Johannes Courtini, mag. in art., et bac. in dec., Parisiensis dyoc., incipiet ii librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit mag. Johannes Vipardi, decretorum doctor, et continuabit, etc., pro primo anno et primo vol. Datum 26 Septembris.

Jacobus Karlarii, presbyter Cameracensis dyoc., bac. in dec., hodie, incipiet iv librum Decretal., in scolis ubi legere consuevit mag. Johannes de Villa Nova, decretorum doctor, pro primo anno et primo vol., et continuabit, etc. Datum xxvi Septembris.

[1] Marnand ou Mornant (Rhône). — [2] Abbaye du Bec. — [3] Canchy (Somme).

DÉCANAT DE LIVIN NIVELIN.

NOVEMBRE 1415 À FÉVRIER 1416.

VICE-DÉCANAT DE JEAN DE SERVAVILLE.

FÉVRIER 1416 À NOVEMBRE 1416.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 16 r°). Johannes de Servavilla, abbas Sancti Crispini.

[1416. 5 Février] Anno Domini M CCCC XV, Februarii decima quinta[1], de precepto et ordinatione Facultatis in Sancto Johanne congregate, ego, frater Johannes de Servavilla, fui ordinatus loco decani, qui pro tunc non poterat interesse ad exercendum officium decanatus in instanti examine, quod fuit inceptum anno predicto et die Februarii XVII, me protestante quod, ultra tempus presentandi licentiandos domino cancellario, dictum officium pro tunc volebam et non poteram exercere, sed solum modo me honerabam, ne fuisset defectus in dicto officio, propter repentinum dicti decani recessum.

[18 Janvier.] Item, decima octava Januarii, anno predicto, mater mea Facultas ordinavit magistrum Reginaldum Crassy esse receptorem omnium emolumentorum provenientium Facultati occasione scolarium licentiandorum dicto anno, locatoremque scolarum predictarum, computando de receptis Facultati, sicut decet.

Item, dicta die, recepi, tam a priore de Prato, quam Bertrando, tres papiros Facultatis, cum duabus clavibus et duobus libris dicte Facultatis, cum una parva papirii.

[2 Mars.] Item, 2 die Martii, ordinatum est per dominos doctores magistrum Mauritium de Kaergorant nichil debere recipere de commodis occasione licentie provenientibus, nec etiam posse aliquem bachalarium optare, eo quod non fuit in examine, non obstante quod fuisset infirmus et quod esset regens.

[1] Bien que le manuscrit ne l'indique pas, il semble probable que Nivelin fut réélu doyen en Novembre 1415. En Février 1416, il ne put sans doute pas exercer ses fonctions et Jean de Servaville fut élu à sa place. Dans le doute j'ai cependant laissé la délibération du 23 Décembre à la page 130.

Item, de priore de Prato, eo quod transiverat mensem suum ante examen; sed cuilibet dati fuerent xxv francos.

Item, xix Martii, magister Philipus Quodcuit[1] supplicavit quod posset legere per substitutum seu substitutos usque ad duos menses, fuitque sibi concessum per dominos. [19 Mars.]

Illa die, magister Guarnerius Barray solvit l francos Facultati, eo quod doctorem non habebat, et jus sui doctoris, qui obierat, translatum fuerat in Facultatem; supplicavitque admitti cum duobus aliis, quos nominavit, videlicet magistro Gerardo Faideti et magistro Leonardo de Passano; et dicta summa fuit soluta tam pro jure bedelli et subbedelli doctorum quam etiam pro jure doctoris proprii, salvis juribus bedellorum principalium et aliorum bedellorum singularium doctorum.

Item, xxiii Martii, frater Jacobus de Luce, prior prioratus de[2]....., se presentavit in Facultate, solvendo dicte Facultati jura doctoris sui, qui decesserat, et composuit cum Facultate cujus erat in summa quinquaginta scutorum auri, salvo jure decani, quam quidem summam dictis hora et die persolvit, satisfaciendo decano de parte eidem persolvenda. Quibus sic peractis, receptus fuit, tertio loco, cum magistro Warneri Barreti et magistro Petro Joseph, juramenti ab ipso receptis, que solent prestari a receptis noviter ad doctoratum. [24 Mars.]

Item, illa die, se presentavit magister Petrus Joseph, ut cum dicto Warnerio Barreti et dicto fratre Jacobo de Luce, seu alio tertio, posset incipere, ita tamen quod secundus locus eidem, secundum suam antiquitatem, servaretur. Quod fuit sibi concessum.

Item, illa die, magister N. de Gonticuria se voluit presentare pro magistro Henrico de Mouson, sed, quia non habebat procurationem, nec voluit tractare cum Facultate, nisi magis ad plenum scivisset voluntatem domini Henrici predicti, et quia volebat habere tertium locum, sic rescessit.

Sed, 2 die Februarii[3], dictus magister Henricus de Mouson presentavit se per procuratorem sufficienter fundatum, magistrum Petrum Joseph, qui juravit nomine suo et contentavit Facultatem (f° 16 v°) cujus erat de juribus spectantibus ad Facultatem, que succedebat loco doctoris proprii; pro quibus solvit Facultati lx scuta. Et fuit admissus quartus cum tribus aliis, videlicet magistro Warnerio Barreti, magistro Petro Joseph et fratre Jacobo de Luce. [2 Février.]

Item, illa 2 die Februarii ejusdem anni, magister Herveus Pouchardi se pre-

[1] Voy. plus haut, p. 128, note 1.

[2] Le nom du prieuré n'existe pas dans le manuscrit.

[3] Le copiste a dû se tromper et mettre Février pour Avril. Les mentions se suivent dans le manuscrit et la délibération indiquée comme étant du 2 Février semble bien, d'après le sens, être postérieure à celle du 24 Mars.

sentavit Facultati, supplicans quatinus dignarentur domini ipsum recipere ad doctoratum cum duobus aliis, qui primo se in antea presentabunt consimiliter ad doctoratum. Quod fuit eidem concessum; solvitque Facultati pro juribus doctoris quinquaginta scuta, salvo jure decani; et sic fuit admissus, reservatis juramentis solitis, quousque societatem habuerit potissime duorum.

Illa die, fuit admissus ad regentiam magister Petrus de Privigno (Pruvino) et dominus abbas de Cruce.

[9 Avril.] (F° 21 r°). Item, IX die Aprilis, venit in propria persona magister Henricus de Mousono, qui se per procuratorem presentaverat ad doctoratum, se in propria presentavit et juravit.

Item, illa die, fuit magister Mauritius admissus ad regentiam, dum tamen vellet legere Decretales in Penthecostem vel facere legi.

[26 Juin.] (F° 16 v°). Item, XXVI Junii, domini ordinaverunt qui deberent legere decretales ac etiam facere repetitiones seu cathedram tenere, bachalario vel licenciato respondente; et, secundum tenorem statutorum, a junioribus inchoando, magister Nicholaus de Logia, prior de Pontibus, fuit ordinatus ad legendum decretalem vigilia Nativitatis Domini; magister Leonardus decretalem *Omnis* in vigilia dominice in Ramis Palmarum; magister Radulphus Rousselli decretalem *Majorem* vel *Cum Marthe* in vigilia Penthecostes; magister Gerardus Phaideti primam repetitionem seu presidentiam in cathedra, que fiet citra festum Paschc; magister Herveus Pouchardi aliam repetitionem infra dictum tempus faciet, seu presidentiam in cathedra. Per istam tamen assignationem repetitionum non excludentur antiquiores domini, si velint repetere seu etiam presidere, ut dictum est.

Item, dicta die, fuit supplicatum per organum decani, nomine magistri Johannis de Villanova, quatinus placeret Facultati sibi reservare locum pro ambaciata Universitatis ad concilium Constantiense, prout alias electum fuerat. Quod fuit ab omnibus dominis, nemine reclamante, concessum.

[16 Juillet.] (F° 21 r°). Item, XVI Julii, Bertrandus de Edyo fuit electus in magnum et principalem bedellum Facultatis decretorum concorditer ab omnibus, nemine discrepante; fuitque eidem dictum quod ipse melioraret virgam argenteam Facultatis, ita quod, non obstante melioratione et augmentatione ipsius, virga predicta remanebit Facultati; tenebunturque ipse et subbedellus quolibet anno deferre in Facultate quilibet virgam suam, juxta statuta et ordinationem Facultatis.

Item, illa die, fuit electus in subbedellum Lucas de Alveto (Alneto?); fuitque ordinatum a dominis quod ipse prestaret juramenta solita in plena Facultate, et, missa sequente, que erit XXIII Jullii. Qua die fecit juramenta solita, una cum ju-

ramentis que prestitit Bertrandus de Edio, quando suscepit officium subbedellatus, post mortem domini Bricii :

Primum, quod per se et per alium exercebit dictum officium; secundum, quod virgam antiquam Facultatis, quam habuerat magister Guido, erit in custodia dicti subbedelli, quam infra quinque vel sex annos tenebitur meliorare et renovare ad honorem suum et Facultatis; tertium, quod tenebitur predictum officium et virgam predictam in manibus Facultatis resignare quolibet anno, in prima missa post festum Omnium Sanctorum.

Illa die, dominus abbas de Cruce optavit scolas magistri Mauritii, nullo antiquiorum reclamante.

Item, XIII Augusti, fuit concessum domino et magistro Johanni de Villanova quod esset regens reputatus et nuntius Facultatis et Universitatis, una cum aliis ambaciatoribus dicte Universitatis, alias missis et nunc existentibus in concilio, ita quod nullus alius subrogabitur loco ipsius, sed locus ipsius eidem domino reservabitur, quamdiu vacare voluerit in ambaxiata cum aliis nuntiis et ambaxiatoribus dicte Universitatis. [13 Août.]

Item, XX Augusti, anno predicto, supplicatum fuit, ex parte domini et magistri Johannis Guioti, quatinus posset legere per substitutum. Quod et eidem domino fuit concessum, salvo statuto quo ad non legentes in propria tempore extraordinario. [20 Août.]

Item, XXVIII dicti mensis, idem fuit concessum magistro Johanni de Villanova, videlicet quod per substitutum posset legere, salvis statutis, ut dictum est. [28 Août.]

(F° 19 v°). Item, XX die Augusti, magister Radulphus Recuchon, tunc rector Universitatis Parisiensis, tradidit mihi tres litteras sigillatas, unam de magno sigillo regio, aliam de sigillo episcopi Parisiensis, et tertiam sigillo Universitatis sigillatam, que quidem littere omnes erant pro condampnatione propositionis magistri Johannis Parvi; dixitque mihi idem dominus rector quod ipsas dominis meis doctoribus in plena Facultate ostenderem ad hoc ut omnes domini mei doctores haberent se inscribere in quodam rotulo de pergameno, in quo inscripti erant fere omnes magistri et bachalarii in theologia; sed dictus rotulus pro tunc non fuit mihi traditus. [20-28 Août.]

Et ideo, in missa sequente, que fuit XXVIII dicti mensis, dictas litteras presentavi dominis meis doctoribus ad hoc, ut super materia deliberarent; qui omnes, vel ad minus major pars, multo dixit quod, quia fuerant spreti quando processus fiebat, ipsi nolebant de hoc se intromittere, aliis dicentibus quod parum prodesset nostra inscriptio, cum jam materia penderet in concilio Constantiensi. Et ita istud negocium tentum fuit in suspenso usque ad XV Septembris; qua die do-

IMPRIMERIE NATIONALE

minus cancellarius Francie misit mihi per quemdam juvenem clericum unam cedulam, cujus tenor sequitur :

Lettre de M. le Chancelier de France au doyen de la Faculté [1].

[15 Septembre.] Doyen de la Faculté de décret, vous saves que pour ce que le Roy est reçeu comme partie en la cause de la foy pendant au saint concile de Constance, en laquelle n'a mis ou comme mis adversaires, senon aucuns religieux mendians, qui se dient faire la plus grant partie; pourquoy le roy a requis l'Université de Paris que les maistres, docteurs et licentiés des Facultés de théologie et de décret se soubscripsissent en un certain roulle baillé par le roy, pour monstrer que le roy et sa fille l'Université ont trop plus grant nombre de clers pour leur partie que les dessusdis mendians, laquelle requeste du roy a esté passée par l'Université, et en l'exécuçion d'icelle se est acquitée grandement la Faculté de théologie, dont le roy est bien content. Si vous requiert le roy, pour l'onneur de la foy et de lui, que, conformement à la Faculté de théologie, vous fassies assembler, de par lui et de par vous, tous les docteurs, licentiés et les lisans du matin, pour soy soubscripre ou dit roulle, comme a fait la Faculté de théologie; et en ce faisant vous feres vostre debvoir envers le roy, comme vous y estes tenus. Donné ce mardy, xv de Septembre. — Henri de Marle, chancelier de Fra .ce.

[28 Septembre.] Le jeudi ensuivant, en la messe de la Faculté, domini fuerunt congregati post missam, et deliberaverunt unanimiter convocandos fore omnes licentiati in decretis, sed primitus quinque vel sex de notabilioribus, qui convocati fuerant, ita cito deliberare non potuerunt, obstantibus relationibus factis per abbatem Ursicampi, venientem de concilio generali. Verum xxvm Septembris pluribus prelatis [presentibus], et de Universitate plures qui convocati fuerant ad audiendum dictum abbatem, cancellarius Francie vocavit me, et dicit mihi quod dicerem dominis meis quod festinarent se de se inscribendo in predicto rotulo.

[1er Octobre.] Die jovis prima Octobris, domini fuerunt congregati, et illud eis narravi. Deliberaverunt predicti domini, magistros Andream et Guillelmum Cotin, Nicholaum de Savegni, Guillelmum Claustre, Johannem Jouvenel et magistrum Adam de Baudribosco, ad diem dominicam sequentem convocandos in Sancto Johanne. Qui quidem, vel eorum aliqui comparentes, voluerunt adhuc planius deliberare.

[7 Octobre.] (F° 21 r°). Item, vii die Octobris, fuit [supplicatum], et pluries antea, ex parte magistri Johannis Guyoti, magistri Johannis de Villanova, domini de Josa-

[1] Cette suscription existe en marge dans le ms., mais elle est d'une écriture postérieure.

phat, et domini abbatis de Cruce, quod possent legere per substitutum in prima die legibili post festum Omnium Sanctorum; sed illud fuit denegatum, tanquam statutis obvians Facultatis.

Item, illa die, dictum fuit quod scole omnium predictorum sibi remanerent usque ad annum revolutum a tempore sui recessus, qui quidem annus durabit usque ad mensem Jullii anni Domini M CCCC XVII inclusive, et si continguat (*sic*) aliquem dominorum legere in eorum scolis, hoc erit sine prejudicio dictorum dominorum et aliorum antiquiorum volentium ipsas optare, ut moris est.

(F° 19 v°). Post modum, diebus pluribus sequentibus, vocati fuerunt licentiati legentes de mane et bachalarii dicte Facultatis decretorum ad deliberandum super aliquibus ex propositionibus seu assertionibus nobis traditis per dictum dominum rectorem, cum aliquibus prefationibus dictam materiam tangentibus, quas rejexit Facultas decretorum, solempniter congregata, volens deliberare super materia dictarum propositionum sibi oblatarum, sine nominatione auctoris, pro ut cavetur in litteris super hoc confectis, anno Domini M CCCC XVI, mensis Novembris XVIII, et sigillatis sigillo Facultatis cum subscriptione notariorum [1]. [18 Novembre.]

[1] Le même jour eut lieu une délibération pour condamner certaines erreurs de Jean Petit. Cette délibération, imprimée dans les œuvres de Gerson (*Opera Gersonii*, V, col. 704), est ainsi résumée par Jourdain (*Index chronologicus*, n° 1135) : «Deliberatio Facultatis decretorum Parisiensis, qua novem assertiones Johannis Parvi dicta Facultas improbat; protestatur insuper, si quæ in contrarium nomine Facultatis emersisse dicantur, ea de mente ejusdem legitime congregatæ neutiquam processisse.»

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS.

[1416. 22 Juillet.] (F° 21 r°). Die XXII Julii et die lune ante vigiliam S. Johannis Baptiste, anno Domini M CCCC XVI, fuerunt doctorizati per abbatem de Wandregisilli magistri :

Herveus Pouchardi.
Girardus Faydeti.
Radulphus Rousselli.
[Guarnerius Barray.]
[Jacobus de Luce.]
[Petrus Joseph.]
[Henricus de Mousono][1].
Leonardus de Passano.
Nicholaus de Logia, prior de Pontibus.

2. LICENCES.

[1416. Février-Avril.] (F° 19 r°). ORDO BACHALARIORUM ADMISSORUM AD LICENTIAM, ANNO DOMINI M CCCC XV, ULTIMA DIE FEBRUARII, EXISTENTE DECANO FRATRE JOHANNE DE SERVAVILLA, ABBATE SANCTI CRISPINI MAJORIS SUESSIONENSIS[2].

Inceptum fuit examen hoc anno XVI Februarii M CCCC XV.
Ordo secundum quem domini doctores optaverunt[3].

Gerardus Faideti	abbas S. Petri Carnotensis, Stephanus Baillivi.
Thomas Mautaint	abbas de Gemeticis.
Frater Petrus de Challus, abbas Brolii	abbas Sancti Georgii, Guillelmus Stephani.
Frater Bertrandus de Quercu, decanus de Lihonis. (Voy. p. 133.)	abbas de Gemeticis.
Theobaldus de Luce	mag. Johannes Garini.
Johannes Rabigoys	mag. Livinus Nevelinc.
Petrus Rillac	abbas de Gemeticis, Symon de Bosco.
Guillelmus de Valla (de Valle, p. 155)	Reginaldus de Crassy.
Frater Nicholaus de Logia	mag. Johannes Guioti.
Radulphus Rousselli	Reginaldus Crassy.
Gaufridus Mabileti	abbas S. Wandregisilli, Johannes de Bouquetot.
Frater Yvo de Kaerbourc	mag. Johannes de Novavilla.
Leonardus de Passano	mag. Johannes de Crepone.
Petrus de Ruil	mag. Johannes de Crepone.
Furceus de Bruille	abbas Sancti Petri Carnotensis, Stephanus Baillivi.

[1] Pour les quatre noms de docteurs qui sont placés entre crochets, il faut se reporter p. 143 et consulter les délibérations des 19 et 24 Mars et du 2 Avril 1416.

[2] En marge : « Et fuerunt licenciati anno Domini M CCCC XVI, Aprilis XXV ».

[3] En marge : « Soli regentes hic adoptant, qui tunc erant XII ».

Johannes Bri[n]delli	abbas Beate Marie de Josaphat.
Villardus Trussebourc	mag. Livinus.
Johannes Chuffardi	abbas S. Crispini, Johannes de Servavilla.
Frater Guillelmus Burserii	abbas Sancti Petri Carnotensis, Ste[phanus] Baillivi.
Matheus Petri	abbas Sancti Crispini Suessionensis, Johannes de Servavilla.
Frater Eugenius de Bria [1]	abbas Sancti Georgii.
Johannes Figuli	mag. Johannes de Crepone.
Ymbertus de Pisis	Johannes de Villa Nova.
Petrus Ferraudelli	Johannes Garini.
Johannes de Insula	abbas Sancti Georgii.
Johannes Valentis	Johannes Garini.
Andreas Vassoris	abbas Sancti Wandregisilli.
Guillelmus Mercatoris	mag. Johannes Guyoti.
Johannes Farre	mag. Johannes de Crepone.
Radulphus Natalis	abbas Beate Marie de Josaphat.
Frater Julianus des Arsis	abbas de Gemeticis.
Philippus de Braio	mag. Johannes de Villanova.
Guido Textoris	abbas S. Crispini, Johannes de Servavilla.
Johannes de Fresneya	abbas Sancti Georgii.
Johannes Barreti	Reginaldus Crassi.
Johannes Vittrarii	mag. Johannes Guioti.
Frater Guillelmus Sapientis	abbas Sancti Wandregisilli.
Johannes Curti	mag. Johannes Guioti.
Johannes de Andouvilla	abbas Beate Marie de Josaphat, Petrus de Rosayo.
Martinus Cardonis	abbas S. Crispini, Johannes de Servavilla.
Nicholaus Crassy	abbas S. Wandregisilli, Johannes Bouquetot.
Johannes Croiseti	abbas Sancti Petri Carnotensis, Stephanus Baillivi.
Henricus Boisseron	mag. Livinus Nevelint.
Johannes Malleti	abbas Beate Marie de Josaphat.
Johannes Flecheur (Le Floecheur, p. 130).	mag. Johannes de Villanova.
Balduinus Percoul	mag. Livinus Nevelint [2].

3. BACCALAURÉATS.

(F° 9 r°). Sequuntur nomina examinatorum et admissorum ad gradum bachalariatus, anno Domini MCCCCXV post festum Dyonisii. [Octobre 1415-Février 1416.]

[31 Octobre]. Ultima Octobris :

Hubertus de Prenode, presbyter Leodiensis [dioc.]	34 s.
Johannes Sinaudi, Pictavensis dyoc	2 f.

[1] Voy. plus haut p. 138 : «Augerius de Bria». — [2] En note au bas de la page : «XII doctores regentes tunc, qui soli adoptant», etc.

[4 Novembre]. 4 Novembris, fuerunt examinati et admissi [1] :

Oliverius Lepichoy, presbiter, Trecorensis dyoc. . . . . 28 s.
Oliverius le Galoes, Trecorensis dioc. . . . . 2 scuta.
Frater Johannes de Motion, prior Portus Balesii? (Baselii? ou Valesii? p. 156, 182), Sedunensis dyoc. . . . . 3 scuta.
Frater Guillelmus Symonis, prior de Septennanco (?).

[2 Décembre]. Frater Johannes Sales, relig. monasterii S. Stephani de Cadomo, 2 Decembris.

[16 Décembre]. Ghisbertus Abbout, Trajectensis dyoc., examinatus fuit solus et admissus 16 Decembris, et solvit . . . . . 3 scuta.

[1416.] [9 Janvier]. Mag. Nicolaus Richeshem, Basiliensis dyoc., rigorose.
Nicolaus Quesnel, Constantiensis dyoc., graciose, 9 Januarii.
Et tertius socius eorum fuit simpliciter refutatus.
Demum vero comparuit in missa sequenti, et de summa gratia fuit admissus, conditionaliter tamen quod non faceret propositum nec harengam, nisi prius doctor suus visitaverit et solverit . . . . . 2 f.
Et vocatur Thomas Granderie, Bajocensis dyoc.

[23 Janvier]. Robertus Daudu, clericus de Bituris (?), examinatus fuit solus et rigorose admissus 23 Januarii.

[6 Février]. Thomas Maupetit, mag. in art., Constantiensis dyoc., in ri[goroso] . . . . . 20 s.
Johannes Bolengarii, Ebroicensis dyoc., gra[ciose] . . . . . 40 s.
Et fuit unus tertius refutatus [2].

[1416. Février-Octobre.] (F° 15 r°). Secuntur nomina illorum qui recepti fuerunt ad gradum bachalariatus a vi Februarii, anno Domini millesimo cccc xv et tempore decanatus domini abbatis Sancti Crispini.

vi Februarii	Johannes Bourengarii solvit	xl s.
	Thomas Mautin solvit	xxiiii s.
xx Februarii	Abbas de Calma [3] solvit pro omnibus	xxi libras xii s.
xxv Martii	Mag. Stephanus de Ruppe solvit	ii f.
xiiii Apprilis	Frater Johannes de Mota solvit	xxxvi s.
viii Apprilis	Guillelmus Tresfranc solvit	xxxii s.
	Johannes Fabri	xxxvi s.
	Alanus Carnenetz? (Garnenes? p. 152 et 164).	xxiiii s.
ii Apprilis	Guillelmus Jacobi solvit	iiii f.
	Robertus de Monialia solvit	xxviii s.
	Guillelmus Blumel solvit	xxviii s.

[1] En note : « Comparuit receptor, 5 Novembris, in presentia omnium doctorum, et debuit Facultati omnibus defalcandis defalcatis 5 f. »

[2] Les fol. 9 v° et 10 r° et v° sont en blanc.

[3] La Chaume. (Voy. p. 179.)

II Apprilis.....	Petrus de Laudis.....	XXVIII s.
	Guido Perni.....	XXVIII s.
XXX Apprilis....	Stephanus Lasnier.	
	Richardus Le Pomier.	
	Hugo Boni Solacii.	
XV Maii.....	G. Le Reverench solvit.....	IIII scuta.
	Jeronimus Rubei.	
	Johannes Hamonis.	
	Herveus de Larchanp.	
XXI Maii.....	Frater Poncius Gouberti.	
	Johannes Dabbere.	
Martis Conrogat.	Petrus Fouquerel (Faitray? p. 152; Faucray? p. 161) solvit.....	III f.
V Junii.....	Matheus de Cappella.....	III f.
	Johannes Chevroti.....	II scuta.
	Petrus de Ebch (?).....	XL s.
	Henricus Andree.....	II f.
	Petrus Guidonis[1].....	II scuta.

(F° 20 r°). Secuntur nomina illorum qui recepti fuerunt ad gradum bachalariatus a XII die Junii anno CCCC XVI, tempore decanatus domini abbatis Sancti Crispi Majoris.

Et primo :

XII Junii.....	Guillelmus Czarnis (?) pro bursis solvit.....	IIII f.
	Johannes de Pinu.....	II f.
	Philippus Dengui (Doigni, p. 165).....	III scuta.
	Guillelmus Hedonis.....	XXXII s.
	Robertus Comitis[2].....	XXXII s.
	Johannes de Villanova.....	XXXVI s.
	Robertus Brunelli.....	XXXVI s.
XVIII Junii.....	Nicolaus Bruncote[3].....	XVI s.
	Johannes de Suilliaco.....	XL s.
	Matheus Bitart.....	XL s.
	Bertolomeus de Fago (Fage, p. 164).....	XXXII s.
	Johannes Stephani.....	XXIIII s.
	Nicolaus de Boudeville[4].....	XVI s.
II Julii.....	Frater Johannes Agnet.....	XXXII s.
	Johannes de Angulo.....	XXIIII s.
	Radulphus Hamelin.....	XXXII s.
XVI Julii.....	Frater Johannes Nicolay.....	XXXII s.
	Ernoulphus Dorioti.....	XXIIII s.
XIII Augusti.....	Guido Frolle.....	XXXVI s.

[1] Cette liste des bacheliers continue sur le fol. 15 r° jusqu'au 24 Septembre; elle est reproduite dans la liste suivante qui se trouve au fol. 20 r°.

[2] Au folio 15 on lit : «Robertus Cr...?»

[3] Au folio 15 on lit : «Bruncost».

[4] Au folio 15 on lit : «Bougeville».

XIII Augusti....	Radulphus de Hamello.....	XVIII s.
XVIII Augusti....	Guido Boucherii.....	XXXII s.
XXVII Augusti....	Symon Mabire.....	XVIII s.
III Septembris...	Johannes Huberti.....	XXXVI s.
	Thierricus Despars.....	XLIIII s.
	Gerardus Celerarii.....	XXXII s.
X Septembris...	Frater Philippus de Varenis.....	III scuta.
XVII Septembris..	Johannes de Britoneya, licentiatus.....	II libras.
XXIIII Septembris.	Johannes de Vimont.....	XXXII s.
	Petrus Maugerii.....	XL s.
	Johannes Phisicoc (?).....	III scuta.
	Guillelmus de Vasseyo.....	XLVIII s.
	Symon Vallerii.....	XXXVI s.
	Andreas de Sancto Laurentio.....	XXXVI s.
(F° 20 v°).	Henricus de Novavilla.....	XLVIII s.
II Octobris.	G. de Bosco.....	XLVIII s.
XXII Octobris....	Andreas du Domo.....	XXXI s.
	Guillelmus de Genellaio.....	XXVIII s.
XXIX Octobris...	Frater Johannes de Borbolio.....	VIII scuta.
	Guillelmus Vuille (Buille ?), licentiatus[1].....	XLVIII s.

4. HARANGUES.

[1416. Avril-Juin.]

(F° 20 r°). HARENGE FACTE A TEMPORE QUO FUI ELECTUS IN DECANUM.

Prima die Aprilis, fecerunt harengas suas insimul : Herveus Lanbili. — Gerardus de Montefalconis. — Petrus Martini.

Item, VIII Aprilis. Oliverius Gralonis. — Alanus de Alveto (Alneto?). — Herveus Penhoecdic.

HARENGE FACTE POST PASCHA, ANNO DOMINI M CCCC XVI.

XXVIII Aprilis...	Stephanus de Ruppe. — Petrus Totonet (?) — Robertus de Monnialia.
XXX Aprilis....	Petrus de Laudis. — Johannes de Monte. — Guillelmus Brumel.
IIII Maii.....	Guillelmus Jacobi.
V Maii.....	Alanus Garneeves (Carnenetz, p. 150). — Johannes Karrestin, alias Fabri. — Guillelmus Treffrant.
VII Maii.....	Richardus Le Plomier. — Stephanus Lasnier. — Hugo Boni Solacii.

Item, una altera que fuit soluta in presentia dominorum.

Penultima Maii.	Frater Johannes Couzaerchant. — Jeronimus Rubei. — Johannes Dabbere.
XIII Junii.....	Herveus Larchamp. — Henricus Andree. — Petrus de Esch (Ebch, p. 151).
XVI Junii.....	Petrus Faitray (Fouquerel, p. 151). — Matheus de Capella. — Frater Poncius Goberti.
XVII Junii.....	Johannes Chevroti. — Petrus Guidonis.
XXVI Junii.....	Frater Guillelmus Hedouyns.

[1] Voy. la suite de cette liste plus bas, p. 172.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 11 r°). Sequuntur nomina bachalariorum incipientium lectiones suas in nonis Nostre Domine post festum Beati Dyonisii, anni m cccc xv. [Octobre 1415-Janvier 1416.]

Gaufridus Mabileti, mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet vi librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Hilarii, in quibus legit dom. prior de Prato, pro quinto anno et quinto vol., et continuabit, etc. Datum die ix Octobris.

Johannes Figuli, mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet ii librum Decretal., in scolis inferioribus, juxta intersignium S. Michaelis, in quibus legit mag. Johannes de Villanova, decretorum doctor, pro quinto anno et quinto vol., et continuabit, etc. Datum die xii Octobris.

Johannes Farre, clericus Senonensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Scutum Britannie, in quibus legit mag. Anthonius de Lanco, decretorum doctor, pro quinto anno et tertio vol. lecture sue. Datum xi die Octobris.

Johannes Valentis, mag. in art., et bac. in dec., continuabit i librum Decretal. in capitulo *Si quis*, *De foro competenti*[1], in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, in quibus legit dom. abbas S. Wandregisilli, pro quinto anno et tertio vol. lecture sue. Datum xi die Octobris.

Radulphus Natalis, presb., bac. in dec., incipiet iv librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit mag. Reginaldus Crassi, decretorum doctor, ad intersignium Capitis S. Dionisii, pro quinto anno et quinto vol. Datum xi Octobris.

Thomas Mautaint, presb., lic. in leg., et bac. in dec., incipiet ii librum Decretal., in scolis inferioribus, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Petri in Vallea, decretorum doctor, pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum xi Octobris.

Johannes Richon, Lemovicensis dioc., lic. in leg., et bac. in dec., resumet lectiones in capitulo primo *De sponsalibus*[2], ubi alias dimisit, in scolis magnis, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum die xi mensis Octobris.

Frater Radulphus Humberti, prior, bac. in dec., resumet lectiones suas, ubi dimisit, in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Johannis Baptiste, in quibus legere consuevit dom. abbas Gemeticensis, pro secundo anno et secundo vol. etc. Datum die xi mensis Octobris.

Frater Yvo de Kerbou[r]c, bac. in dec., incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, in quibus legere consuevit mag. Johannes Guerini, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum xi Octobris.

Johannes Rabigois, lic. in leg., et bac. in dec., resumet lectiones suas in titulo *De judiciis*, libro ii[3], ubi alias dimisit, in scolis collegii Belvacensis, in quibus legit mag. Johannes Guioti, decretorum doctor, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum i Octobris.

Geraldus Fayditi, lic. in leg., et bac. in dec., incipiet Clementinas, in scolis in quibus legit dom. Petrus de Pruvinis, decretorum doctor, pro quarto anno et quarto vol., etc. Die xi Octobris.

Johannes Le Flescheur, clericus Leonensis dyoc., bac. in dec., incipiet v librum Decretal.,

[1] *Decretales Gregorii IX*, II, 2, cap. 1. — [2] *Ibid.*, V, 1, cap. 1. — [3] *Ibid.*, II, 1.

IMPRIMERIE NATIONALE.

in scolis in quibus legit mag. Livinus Nevelint, decretorum doctor, pro sexto anno et quinto vol., etc. Datum xi Octobris.

Petrus de Relhaco, lic. in leg., et bac. in dec., resumet lectiones suas in capitulo *Gratia, De* [*rescriptis*], libro vi[1], in scolis ad Ymaginem B. Martini, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Maxencii, decretorum doctor, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum xi Octobris.

Nicholaus Cordis, mag. in art., et bac. in dec., incipiet v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, in quibus legere consuevit mag. Johannes Vipardi, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum xi mensis Octobris.

Johannes de Bris, clericus Carnotensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet iv librum Decretal., in scolis inferioribus, in quibus legere consuevit dom. Guillelmus, abbas S. Georgii, decretorum doctor, et hoc pro quarto anno et quarto vol., etc. [Datum] xi Octobris.

Frater Guillelmus Kerlech, prior S. Mathey Montis Relaxi (voy. p. 138), bac. in dec., hodie, incipiet v librum Decretal., in scolis in quibus legit abbas de Cruce, scilicet ad Ymaginem B. Thome, pro quinto anno et primo vol. Datum xi Octobris.

Henricus Thevenon (Chevenon?), presbyter dioc. Autissiodorensis, mag. in art., et bac. in dec., incipiet ii librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit dom. abbas S. Crispini Majoris Suessionensis, decretorum doctor, pro primo anno et vol. [Datum] xi Octobris.

Johannes Braindelli, curatus de Fresnayo (voy. p. 135), Cenomanensis dioc., bac. [in dec.], incipiet v librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas hujus Facultatis, pro quinto anno et sexto vol. Datum xi Octobris.

Balduynus Percoul, rector ecclesie de Wawrin[2], Tornacensis dioc., incipiet iv librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Petri Celestini, in quibus legit abbas de Josaphat, pro quinto anno et quarto vol.

Johannes Bouchetendre, mag. in art., Cenomanensis dioc., bac. in dec., in scolis posterioribus, supra secundas scolas, incipiet ii librum Decretal., pro tertio anno et tertio vol.

Durandus Barrerii, bac. in dec., incipiet ii librum Decretal., in scolis prope intersignium S. Michaelis, in quibus alias legit abbas S. Wandregisilli, pro tertio anno et tertio vol.

(F° 11 v°). Theobaldus de Luce, clericus Cenomanensis dyoc., lic. in leg., et bac. in dec., hodie, resumet lectiones suas in libro sexto, in titulo *De appellationibus*[3], ubi nuper dimisit, in scolis ad Ymaginem S. Katherine, in quibus legere consuevit dom. Robertus de Becco, decretorum doctor, pro primo anno et secundo vol. lecture sue. Datum xi Octobris.

Johannes de Cuseyo presb., Lingonensis [dioc.], bac. in dec., incipiet v librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Francie S. Johannis Jerosolimitani, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum xi mensis Octobris.

Frater Petrus Guilhebaudelli, presb. religiosus, bac. in dec., incipiet ii librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum xii Octobris.

Frater Michael Joly, bac. in dec., incipiet v librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabbadie, in quibus legere consuevit mag. Johannes de Crepone, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum xiii Octobris.

Johannes de Baucourt (Vaucourt?), presb., incipiet v librum Decretal., in scolis super., a parte posteriori, supra scolas, in quibus legere consuevit mag. Mauritius Kareargoran, decretorum doctor, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro tertio anno et tertio vol. Datum xiii Octobris.

Johannes Curti, presb. Lugdunensis dioc., bac. in dec., incipiet decretalem *Venerabilis*[4].

[1] *Sextus Liber*, I, 3, cap. 7. — [2] Wavrin (Nord). — [3] *Sextus Liber*, II, 15. — [4] *Decretales Gregorii IX*, II, 1, cap. 20.

De judiciis, ubi alias dimisit, in scolis superioribus collegii de Tornodoro, pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, etc. Datum die xv mensis Octobris.

Radulphus Rousselli, clericus Constantiensis dyoc., mag. in art., lic. in leg., et bac. in dec., incipiet vi librum Decretal., in scolis superioribus retro, ad intersignium S. Andree, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum die xv Octobris.

Rev. pater dom. Petrus de Chalus, abbas monasterii Ebrolii (voy. p. 135), Claromontensis dyoc., bac. in dec., incipiet i librum Decretal., in scolis inferioribus, in quibus legere consuevit mag. Mauritius de Kergorant, ad intersignium Scuti Britannie, pro quinto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum die x mensis Octobris.

Matheus Petri, clericus Corisopitensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet i librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Michaelis, ubi legere consuevit mag. Livinus Neveline, pro sexto anno et sexto vol., etc. Datum 26 Octobris.

Frater Guillelmus Burserii, relig. monast. S. Dyonisii in Francia, bac. in dec., incipiet v librum Decretal., in scolis superioribus, prope intersignium S. Michaelis, in quibus legere consuevit mag. Johannes de Villanova, pro sexto anno et sexto vol., etc. Datum die xxviii Octobris.

Johannes de Valle, presb. Morinensis dyoc., bac. in dec., hodie, in nonis N. Domine, incipiet ii librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium S. Andree, pro sexto anno et quinto vol., etc.

Johannes Mercatoris, clericus Claromontensis dyoc., bac. in dec., hodie, incipiet v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Lilii Coronati, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum die iv Novembris.

Lambertus Milon, clericus de Trecis, mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet v librum Decretal., in scolis superioribus collegii de Tornodoro, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum xxix mensis Octobris, anno quo supra.

Petrus Gay, clericus Lemovicensis dyoc., bac in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet iii librum Decretal., ad intersignium S. Katerine, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum vi Novembris, anno Domini m [cccc xv].

Fr. Theobaldus Olearii, prior priorat. de Bello Raino (Ramo?)[1], ord. S. Benedicti, bac. in dec., incipiet ii Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Jacobi, ubi legere consuevit mag. Jacobus Le Vayer, decretorum doctor, pro tertio anno et tertio vol. Datum xi Octobris.

Anthonius de Manso, clericus, bac. in dec., incipiet librum Decretal., in scolis bassis, ad intersignium S. Andree, in quibus legere consuevit frater Johannes de Fargis, prior prioratus de Nemesca (Namesca, p. 162)[2], ord. Cluniacensis, pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum viii Novembris.

Furseus de Bruille, clericus Noviomensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet vi librum Decretal., in scolis posterioribus, supra scolas, in quibus legere consuevit mag. Johannes de Villanova, decretorum doctor, pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum xxviii Novembris.

Johannes [Hospitis][3], de Malliaco, Trecensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet i librum Decretal., in scolis anterioribus, supra scolas ad intersignium Scuti Britannie, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum in festo B. Nicolai, anno quo supra.

Guillelmus Hemery, clericus Rothomagensis dyoc., mag. in art., et bac in. dec., incipiet ii librum Decretal., in scolis superioribus ad Ymaginem B. Michaelis, pro secundo anno et secundo vol. Datum 10 Decembris.

[1] Beaurain (Nord).

[2] Saint-Étienne-de-Namêche (dioc. de Liège). (Voy. *Biblioth. Cluniac.*, p. 1715.)

[3] Dans le ms. on ne lit pas clairement «Hospitis»; mais il s'agit bien de Johannes Hospitis, déjà cité p. 137, et plus loin, p. 180.

Johannes Barrey, clericus Tullensis dyoc., hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus et posterioribus, ad intersignium B. Michaelis. Datum anno Domini M CCCC XV, die XIIII mensis Decembris.

(F° 12 r°). Frater Johannes de Montyon, prior prioratus Portus Baselii (Balesii ou Valesii, p. 150, 182), ord. S. Benedicti, Sedunensis dyoc., bac. in dec., incipiet V librum Decretal., in scolis supra scolas Castri, juxta illas in quibus legere consuevit dom. abbas S. Crispini, pro primo anno et primo vol., etc. Datum XIV Decembris, anno quo supra.

Clemens Amici, de Parisius, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Lilii Coronati, pro secundo anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XV, die XVIII Decembris.

Frater Humbertus Cornueti, camerarius monast. Molismensis[1], ord. S. Benedicti, Lingonensis dyoc., bac. in dec., in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Martini, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum die ultima Decembris, anno quo supra.

[1416.] Johannes Lohaer (Lohyer, p. 218), subdiaconus, rector parroch. eccl. de Landarneloci[2], Dolensis dyoc., bac. in dec., in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., pro secundo anno et secundo vol. Datum die XVIII mensis Januarii, anno quo supra.

[Octobre 1415-Septembre 1416.]

(F° 13 r°). SEQUUNTUR NOMINA BACHALARIORUM INCIPIENTIUM LECTIONES SUAS IN NONIS SANCTI JACOBI, POST FESTUM BEATI DYONISII ANNI M CCCC XV.

Johannes[3] Columbelli, bac. in dec. Parisius, incipiet V librum Decretal., in magnis scolis Facultatis decretorum, pro secundo anno et secundo vol. Actum decima Octobris.

Frater Stephanus La Hure, de Senonis, bac. in dec., incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Martini, in quibus legere consuevit abbas S. Maxencii, decretorum doctor, pro tertio anno et tertio vol. Datum XI Octobris.

Stephanus Le Jay, mag. in art., et bac. in dec., incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Hylarii, in quibus legit frater Robertus de Becco, decretorum doctor, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum XI Octobris.

Frater Guillelmus Sapientis, Constantiensis dyoc., bac. in dec., incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Johannis Baptiste, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Crispini, decretorum doctor, pro quinto anno et sexto vol., etc. Datum XI die Octobris.

Andreas de Uxello, presb. Nivernensis [dioc.], bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, in quibus legit dom. abbas S. Wandregisilli, decretorum doctor, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum XI Octobris.

Johannes de Andovilla (voy. p. 149), bac. in dec., incipiet V librum Decretal., in scolis contiguatis ad capellam S. Dionysii, ubi legit mag. Reginaldus Crassy, decretorum doctor, pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum XI Octobris.

Frater Philippus de Brayo, bac. in dec., incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Johannes Baptiste, in quibus legit dom. abbas Gemeticensis, decretorum doctor, pro sexto anno et sexto vol., etc. Datum XI Octobris.

Petrus Ferraudelli, bac. in dec., incipiet VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, in quibus legit dom. Johannes Vipardi, decretorum doctor, pro quinto anno et quarto vol., etc. Datum XI Octobris.

[1] Abbaye de Molesmes, diocèse de Langres (Côte-d'Or). — [2] Landerneau (Finistère). — [3] En note : «Nota quod magne scole debent primitus locari et primo expleri».

Johannes Amioti, subdyaconus Ebroicensis dyoc., bac. in dec., incipiet, hodie, III librum Decretal., in scolis [in] quibus legit dom. abbas S. Leufredi de Cruce, pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum XI Octobris.

Johannes Andree, presbyter Cameracensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, juxta Ymaginem S. Michaelis, in quibus legit mag. Johannes de Villa Nova, pro tertio anno et quarto vol., etc. Datum XI mensis Octobris.

Leonardus de Delphinis de Passano, clericus Januensis (Gênes), bac. in dec., incipiet IV librum Decretal., continuando in capitulo *Preterea, De sponsalibus* [1], ubi alias dimisit, in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legere consuevit mag. Johannes de Crepone, decretorum doctor, pro quinto anno et quarto vol. Actum XI Octobris.

Henricus Boisseron, clericus Cameracensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet (?) librum Decretal., in scolis inferioribus, prope magnas scolas, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Petri Carnotensis, pro sexto anno et quinto vol., etc. Datum XI Octobris.

Johannes Regis, clericus Meldensis dyoc., bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Jerosolimitani, in quibus legit mag. Johannes Guerrini, decretorum doctor, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum XI Octobris.

Johannes Dotis, Parisiensis dyoc., bac. in dec., hodie, incipiet V librum Decretal., in scolis Scuti Britannie, in quibus legere consuevit mag. Anthonius de Lanco, decretorum doctor, actu regens, pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum XI Octobris.

Johannes Chuffart [2], mag. in art., et bac. in dec., incipiet I librum Decretal., in scolis in quibus legit mag. Livinus Nevelinc, decretorum doctor, pro quinto anno et quarto vol., etc. Datum XI Octobris.

Nicolaus Crassi, clericus Trecensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet VI librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Georgii, in quibus legere consuevit frater Petrus de Pruvino, decretorum doctor, pro VII anno et sexto vol., etc. Datum XI Octobris.

Andreas Vassoris, clericus Ambianensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet V librum Decretal., in scolis ubi legere consuevit mag. Mauricius de Kaergorant, ad intersignium Scuti Britannie, pro quinto anno et quinto [vol.], etc. Datum XI Octobris.

Jacobus Carlarii, bac. in dec., incipiet V librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum XII Octobris.

Frater Jacobus Jacqueti, bac. in dec., hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Petri Celestini, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum XIII Octobris.

Guillelmus ad Fabas, presbyter Belvacensis dyoc., bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in scolis collegii Belvacensis, in quibus legere consuevit mag. Johannes Guioti, decretorum doctor, pro quinto anno et quarto vol. Datum XIIII Octobris.

(F° 13 v°). Frater Petrus Mennessier, relig. B. Marie de Hamo [3], bac. in dec., incipiet Clementinas, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Francie, pro sexto anno et sexto vol., etc. Datum die XII mensis Octobris.

Bernardus Patrisfamilias, mag. in art., et bac. in dec., incipiet V librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit dom. abbas de Josaphat, decretorum doctor, pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum XI Octobris.

Julianus des Arsiz, relig. ord. S. Augustini, prior de Loratoria [4], Andegavensis dioc., inci-

[1] *Decretales Gregorii IX*, IV, 1, cap. 2. — [2] Sur Jean Chuffart, voy. p. 225. — [3] Ham (Somme ou Manche?). — [4] Notre-Dame de la Roë (?) ou abbaye de Notre-Dame de Loroux ou Louroir (?).

piet Clementinas, in scolis anterioribus, supra secundas scolas hujus Facultatis, pro quinto anno et sexto vol. Datum 16 Octobris.

Jacobus de Ponte, Cenomanensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet IV librum Decretal., in scolis posterioribus, supra secundas scolas hujus Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. Datum 16 Octobris.

Ymbertus de Pisis, Matisconensis dioc., bac. in dec., incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, pro quinto anno et sexto vol. Datum 16 Octobris [1].

Guillelmus Mercatoris, presbyter Eduensis dyoc., bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in superioribus scolis, supra scolas in quibus legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, pro quinto anno et quinto vol. Datum XV Novembris.

Johannes Vitrarii, Cabillonensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum die decima quinta mensis Octobris.

Johannes de Campolucenti, Suessionensis dyoc., lic. in leg., bac. in dec., in scolis posterioribus, supra scolas dom. abbatis S. Petri Carnotensis, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol. [Datum] 20 Octobris.

Johannes de Nantholio, Cathalanensis dyoc., bac. in dec., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Jacobi, pro tertio anno et tertio vol. Datum 20 die mensis Octobris.

Ymbertus de Pisis, clericus Matisconensis, bac. in dec., incipiet III librum Decretal., in scolis mediis, in quibus alias legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, pro quinto anno et sexto vol. Datum XXII Octobris.

Villardus de Trussebourc, clericus Rothomagensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., resumet lectiones suas et incipiet in capitulo primo *De jurejurando* [2], ubi alias dimisit, in scolis superioribus, ad intersignium S. Andree, etc., pro sexto anno et quinto vol. Datum 28 Octobris.

Johannes de Insula, clericus Rothomagensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., resumet lectiones suas in scolis de Tornodoro, ubi legit dom. abbas S. Georgii, in capitulo primo *De officio legati* [3], ubi alias dimisit, pro sexto anno et quinto vol., etc. Datum 28 Octobris.

Johannes de Valle, presbyter Morinensis dyoc., bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium S. Andree, pro sexto anno et quinto vol., etc. Datum penultima Octobris.

Robertus Helene, Bajocensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis posterioribus, ad intersignium S. Andree, pro tertio anno et tertio vol. lecture [sue], etc. Datum IV die Novembris, anno quo supra.

Johannes Dudoyt, presbyter Abrincensis dioc., bac. in dec., incipiet V librum [Decretal.], in scolis ad intersignium B. Katerine, pro tertio anno et tertio vol. Datum VI Novembris.

Johannes Sandrini, presbyter, mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, a parte posteriori, ad intersignium Scuti Britannie, ubi legere consuevit mag. Mauricius de Cargoran, pro quarto anno et quarto vol., etc. Datum VIII Novembris.

Symon de Sancto Vedasto, mag. in art., et bac. in dec., incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, in quibus legere consuevit abbas S. Wandregisilli, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum XIII Novembris.

Johannes Crassy, presb. Rothomagensis [dioc.], bac. in dec., hodie, incipiet III librum De-

[1] Cette mention est barrée dans le ms. — [2] *Decretales Gregorii IX*, II, 24, cap. 1. — [3] *Ibid.*, I, 30, cap. 1.

cretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium S. Andree, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum die XIX mensis Novembris, anno quo supra.

Relig. vir frater Bertrandus de Quercu, decanus de Lehuno in sanguine terso[1], Ambianensis dyoc., bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in scolis anterior., supra secundas scolas hujus Facultatis, pro primo anno et primo vol., etc. Datum mercurii post festum Katherine.

Johannes Beyrini (Veyrini?), presb. de Claromonte, canonicus Claromontensis, Nivernensis dyoc., bac. in dec., incipiet Clementinas, in scolis inferioribus collegii de Tornodoro, ante capellam collegii Belvacensis, in quibus legere consuevit frater Guillelmus, abbas S. Georgii, pro primo anno et primo [vol.], etc. Datum XXV Novembris.

(F° 14 r°). Guido Boileave, presbyter, vicarius perpetuus in ecclesia Bituricensi, bac. in dec., incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Martini, pro quinto anno et quarto vol., etc. Datum XXVIII die mensis Novembris, anno quo supra.

Frater Augerius de Brya, canon. regular., bac. in dec., incipiet V [librum] Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Andree, supra scolas in quibus legere consuevit mag. Reginaldus Crassy, pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum die XXIX Novembris.

Nicolaus de Chaomnis (Chaonniis?), bac. [in dec.], hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas in quibus legit abbas S. Georgii, pro tertio anno et secundo vol. Datum X mensis Decembris.

Robertus Vaste, presb., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus et anterioribus, supra scolas in quibus legere consuevit mag. Johannes de No[va]villa, pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum XVIII Decembris.

Nicolaus Richeshem, mag. in art., et bac. in dec., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet III librum [1416.]
Decretal., pro primo anno et primo vol. lecture sue, in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, et continuabit, etc. Datum XXI Januarii.

Johannes Sinoti, clericus Bituricensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Yvonis, pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum XXI [Januarii], anno quo supra.

Johannes Heyns? (Heyris?), clericus Tornacensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Andree, pro secundo anno et secundo vol. Datum VIII die mensis Februarii.

Egidius de Weystina, Tornacensis dioc., in nonis S. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus et posterioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, in quibus legit dom. [abbas] S. Wandregesilli, pro secundo anno et secundo vol., anno Domini M CCCC XV, die sabbati XV Februarii.

(F° 17 r°). Anno Domini M CCCC XV, die XX Februarii, Petrus Theodati incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Ylarii, in quibus legere consuevit dom. R. de Becco, prior de Prato.

Item, XXVII Februarii, Johannes Radulphi, alias de Usello, incepit VI librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Michaelis, in quibus legit mag. Johannes de Villanova, pro secundo anno et secundo vol.

Item, XXV die Februarii, anno predicto, rev. pater dom. Oliverius, abbas B. Marie de Calma[2], incepit, in nonis N. Domine, V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, in quibus legit rev. pater dom. de Josaphat, pro primo anno et primo vol. lecture sue.

[1] Plus haut, p. 133 et 148 : «decanus de Lihonis» (Lihons-en-Santerre, Somme). — [2] Abbaye de La Chaume (dioc. de Nantes). Voy. p. 150 et 179.

Item, xxvii Februarii, frater Johannes Villarium(?), (Villanie, p. 180; Willannie, p. 193), canonicus regular., incepit iii librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol. sue lecture.

Item, eodem anno, vi die Martii, Johannes de Melarcher, in nonis B. Jacobi, incepit iv librum Decretal., in scolis superioribus, in quibus legere consuevit ven. et circumsp. vir mag. Johannes de Crepone, et hoc pro primo anno et primo vol.

Item, eodem anno, iii Martii, Johannes Richon, Lemovicensis dioc., lic. in leg., et bac. in dec., in nonis B. Marie, incepit v librum Decretal., in magnis scolis, pro secundo anno et secundo vol.

Item, eodem anno, die x Martii, Petrus de Gecuria, clericus Ebroicensis, mag. in art., et bac. in dec., in tertiis, incipiet iii librum Decretal., in scolis superioribus, retro ad intersignium S. Andree, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue.

Item, x die Martii, frater Johannes de Mota, de Rothomago, relig. B. Marie de Becco Heluini[1], in nonis N. Domine, incipiet iii librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit mag. Reginaldus Crassy, pro secundo anno et secundo vol. lecture [sue], anno et die predictis.

Item, xvi Martii, anno predicto, Nicholaus Paris, mag. in art., et bac. in dec., incepit iv librum Decretal., in scolis anterioribus, super secundas scolas hujus Facultatis, et in nonis S. Jacobi.

Item, xvi Martii, frater Egidius Oudardi, relig. S. Katherine[2], ord. B. Augustini, Lexoviensis dioc., prior curatus de Cessevilla[3], Ebroicensis dioc., in nonis B. Marie, incepit iv librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Martini, pro secundo anno et secundo vol.

Item, xxiii Martii, eodem anno, Odo de Foulliaco, clericus Ambianensis dioc., in tertiis, incepit iii librum Decretal., in scolis superioribus et anterior., ad intersignium Capitis S. Dionisii, in quibus legere consuevit mag. Reginaldus Crassi, pro primo anno et primo vol. lecture sue.

Item, xxiii Martii, Johannes Huet, subdiaconus Suessionensis dioc., in nonis B. Jacobi, incepit iv librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit mag. Mauricius de Quaergorant, pro primo anno et primo vol. lecture sue.

Item, xxiii Martii, Guillelmus de Albarippa, presb. de Lingonis, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incipiet, hodie, in nonis S. Jacobi, iv librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, pro secundo anno et tertio vol. sue lecture.

(F° 17 v°). Item, ii Aprilis, anno predicto, Johannes Millonis, Carnotensis dioc., incepit v librum Decretal., in nonis N. Domine, in scolis anterioribus, supra secundas scolas, ubi legere consuevit dom. abbas S. Petri Carnotensis, pro secundo anno et secundo vol.

Item, iii die Aprilis, anno predicto, mag. Michael de Creneyo (Treveyo?), in tertiis, incepit ii librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro quarto anno et quarto vol.

Item, vi die Aprilis, anno Domini m cccc xv, Habertus Alompni, de Cenomanis, in nonis S. Jacobi, incepit iv librum Decretal., in scolis abbatis S. Petri Carnotensis, pro tertio anno et tertio vol.

Item, vi die Aprilis, anno eodem, Herveus Laubily, cler. Corisopitensis dioc., in nonis N. Domine, incepit iii librum Decretal., in [scolis] inferioribus, ad intersignium B. Michaelis, ubi legere consuevit mag. Johannes de Villanova, pro primo anno et primo vol. lecture sue.

Item, viii die Aprilis, dom. Johannes Mauguy, presb. curatus ecclesie parrochialis de Rochacurveria, Luxoniensis dyoc.[4], in nonis B. Jacobi, incepit i librum Decretal., in scolis supe-

[1] Voy. p. 141. — [2] Voy. p. 135 : «relig. B. Barbare» (Sainte-Barbe-en-Auge). — [3] Cesseville (Eure). — [4] Rochecourbe (Charente-Inférieure) (?).

rioribus, ubi legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, pro quarto anno et tertio vol. lecture sue.

Item, XII die Aprilis, Alanus de Alveto (Alneto?), presb. Leonensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., incepit III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, in quibus legere consuevit mag. Johannes Vipardi, pro primo anno et primo vol. lecture [sue].

Item, XII Aprilis, Herveus Penhœdic, Leonensis dyoc., mag. in art., incepit IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit mag. Mauricius de Kaergorant, pro primo anno et primo vol. lecture sue, in tertiis.

Item, XII Aprilis, Oliverius Gralonis, presb., in tertiis, incepit IV librum Decretal., in scolis superior., supra scolas in quibus legere consuevit dom. abbas S. Petri, pro primo anno et primo vol.

Item, XV Aprilis, de Awensbergh, canonicus Rosbildensis et Ripensis ecclesiarum [1], in nonis B. Marie, incepit VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Francie, in quibus legit mag. Livinus, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Item, die XIII Aprilis, Oliverius Le Gales incepit, in nonis N. Domine, III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Michaelis, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, pro primo anno et primo vol.

Item, XXVIII Aprilis, anno Domini M CCCC XVI, Herveus Pencoedic, presb. Leonensis dioc., mag. in art., in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Britannie, ubi legere consuevit mag. Mauricius de Kaergorant, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue.

Item, XXVIII Aprilis, anno Domini M CCCC XVI, Oliverius Grallonis, Leonensis dyoc., incepit V librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas in quibus legere consuevit dom. abbas S. Petri Carnotensis, decretorum doctor, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue.

Item, XXVIII Aprilis, anno M CCCC XVI, Alanus de Alveto (Alneto?), mag. in art., incepit, in nonis S. Jacobi, I librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, in quibus legere consuevit mag. Johannes Vipardi, pro secundo anno et secundo vol.

Item, XV Maii, Guillelmus Blumel, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis posterioribus, ad intersignium B. Michaelis, pro primo anno et primo vol.

(F° 18 r°). Item, XIII Maii, Petrus de Laudis, mag. in art., bac. in leg., incipit V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Michaellis, pro primo anno et primo vol.

Item, XII Maii, Ludovicus de Marcongnet, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Castri, pro primo anno et primo vol.

Item, XII Maii, Johannes de Cuseyo, presb. Lingonensis dioc., incepit II librum Decretal., in [scolis] ad intersignium Scuti Francie Hospitalis S. Johannis, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Item, XVIII Maii, Ricardus Le Pommier, in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Francie, in quibus legere consuevit mag. Livinus, pro primo anno et primo vol.

Item, XXVI Maii, Gerardus de Haya, in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Britannie, pro primo anno et primo vol. lecture [sue].

Item, XII Junii, nobilis vir Nicholaus Britonis incepit II librum Decretal., in nonis S. Jacobi, in scolis mag. Johannis de Crepone, pro primo anno et primo vol. sue lecture.

Item, XVIII Junii, Stephanus de Rupe, mag. in art., Claromontensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit Clementinas, in scolis ad intersignium Scuti Francie, in quibus legit abbas S. Crispini, pro primo anno et primo vol.

[1] Diocèses de Roschild (Danemark) et de Rype (Jutland).

IMPRIMERIE NATIONALE.

Item, XVIII Junii, Johannes de Rosello, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Katherine, in quibus alias legit rev. doctor, prior de Prato, pro primo anno et primo vol.

Item, Petrus Faucray (Fouquerel? p. 151), clericus Trecensis [dioc.], incepit II librum Decretal., in scolis collegii Belvacensis, in nonis N. Domine, pro primo anno et primo vol., anno Domini M CCCC XVI, [die] XXVI mensis Junii.

Item, XVI Junii, Johannes Chevroti, in nonis N. in Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Martini, ubi alias legebat dom. S. Maxencii, pro primo anno et primo vol. lecture sue.

Item, XVI Junii, Petrus Guidonis, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Georgii, pro primo anno et primo vol.

Item, XXV Junii, Symon de Sancto Amando (de S. Vedasto, p. 158), in nonis S. Jacobi, incepit Clementinas, in scolis domini S. Wandregisilli, pro tertio anno et tertio vol.

Item, XXVI Junii, Sebastianus Heraldi, in nonis B. Marie, incepit V librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Villa Nova, pro secundo anno et secundo vol.

Item, XVI Junii, frater Pontius Goberti, in nonis B. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis mag. Johannis Guerini, pro primo anno et primo vol.

Item, II die Julii, Stephanus de Mersnayo, in tertiis, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, prope scolas in quibus legere consuevit abbas S. Crispini, pro primo anno et primo vol.

Item, IX Julii, Hugo Bonisolacii, lic. in leg., incepit IV librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Johannis Baptiste, in quibus legit dom. [abbas] Gemeticensis, pro primo anno et primo vol., in nonis S. Jacobi.

Item, XVII Junii, Petrus Martini, presb. Morinensis dioc., incepit IV librum Decretal., in nonis N. Domine, in scolis ad intersignium B. Andree, in quibus alias legit prior de Nameca (Nemesca, p. 155), pro primo anno et primo vol.

Item, die IV mensis Augusti, Spaen(?), dictus Friso, mag. in art., et bac. in dec., in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis superioribus collegii Tornodorii, in quibus legere [consuevit] dom. S. Georgii, pro primo anno et primo vol.

Item, V Augusti, nobilis vir Guillelmus Jacobi, lic. in leg., incepit in nonis N. Domine titulum *De verborum significatione*[1], in antiquis scolis abbatis S. Petri in Valleia, et hoc pro secundo anno lecture sue, primo tamen vol. lecture, Parisius.

Item, XVI Jullii, Hubertus de Prenode, presb. Leodiensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., ad intersignium Lilii Coronati, pro primo anno et primo vol.

Item, ultima die Jullii, Andreas Guiberti, presb. Meldensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis mag. Petri de Pruvino, pro primo anno et primo vol. lecture sue.

(F° 18 v°). Frater Guillelmus Levraudi, prior prioratus S. Germani de Marciliaco[2], Ebroicensis dioc., incepit, in nonis S. Jacobi, IV librum Decretal., in scolis in quibus alias legerat mag. Mauricius de Kaergorent, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, anno quo supra quadragentesimo XVI, die XII Augusti.

Johannes de Alvernia, Lemovicensis dioc., in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Andree, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, XII Augusti.

Frater Johannes de Montyon, Sedunensis dioc., in nonis N. Domine, incepit IV librum De-

[1] *Decretales Gregorii IX*, V, 40. — [2] Marcilly (Eure).

cretal., in scolis supra scolas Castri, in quibus legere consuevit abbas S. Crispini, pro secundo anno et secundo vol., xi Augusti.

Martialis Vaillant incepit, in nonis S. Jacobi, iii librum Decretal., in magnis scolis, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, anno quo supra, xviii Augusti.

Johannes Falqueti, mag. in art., Rothomagensis dioc., incepit ii librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas mag. Johannis de Villa Nova, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xviii Augusti.

Ludovicus Galet, cler., mag. in art., bac. in dec. Parisius, incipiet i librum [Decretal., in scolis] in quibus legit mag. Johannes Guerini, pro primo anno et vol., anno quo supra, xxvi Augusti.

Johannes Dabbre, Tornacensis dioc., mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis abbatis S. Georgii, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, xvii Augusti.

Frater Hubertus Cornueti, camerarius Molismensis (voy. p. 156), in nonis B. Marie, incepit Clementinas, in scolis ad Ymaginem B. Martini, pro tertio anno et quarto vol. lecture sue, xxvii Augusti.

Frater Johannes Agnet, relig. S. Martini Laudunensis[1], ord. Premonstratensis, incepit iii librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit mag. Antonius de Lanco, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, ix die Septembris.

Stephanus Le Jay, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit vi librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Ylarii, in quibus legere consuevit prior de Prato, pro tertio anno et quarto vol. lecture sue, anno quo supra, ix die Septembris.

Dyonisius Gastinel, cler., mag. in art., lic. in leg., et bac. in dec. Parisius, hodie, in tertiis, propter jejunium, incipiet iv librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas in quibus legere consuevit rev. in Christo pater dom. abbas S. Petri Carnotensis et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini m cccc xvi, die x Septembris.

Alexander Lawedre, archidiaconus Dunkeldensis[2], in nonis B. Marie, incepit iv librum Decretal., ubi legerat prior de Namecha (voy. p. 155), ad intersignium B. Yvonis, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, xii Septembris.

Matheus Cellarii incepit, in nonis S. Jacobi, i librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Johannis, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xii Septembris.

Nicolaus Begue Mere, alias Grandis, mag. in art., incepit, in nonis B. Marie, ii librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Castri, et hoc pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xi Septembris.

Frater Johannes Nicolay, ord. S. Johannis Jherosolimitani, in tertiis, incepit ii librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Martini, supra scolas in quibus legere consuevit mag. Reginaldus Crassy, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, xvi Septembris.

Robertus de Monialia incepit i librum Decretal., in nonis N. Domine, in scolis inferioribus, ad intersignium Lilii Coronati, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, xvi Septembris.

Berthelinus Castelli, in nonis N. Domine, incepit iii librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Villanova, pro quarto anno et tertio vol. lecture sue, anno quo supra, xvi mensis Septembris.

Herveus Lanbili, in nonis N. Domine, incepit iv librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, ubi legit mag. Johannes de Villanova, pro secundo anno et secundo vol., xix Septembris.

[1] Abbaye de Saint-Martin de Laon. — [2] Évêché de Dunkeld (Irlande).

Johannes Hamonis, in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis Belvacensibus, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XVIII Septembris.

Herveus Baronis, in nonis B. Marie, incepit V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Francie, in quibus legit mag. Herveus Pouchardi, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, XVIII Septembris.

(F° 21 v°). Anno Domini M CCCC XVI, Radulphus Hamelin, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis superioribus, supra magnas scolas, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXIII Septembris.

Nicolaus de Boudevilla, Rothomagensis dioc., mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit VI librum Decretal., ad Scutum Castri, anno quo supra, XXIII die Septembris.

Nicolaus de Bruncoste, Rothomagensis dioc., mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit VI librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Crepone, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVII Septembris.

Johannes Huberti, Cameracensis dioc., mag. in art., in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis dom. abbatis Gemeticensis, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXIII Septembris.

Henricus Baeck (Vaeck?), clericus Coloniensis dioc., mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Wandregisilli, pro tertio anno et quarto vol., anno quo supra, XXVI Septembris.

Johannes Krestin? (Karrestin? p. 152), alias Fabri, Corisopitensis dioc., mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis inferioribus mag. Johannis Vipardi, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVI die Septembris.

Johannes de Pignu, relig. B. Marie de Doules[1], Corisopitensis [dioc.], mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus mag. Johannis de Villanova, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVIII Septembris.

Herveus de Larchamp, presb. Baiocensis dioc., mag. in art., lic. in leg., in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis mag. Petri de Pruvino, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXIII Septembris.

Guido Bocherii, Redonensis dioc., mag. in art., incepit, in nonis S. Jacobi, IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVI Septembris.

Guido Pœni? (Perni, p. 152), presb. Leonensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis mag. Reginaldy Crassy, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVI Septembris.

Nicolaus Rivon (?), Corisopitensis dioc., mag. in art., in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, in quibus legere consuevit mag. Johannes de Villanova, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVI Septembris.

Guillelmus de Vaisseyo, Lingonensis [dioc.], in tertiis, incepit II librum Decretal., in scolis mag. Leonardi de Passano, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVIII Septembris.

Nobilis vir Andreas de Sancto Laurentio, in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Katerine, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVII Septembris.

Alanus Garnenes? (Carnenetz? p. 150), Corisopitensis dioc., mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis mag. Radulphi Rousselli, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVIII Septembris.

[1] Monastère de Sainte-Marie de Daoulas (dioc. de Quimper).

Bartholomeus de Fage, mag. in art., Corisopitensis [dioc.], in nonis B. Marie, incepit IV librum Decretal., in scolis de Tornodoro, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVIII Septembris.

Johannes de Sullyaco, subdiaconus Baiocensis dioc., mag. in art., in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legit mag. Johannes Guerini, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVII Septembris.

Robertus Bruleti, in nonis B. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Jacobi, in quibus legit mag. Warnerus Barrey, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXI Septembris.

Johannes de Angulo, Lexoviensis dioc., in nonis B. Marie, incepit I librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas S. Johannis Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXI Septembris.

Philipus Doigni (Dengui, p. 151), subdiaconus, in nonis S. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXIII Septembris.

Guillelmus Treff[r]ant, Corisopitensis dioc., in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis B. Michaelis, in quibus legit mag. Johannes de Villanova, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXV Septembris.

Matheus de Capella, cler. de Parisius, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit Clementinas, in scolis superioribus, in quibus legit mag. Henricus de Mosonno, pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno quo supra, XXVIII Septembris.

Johannes de Vimont, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Crepone, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVI Septembris.

Frater Philippus de Varenis, Constantiensis dioc., in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis abbatis S. Crispini, pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno quo supra, XXVIII Septembris.

Thedericus (Thierricus, p. 152) Despars, Tornacensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis S. Petri Carnotensis, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVIII Septembris.

Gerardus Celarerii (Celerarii, p. 152), Caturcensis dioc., in nonis B. Marie, incepit IV librum Decretal., in scolis mag. Gerardi Faideti, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXV Septembris.

Johannes Beaucort (Veaucort?), Cenomanensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis domini abbatis de Josaphat, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, XXVIII Septembris.

DÉCANAT DE JEAN DE SERVAVILLE.

NOVEMBRE 1416 À NOVEMBRE 1417.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[1416. 14 Novembre.] (F° 26 r°). Item[1], XIII Novembris, anno Domini MCCCCXVI, fuit Facultas per cedulam convocata ad eligendum decanum; qua die, per relationem antiquorum dominorum, compertum est aliquos de dominis, seu per interpositas personas, aliqui pro ipsis requestas fecerunt pro officio decanatus assequendo, in hoc libertatem Facultati circa hujus electionem decani, quantum in eis erat, amputantes; et quia illud ab antiquis non est auditum, in futurumque perniciosum existeret, si per hujusmodi modos insolitos ad electionem dicti decani procederetur, decrevit Facultas et ordinavit quod quicumque doctor tales importunas requestas faceret, seu litteras a dominis vel aliis impetraret, eo ipso reddatur inhabilis ad dictum officium exercendum aut etiam assequendum. — Servavilla.

[18 Novembre.] Item[2], XVIII Novembris, quia per plures fuit supplicatum quod illi domini doctores, qui non inceperant legere in prima lectione post festum Omnium Sanctorum, possent capere mensem suum quo ad emolumenta suorum bedellorum in harengis recipiendis, et etiam legere per substitutum, ordinavit Facultas, servando statuta dicte Facultatis et observantias hactenus observatas, nullum doctorem debere reputari regentem ex quo non incepit cum aliis dominis, fecitque se proclamari cum aliis dominis doctoribus prima die legibili post festum Omnium Sanctorum, et sic nec aliquid debere recipere pro juribus sui bedelli, neque etiam per substitutum debere legere. — Servavilla.

[17 Novembre.] Item, anno predicto, XVII Novembris[3], supplicavit magistro Nicolaus de Brayo in plena Facultate, conquerendo de scolaribus non deferentibus libros ad scolas, et nichil solvere volentibus de colecta, quod Facultas circa hoc vellet providere. Que quidem deliberavit velle omnibus viis et modis possibilibus providere, tam per comminationem in scolis magnis et aliis, ubi legitur de mane, quam non satisfacientes de non admittendo ad gradus, nisi eis satisfecerint, et, nisi detulerint libros, de non admittendo ad bachalariatum.

[1] En marge : «Per modos insolitos dignitas decanatus non est petenda». — [2] En marge : «Supplicant non incipientes post Sanctorum de uno mense, sed nichil conceditur». — [3] L'interversion des dates se trouve dans le ms.

Item, predicta die, petii a dominis doctoribus, si eis placeret, quod ponerem in uno papireo illa statuta et ordinationes Facultatis, que in aliis duobus antiquis papiris continentur, et illas vel illa de multis extraherem, que confuse in eisdem continentur, semper ad correctionem et latiorem emendationem dominorum; et illud omnibus dominis doctoribus placuit.

Item, xxiii dicti mensis, dominus abbas Sancti Georgii, qui non inceperat in prima lectione post festum Omnium Sanctorum, supplicavit quod, hoc non obstante, reputaretur regens honorarius usque ad Pascha; quod sibi fuit concessum. [23 Novembre.]

Item, illa die, prior de Dueuil[1] supplicavit quod sibi remitteretur harengua, cum antea solempniter fecisset propositum suum; et sibi fuit concessum.

Item, illa die, magister Johannes de Vado supplicavit habere oppinionem Facultatis decretorum super quodam dubio jure; et sibi fuerunt deputati ad videndum in materia et ad refferendum.

Item, jovis x Decembris, dominus de Vado obtinuit a Facultate quod haberet litteram sigillatam sigillo Facultatis, non faciendo mensionem de facto suo particulari, nec recitarentur antique alegationes pro et contra. Sed solum Facultas, auditis rationibus pro et contra, et visis et consideratis inconvenientiis et controversiis que possent inde venire, si quilibet expectantium haberet mensem, tenuit istam partem, videlicet quod omnibus currit mensis etc., sive omnes habent eumdem mensem. [10 Décembre.]

(Fo 26 vo). Jovis xiii Januarii, fuit concessum per totam Facultatem quod magister Henricus de Bivria, dictus de Mosonio, et dominus Gerardus Faiditi, doctores, reputarentur regentes honorarii usque ad finem ordinarii desinantis, anno Domini m cccc xvii. [1417. 14 Janvier.]

Eadem die, Petrus Comitis, bedellus magistri Johannis Vippardi, presentavit Facultati quamdam cedulam in qua mandabatur, ex parte predicti magistri sui, quod reciperet jura bedellorum, ratione harangarum, a die mortis magistri Guidonis; et ita preceptum fuit Bertrando magno bedello quod, si que haberet, traderet predicto Petro, juxta formam cedule, et cedulam servaret.

Jovis quarta Februarii, in Facultate, dominis doctoribus congregatis post missam, ut moris est, fuit ordinatum et statutum quod qui in futurum intererit in examinando baccalariandos, habebit unum marellum; qui autem recesserit ante finem actus, ad negociandum pro propriis negociis suis, postpositis illis de Facultate, nichil percipiet. [4 Février.]

[1] Deuil? (Seine-et-Oise ou Seine-et-Marne), ou Dueil? (Seine-et-Oise).

Eadem die, Leonardus Gay supplicavit in Facultate pro remissione jurium bedellorum singulorum doctorum quo ad harengam; et sibi concessum est quod remitteretur sibi media pars jurium, donec ad pingiorem fortunam contingeret ipsum devenire; et super hoc constitit juramentum.

[4 Mars.] Die jovis quarta Martii, in missa Facultatis, supplicavit dominus abbas Sancti Maxencii quod reputaretur regens honorarius usque ad annum; quod fuit eidem domino concessum.

[9 Mars.] Die IX Martii, supplicavit capellanus capellanie Facultatis, dominis congregatis in magnis scolis, post eorum lectiones, quatinus scole magne et secunde primitus replerentur bachalariis, tam in nonis Nostre Domine, quam S. Jacobi, vel tertiarum, et quod domini ordinarent quod solverentur duo solidi a quolibet scolari audienti lectionem legentis de mane, super qua supplicatione deliberaverunt domini concorditer quod tam magne quam secunde scole Facultatis replerentur bachalariis, suis horis, antequam alie scole replerentur; insuper quod omnes scolares audientes de mane solvant dicto capellano vel ejus mandato duos sol. Paris., et quod nulli admittentur ad bachalariatum, nisi solverint dictos duos solidos, ut predictum est, aliis monitionibus quo ad alios scolares in suo robore duraturis.

[12 Mars.] Item, die jovis XII Martii, supplicavit dominus Sancti Wandregisilli quod, cum iret ad concilium generale, pro bono ecclesie universalis, regni, totius Universitatis, et potissime laboraturus pro singulis suppositis Facultatis, doctoribus maxime, dignaretur Facultas reputare eum regentem, taliter quod, in anno et examine anni jubilei et commodorum Facultatis dicti examinis proximo sequentis, dicta Facultas vellet eumdem dominum esse capacem; que quidem supplicatio fuit admissa in forma.

Item, dicta die, fuit admissus dominus decanus ecclesie Parisiensis, baccalarius in legibus, ad gradum bachalariatus sine examine.

Item, et fuit dispensatum cum eo, quia erat infra octo dies recessurus, pro eundo ad Angliam, quod faceret suum propositum et harengam.

Item, dicta [die], fuit concessum capellano capelle Facultatis quod posset levare litteram de deliberatione conclusionis et deliberationis Facultatis, date IX diei Martii.

[24 Mars.] Die mercurii, que fuit XXIIII mensis Martii, supplicavit magister Johannes de Villanova, per organum decani, quod placeret Facultati ipsum exhonerare de ambaxiata ad concilium generale et loco sui substituere magistrum Gerardum Faydeti; quod omnibus dominis concessum fuit in forma.

(F° 27 r°). Illa die, supplicavit magister Herveus Rousselli Facultati quod dignaretur eadem Facultas intercedere apud dominos procuratores Parisius or-

dinis Sancti Johannis Jherosolimitani pro pensione quam habuerat magister Petrus Joseph; et fuit ei concessum.

Dicta die, fuit admissus magister Almericus Tesson ad bachalariatum cum remissione propositi et harenge.

Item, dicta die, supplicavit magister Reginaldus Crassy pro magistro Johanne Guioti quod reputaretur regens honorarius usque ad regressum suum; et fuit ei concessum.

Item, dominus abbas Sancti Georgii supplicavit pro regentia actuali; et fuit ei concessum.

Item, die xxv Martii, supplicarunt magister Petrus de Pruvino et magister Gerardus Faidety, quod, cum recepti fuissent ambaxiatores Facultatis ad concilium generale, dignarentur reputare eos regentes et capaces harengarum et commodorum Facultatis, in proximo examine decretorum, casu tamen quod presentes et personaliter [non] intererunt in examine predicto. Quod fuit eis concessum in forma, prout alias etiam concessum fuerat aliis ambaxiatoribus, tam Universitatis quam ecclesie, quando primitus iverunt ad dictum concilium generale. [25 Mars.]

Item, dicta die, concluserunt domini quod, die sabbati proxima, que erit xxvii Martii, prandere[tur] insimul expensis Facultatis.

Item, ultima die Aprilis, presentavit se magister Philibertus de Monte Joco ad bachalariatum, et supplicavit admitti ad dictum gradum cum remissione examinis; quod fuit eidem concessum. [30 Avril.]

Item, quia erat in puncto recedendi pro eundo ad concilium Constantiense, et quia tenebatur, secundum statuta, facere propositum et harengam in quindecim dies utiles, supplicavit dominis collegialiter congregatis quod darent ei terminum faciendi dictos propositum et harengam, usque ad festum Omnium Sanctorum exclusive; quod etiam fuit eidem domino concessum, predicta ultima die Aprilis.

Item, xvi Maii, incepit legere dominus abbas Sancti Maxencii, nec incepit in prima lectione post Quasimodo. [16 Mai.]

Item, xv Junii supplicavit magister Johannes de Villanova pro scolis collegii Belvacensis, subter magnas scolas, in quibus alias legit magister Johannes Guyoti, que non fuerunt per aliquem antiquiorem dominum optate; et hoc fuit ei concessum, sine prejudicio tamen domini magistri Johannis Guioti, dum venerit. [15 Juin.]

Item, illa die, frater Johannes de Servavilla optavit scolas, in quibus idem magister Johannes de Villanova legebat ad intersignium, que quidem ab aliquo dominorum pro tunc non fuerunt optate.

IMPRIMERIE NATIONALE.

[22 Juin.] Item, XXII Junii, magister Reginaldus Crassy acceptavit legere extraordinarium toto tempore extraordinarii, usque ad festum Exaltationis Sancte Crucis sequens.

[1er Juillet.] Item, prima die Jullii, ordinaverunt domini de decretalibus doctoralibus legendis : et primo quod magister Gerardus Faideti legeret decretalem *Firmiter*[1] in proximo Natali futuro, sicut etiam ad illam legendam suo ordine tenebatur; et, quia absens erat, ordinaverunt predicti domini quod in sui absentia illam legeret abbas Sancti Crispini.

Item, dicta die, fuit ordinatum quod magister Herveus Pouchardi legeret decretalem *Omnis*[2] in Pascale sequente, et magister Henricus de Mosonno, decretalem *Cum Marthe* vel *Majores*[3], in vigilia Penthecostes, anno CCCC XVIII.

[23 Août.] (F° 28 v°). Item, XXIII die Augusti, supplicavit Johannes Adam pro magistro Guillelmo de Carois quod, attenta infirmitate dicti magistri Guillelmi, dispensaret Facultas de harangua non fienda; et, quia Facultas predicta sufficienter fuit informata de infirmitate dicti magistri Guillelmi per aliquem dominum regentem, dispensavit cum eo, quantum in ea erat[4].

[8 Septembre.] (F° 27 v°). Item, VIII die Septembris, in missa Facultatis, presentibus omnibus dominis regentibus, dempto domino Gemeticensi, qui pro tunc erat absens, quamvis actualiter regens existeret, positum fuit in deliberatione utrum videretur predictis dominis expediens, attentis periculis utrarumque guerarum nunc in regno existentium, (et potissime circumquaque Parisius verisimiliter concurrentium), quod omnes et singuli doctores tunc regentes tales reputarentur, etiam quo ad optionem licentiandorum in examine proximo sequenti, licet non inciperent in prima lectione post festum Omnium Sanctorum lectiones suas cum aliis dominis incipientibus. Super quo deliberavit Facultas, nemine discrepante, quod omnes pro tunc regentes, tam Parisius quam alibi, et in concilio generali existentes, et pro quibus specialiter alias fuit in eadem Facultate supplicatum, reputabuntur habiles ad omnia emolumenta Facultatis antedicte percipienda, et optionem licentiandorum in dicta licentia, dum tamen intersint in predicto examine.

[16 Septembre.] Item, XVI [Septembris][5] ordinaverunt domini quod quolibet die sabbati diceretur una missa de Sancti Spiritu, vel de Beata Maria, et quod dicta missa diceretur per dominos, quilibet ad turnum suum, incipiendo ab antiquiori, et consequenter usque ad juniorem in ordine descendendo.

(1) *Decretales Gregorii IX*, V, 38, cap. 12.
(2) *Ibid.*, III, 41, cap. 6.
(3) *Ibid.*, III, 42, cap. 3.
(4) En marge, d'une écriture postérieure : «Solis regentibus creditur».
(5) L'indication du mois manque dans le ms.

Item, ordinarunt domini, dicta die, quod non legerent domini illo tempore extraordinario, impediti propter indispositiones occurrentes, et quod solum legeret unus quando harenge fierent.

Item, XIIII Octobris, anno Domini M CCCC XVII, ego, frater Johannes de Servavilla, abbas Sancti Crispini Majoris Suessionensis, optavi scolas magnas collegii Belvacensis, quas alias optaverat magister Johannes de Villanova, sub illa conditione quod, si magister Johannes Guioti revertatur, ad ipsum revertentur scole predicte, et ego potero reverti, et revertar ad scolas magistri Johannis de Villanova. [14 Octobre.]

Item, illa die, acceptavit magister Johannes Guarini scolas in quibus legerat magister Johannes de Villanova, et quas optaverat ab antea abbas Sancti Crispini, sub tali conditione quod, si magister Johannes Guioti [revendicat] scolas collegii Belvacensis ab abbate Sancti Crispini, dictus abbas Sancti Crispini revertetur ad scolas magistri Johannis de Villanova, et dictus magister Johannes Guarini revertetur ad scolas suas, quas antea habebat. Acta fuerunt hec in Sancto Johanne Jerosolimitano, XIIII Octobris, anno Domini M CCCC XVII. — Servavilla [1].

[1] La fin du folio 27 et le folio 28 sont en blanc dans le manuscrit.

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS[1].

2. LICENCES[2].

3. BACCALAURÉATS.

(F° 20 v°).	v Novembris. . .	Symon Charlemartel	XXXVI s.
	XIIII Novembris. .	Petrus Novi.	XL s.
	XXIX Novembris. .	Johannes de Argensonno (Argannsonno, p. 200).	XXXVI s.
	X Decembris. . . .	Reginaldus de Parisius, licentiatus.	IIII scuta.
	XVII Decembris. .	Theodoricus de Bossuto (Vossuto ?)	III scuta.
	Martis ante Nativitatem.	Matheus Le Boeque.	XXIIII s.
		Frater Johannes Potentis.	XXXVI s.
	V Januarii.	Johannes Le Billon (Le Villon ?).	XL s.
	XXI Januarii. . . .	Michael Burgondi.	XXXVI s.
		Nicolaus Barberii.	XXXVI s.
		Lionardus Gay.	XVIII s.
		Hylarius Normanni.	XVIII s.
		Michael Occre ? (Ouchere ? p. 180).	XXXVI s.
	[XXIV Martii. . . .	Almericus Tesson]. (Voy. p. 169.)	
	[XXX Aprilis. . . .	Philibertus de Monte Jocco]. (Voy. p. 169.)	
	[XXIII Augusti. . .	Guillelmus de Carois]. (Voy. p. 170.)	

4. HARANGUES[3].

[1] Aucune mention. — [2] Aucune mention. — [3] Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 22 r°). Sequuntur nomina bachalariorum incipientium prima die legibili post festum B. Dyonisii, anno Domini millesimo cccc xvi, in nonis B. Jacobi. [Octobre 1416-Octobre 1417.]

Nicolaus de Chaomnis? (voy. p. 159), dictus Blanche, in nonis S. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis superioribus collegii de Tornodoro, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, xii die Octobris.

Oudardus de Fouilliaco, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit ii librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit mag. Reginaldus Crassy, pro anno et vol., anno quo supra, xii mensis Octobris.

Nicolaus Paris, mag. in art., in nonis B. Jacobi, incepit iii librum Decretal., pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, in scolis bassis, ad intersignium S. Jacobi, in quibus legit mag. Garnerus Barreti, xii Octobris.

Frater Stephanus Lahure, de Senonis, in nonis B. Jacobi, incepit v librum Decretal., pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, in scolis domini S. Maxencii, anno quo supra, x mensis Octobris.

Frater Johannes de Nantholio, in nonis S. Jacobi, incepit vi librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, in quibus legit mag. Leonardus de Passano, pro quarto et quarto vol., anno quo supra, xii Octobris.

Habertus Alompni, in nonis S. Jacobi, incepit vi librum Decretal., in scolis mag. Jacobi de Luceyo, pro quinto anno et quarto vol., anno quo supra, xii Octobris.

Symon de Sancto Vedasto, in nonis S. Jacobi, incepit i librum Decretal., in scolis mediis, ad Ymaginem S. Michaelis, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, anno quo supra, i Octobris.

Johannes Mauguy, in nonis S. Jacobi, incepit ii librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Michaelis, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, xii Octobris.

Frater Herveus de Altaripa, relig. S. Johannis Reomensis (voy. p. 138), in nonis S. Jacobi, incepit vi librum Decretal., in scolis S. Petri Carnotensis, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, ix die Octobris.

Nicolaus de Boudevilla, mag. in. art., in nonis S. Jacobi, incepit i librum Decretal., in scolis Scuti Francie, in quibus legit mag. Livinus, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, x Octobris.

Johannes Hueti, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis superioribus, ubi legere consuevit mag. Mauricius de Kaergorant, ad intersignium Scuti Britannie, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xvi die Octobris.

Michael de Creneyo (Treveyo?), mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit vi librum Decretal., in scolis superioribus primi stagii, ad intersignium Petri Celestini, in quibus legit dom. abbas de Josaphat, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, xi die Octobris.

Guillelmus Guespin, in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis ubi legere consuevit abbas S. Crispini, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, xii die Octobris.

Andreas Guiberti, in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis abbatis S. Georgii, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xi die mensis Octobris.

Andreas de Uxello, in nonis B. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Wandregisilli, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, xiii Octobris.

Matheus de Capella, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis supra scolas Facultatis decretorum, in quibus legit dom. Nicolaus de Logia, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xii Octobris.

Johannes Falqueti, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., pro tertio anno et tertio vol., in scolis supra scolas mag. Johannis de Villanova, anno quo supra, xiii Octobris.

Johannes de Malarchier, cler., in nonis B. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Crepone, ad Scutum Sabaudie, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xii Octobris.

Guido Boscherii, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis mag. Gerardi Faideti, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xvi Octobris.

Guillelmus de Albarippa, presb. de Lingonis, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet Sextum, in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Christofori, et hoc pro tertio anno et quarto vol. sue lecture. Datum anno xvi, [die] xviii Octobris.

(F° 22 v°). Frater Johannes Nicolay, in nonis S. Jacobi, resumpsit lectiones suas in capitulo *At si clerici, De judiciis*[1], in scolis mag. Hervei Pouchardi, pro secundo anno et primo vol., anno quo supra, xx Octobris.

Johannes Columbelli, in nonis S. Jacobi, incepit i librum Decretal., in scolis mag. Livini, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, xxvi Octobris.

Johannes Regis, presb. Meldensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis inferioribus, prope Scutum Britannie, ubi legit dom. abbas de Cruce S. Leuffredi, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, xii Octobris.

Stephanus de Rupe, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit vi [librum Decretal.], in scolis bassis, ad Ymaginem S. Michaelis, in quibus legit mag. Henricus de Mousonno, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xxvii Octobris.

Johannes Crassy, in nonis S. Jacobi, incepit ii librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, xxix Octobris.

Frater Philippus de Varenis, in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis inferioribus dom. abbatis de Josaphat, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, die xiii mensis Octobris.

Robertus Helene, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis superioribus, supra secundas scolas, in quibus legit dom. abbas S. Petri Carnotensis, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra.

Martialis Vaillant, Lemovicensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit i librum Decretal., in scolis superioribus, a parte inferiori, juxta scolas in quibus legere consuevit dom. abbas S. Georgii de Bauquiervilla, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, anno quo supra, vii die mensis Novembris.

Egidius de Westina, in nonis S. Jacobi, incepit ii librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas in quibus legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, anno quo supra, die xiii Novembris.

Hugo Boni Palacii (Solacii, p. 151 et 162) incepit v librum Decretal., in scolis mag. Johannis Garini, pro primo anno lecture sue, anno quo supra, xvi mensis Novembris.

Petrus de Gecuria, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis mag. Johannis Vippart, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, iv die Decembris.

[1] *Decretales Gregorii IX*, II, 1, cap. 4.

Johannes Basseti, mag. in art., Constantiensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit Clementinas, in scolis ad intersignium Sancti Hilarii, in quibus legit dom. Robertus de Becco, prior de Prato, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno Domini cccc xvi, [die] xvi Decembris.

Philippus Dougny (Doigny, p. 165) resumpsit lectiones in tit. *De cohabitatione clericorum et mulierum*[1], in nonis S. Jacobi, in scolis Belvacensibus, in quibus legit mag. Johannes Guioti, pro secundo anno et primo vol. Datum anno quo supra, xix Decembris.

Guillermus de Genelayo, cler. Eduensis dioc., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet iii librum Decretal., in scolis inferioribus, prope Ymaginem S. Michaelis, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Johannes de Villanova, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die xxi Decembris.

Guillebertus Egidii, mag. in art., de Andeliaco, hodie, incepit iv librum Decretal., in scolis rev. doctoris mag. Reginaldi Crassi, pro primo anno et primo vol. Datum anno quo supra, die xxiii Decembris.

(F° 23 r°). Johannes de Compolucenti, Suessionensis dioc., lic. in leg., hodie, in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis abbatis Gemeticensis, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno quo supra, xxiiii Decembris.

Theodericus de Bossuto (Vossuto?), presb. dioc. Leodiensis, mag. in art., hodie, incepit iii librum Decretal., in scolis mag. Petri de Pruvino, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno quo supra, xix Januarii. [1417.]

Johannes Vassy, mag. in art., hodie, incepit i librum Decretal., in scolis mag. Petri Josef, scilicet in scolis supra scolas dom. abbatis S. Georgii, in collegio de Tornodoro, in quibus determinavit se legere predictus doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum anno quo supra, die xvi Januarii.

Michael Anglici, presb. Constantiensis dioc., mag. in art., hodie, in nonis S. Jacobi, incepit iv librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Katherine, in quibus legit mag. Radulphus Rousselli, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno quo supra, die xxi Octobris.

Richardus Le Plommier, Constantiensis dioc., mag. in art., hodie, incepit, in nonis S. Jacobi, iii librum Decretal., in scolis altioribus, ad intersignium Scuti Francie, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini m cccc xvi, [die] xxiii Januarii.

Robertus Vaste, presb., mag. in art., Rothomagensis dioc., hodie, in nonis S. Jacobi, incepit ii librum Decretal., in scolis altioribus et anterioribus, ad Ymaginem S. Andree, pro quarto anno et quarto vol., etc. Datum anno quo supra, die x Februarii.

Johannes Sandrini, presb., mag. in art., hodie, in nonis S. Jacobi, incepit vi librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legit dom. abbas de Cruce, pro quinto anno et quinto vol. Datum anno quo supra, xv Februarii.

Leonardus Gay, in nonis B. Marie, incepit iv librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Katherine, pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno quo supra, die iv Martii.

Johannes Perrini, in nonis B. Jacobi, incepit iv librum Decretal., in scolis inferioribus, ante capellam collegii Belvacensis, prope scolas in quibus legere consuevit mag. Petrus Joseph, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, viii Martii.

Adam Capucii incepit in nonis S. Jacobi i librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legit dom. de Cruce, pro primo anno et primo vol., anno Domini m cccc xvi, die xvi Martii.

Jacobus Alory, in nonis B. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis superioribus, ad

[1] *Decretales Gregorii IX*, III, 2.

Ymaginem B. Andree, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, anno quo supra, xxix Martii.

Johannes de Valle, in nonis B. Jacobi, incepit Clementinas, in scolis superioribus, a parte superiori, ad intersignium B. Andree, pro primo anno et quarto vol., anno quo supra, xxix Martii.

Johannes Sinaudi, presb. Pictavensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Johannis, in quibus legit dom. abbas de Gemeticis, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, II die Aprilis.

Johannes Patardi, de Parisius, in nonis S. Jacobi, incepit II librum Decretal., in magnis scolis, pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno quo supra, II die Aprilis.

Frater Johannes Gosselin, in nonis S. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis superioribus mag. Johannis de Villanova, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, V die Aprilis.

Stephanus A. La Caille, in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis B. Martini, pro primo anno et primo vol., die III Aprilis, anno CCCC XVI.

Item, idem Stephanus A. La Caille, Masticonensis dioc., bac. in utroque jure, in nonis B. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Martini, pro secundo anno et secundo vol., anno M CCCC XVII.

(F° 23 v°). Petrus Novi, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, in quibus legit mag. Herveus Pouchardi, pro primo anno et primo vol., anno domini M CCCC XVII, [die] XVIII Aprilis.

Johannes Patardi, in nonis S. Jacobi, incepit I librum [Decretal.], in magnis scolis, pro primo anno et secundo vol., anno quo supra, XXVII Aprilis.

Radulphus Amelin, in nonis B. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis superioribus primi stagii, a parte posteriori versus ortum, supra scolas, in quibus legere consuevit dom. S. Georgii, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, ultima Aprilis.

Stephanus de Mersnayo, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, in quibus legere consuevit mag. Johannes Vipardi, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, anno quo supra, VII die Maii.

Philippus Chevrerii, Bituricensis dioc., bac. in utroque [jure], incepit II librum Decretal., in scolis ubi ymago S. Martini depingitur, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XIII Maii.

Laurentius de Busco, presb., in nonis S. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXV mensis Maii.

Thomas de Mara, Constantiensis dioc., in nonis B. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis secundi stagii, supra scolas novas, a parte anteriori, in quibus legit dom. abbas S. Georgii, pro secundo anno et primo vol., anno quo supra, XXIIII Maii.

Herebertus de Miretis (Muetis?), Baiocensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis S. Johannis in Valleya, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, II die Junii.

Guido Hervy (?), Constantiensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis superioribus, ante collegium Belvacense, juxta scolas in quibus legere consuevit dom. S. Georgii, pro quinto anno et quarto vol., anno quo supra, VIII mensis Junii.

Richardus Colini, mag. in art., in nonis B. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVIII Junii.

Jacobus Gaillardi, Meldensis dioc., lic. in leg., incepit IV librum Decretal., in scolis mag. Reginaldi Crassy, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVIII Junii.

Alanus Goignet, in nonis S. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad

intersignium Lilii Coronati, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, ultima die Junii.

Alanus de Alveto (Alneto?) incepit II librum Decretal., in scolis ad intersignium Lilii Coronati, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, V die Julii.

Oliverius Grallonis, in nonis S. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis posterioribus, supra scolas mag. Johannis de Villa Nova, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XIII Jullii.

Michael Anglici, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis mag. Radulphi Rouselli, pro primo anno et secundo vol. lecture sue, anno quo supra, XX die Jullii.

Johannes Rousini, alias Picardi, in tertiis, incepit IV librum Decretal., pro primo anno et primo vol., in scolis superioribus, ad Scutum Britannie, in quibus legit dom. abbas de Cruce, anno quo supra, ultima die Augusti.

Johannes de Perreria, Bisuntinensis dioc., in nonis S. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis domini prioris de Prato, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, VII die Septembris.

Guillelmus Conani, Macloviensis [dioc.], in nonis S. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Villanova, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, VII die Septembris.

Nicholaus Richeshem, in nonis S. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis ubi alias legit mag. Henricus de Mousonno, anno quo supra, XIII mensis Septembris.

Frater Johannes Le Fourbeur, ord. S. Johannis, in nonis S. Jacobi, [incepit] IV librum Decretal., in scolis abbatis S. Crispini, et hoc pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XVI mensis Septembris.

Johannes Ribeil, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis ubi alias legit dom. abbas de Josaphat, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XVII Septembris.

Warnerus Brekewelt, Lubecencis [dioc.][1], in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis mag. Petri de Pruvino, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, XI Octobris.

(F° 24 r°). SEQUUNTUR NOMINA BACHALARIORUM INCIPIENTIUM PRIMA DIE LEGIBILI POST FESTUM B. DIONISII, ANNO DOMINI M CCCC XVI, IN NONIS N. DOMINE.

Frater Michael Joly, relig. monasterii S. Serini (Severini?), prior prioratus B. Marie de Estraelles[2], in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis bassis mag. Warneri Barreti, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, X Octobris. [Octobre 1416-Novembre 1417.]

Johannes Chevroti, Bisuntinensis dioc., mag. in art., in nonis B. Marie, incepit V librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Petri in Valleya, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, II die Octobris.

Stephanus Le Jay, mag. in art., in nonis N. Domine, resumpsit lectiones suas in cap. *Statutum*, *De rescriptis*[3], lib. VI, in scolis prioris de Prato, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, anno quo supra, XII mensis Octobris.

Johannes de Bris, mag. in art., incepit VI librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Georgii, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, die XII Aprilis.

Nicolaus Beguemere, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis dom. S. Wandregisilli, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XVI die mensis Octobris.

[1] Diocèse de Lubeck. — [2] L'Estrée (dioc. d'Évreux). — [3] *Sextus Liber*, I, 3, cap. 11.

IMPRIMERIE NATIONALE

Clemens Amici, in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, ante magnas scolas, in quibus legere consuevit mag. Johannes Vippardi, pro tertio anno et quarto vol., anno quo supra, XII Octobris.

Stephanus de Ruppe, canonicus Claromontensis[1] .....

Nicolaus Cordis, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit librum VI [Decretal.], in scolis ad Ymaginem B. Martini, in quibus legit dom. S. Maxencii, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, X Octobris.

Johannes Hamonis, Macloviensis dioc., lic. in leg., incepit V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Lilii Coronati, in quibus legere consuevit mag. Johannes de Villanova, pro secundo anno et secundo vol., X Octobris.

Frater Petrus Guillebaudelli, presb. relig. monasterii S. Augustini Lemovicensis (voy. p. 135), in nonis B. Marie, incepit IV librum Decretal., in scolis mediis, ad Ymaginem S. Petri Celestini, pro quarto anno et quarto vol., XII Octobris.

Alexander de La Wedre, archidiaconus Dunkeldensis (voy. p. 163), in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis abbatis S. Crispini, ad intersignium Scuti Francie, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XII Octobris.

Berthelinus Castelli, Aniciensis dioc., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Villanova, pro quarto anno et tertio vol., anno quo supra, XII Septembris.

Guillelmus Blumel, in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Jerosolimitani, in quibus alias legit mag. Livinus, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, X Octobris.

Johannes de Cuseyo, in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, ubi legit mag. Herveus Pouchardi, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, VII Octobris.

Frater Radulphus Huberti, prior prioratus S. Victorii (Victorini?), in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis dom. abbatis de Gemeticis, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, anno quo supra, VII die Octobris.

Frater Johannes de Montyon, in nonis N. Domine, incepit V librum Decretal., in scolis mag. Leonardi de Passano, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, X Octobris.

Durandus Barrerii, in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis dom. S. Wandregisilli, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, XII Octobris.

Petrus Theodati, in nonis B. Marie, incepit VI librum Decretal., in scolis mag. Henrici de Mousonno, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, XII Octobris.

Petrus Faucray (voy. p. 162), in nonis N. Domine, resumpsit lectiones suas in tit. *De foro competenti*[2], in scolis ubi legit ultimate mag. Petrus Joseph, pro secundo anno et eodem vol., anno quo supra, X Octobris.

Johannes Huberti, mag. in art., in nonis N. Domine, resumet lectiones suas in cap. *Ut clericorum mores*, *De vita et honestate clericorum*[3], in scolis superioribus, supra scolas ubi alias legit mag. Mauricius de Kaergorant, pro secundo anno et primo vol., anno quo supra, XII Octobris.

Frater Johannes de Mota, de Rothomago, relig. B. Marie de Becco Heluini, ord. S. Benedicti, prior prioratus de Cancheio (voy. p. 141), Ambianensis dioc., in nonis N. Domine, incepit V librum Decretal., in scolis supra scolas in quibus legere consuevit mag. Nicholaus de Logia, prior de Pontibus, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, VIII die Octobris.

(F° 24 v°). Robertus Bruleti, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal.,

[1] La fin des indications manque dans le ms. — [2] *Decretales Gregorii IX*, II, 2. — [3] *Ibid.*, III, 1, cap. 13.

in scolis Scuti Francie superioribus, ubi alias legit mag. Livinus, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, x Octobris.

Guillelmus Jacobi, in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in magnis scolis, pro secundo anno Parisius et secundo vol., anno quo supra, XI Octobris.

Johannes Amioti, mag. in art., in nonis B. Marie, incepit VI librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Villa Nova, pro sexto anno et sexto vol., anno quo supra, XII Octobris.

Johannes Mercatoris, in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas mag. Johannis de Villanova, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, Octobris XII.

Dionisius Gastinel, mag. in art., et lic. in leg., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis dom. abbatis de Josaphat, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XII Octobris.

Frater Guillelmus de Kacolech? (Kerlech, p. 132, 139), in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis inferioribus, prope collegium Belvacense, in quibus legit mag. Johannes Guioti, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XII die Octobris.

Johannes Richon, in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis mag. Radulphi Rousselli, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XI die Octobris.

Willermus Castelli, in nonis N. Domine, incepit Clementinas, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legit dom. abbas de Cruce, pro quinto anno et quarto vol., anno quo supra, XII Octobris.

Petrus de Laudis, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, XII Octobris.

Gervasius Quarre, in nonis S. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Andree, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, XI die Octobris.

Abbas de Calma Nannetensis[1] dioc., in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis mag. Johannis Guerini, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, anno quo supra, XVI mensis Octobris.

Petrus Gay, Lemovicensis dioc., in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis anterioribus, ad Ymaginem B. Katherine, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, XXIII Octobris.

Frater Johannes Agnet, in nonis B. Marie, resumpsit lectiones suas in cap. *Quo ad te, De clericis conjugatis*[2], in scolis ad Scutum Normannie, in quibus legit mag. Jacobus de Luce, pro secundo anno et primo vol., anno quo supra, XXVI Octobris.

Frater Philippus de Varenis[3], in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis mag. Petri de Pruvino, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, XXIX Octobris.

Johannes Normanni, mag. in art., in nonis B. Marie, incepit V librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas mag. Johannis de Villanova, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, anno quo supra, XXXI Octobris.

Johannes Bouchetendre, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Andree, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, III Novembris.

Petrus Gastinelli, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Martini, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, IX die Novembris.

[1] Voy. p. 150. — [2] *Decretales Gregorii IX*, III, 3, cap. 3. — [3] La mention est rayée dans le manuscrit avec cette indication en marge : «Alibi ponitur in nonis S. Jacobi».

Rev. pater dom. Robertus, abbas Montis S. Michaelis in periculo maris, in nonis N. Domine. incepit III librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Crepone, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, die IX mensis Novembris.

(F° 25 r°). Johannes de Suilliaco, Baiocensis dioc., incepit III librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Yvonis, ubi legit mag. Gerardus Faideti, in nonis N. Domine, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XVI, [die] XI mensis Decembris.

Guillermus Brusle, lic. in leg., incepit IV librum Decretal., in nonis N. Domine, in scolis mag. Petri de Pruvino, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XVI, [die] XIII Decembris.

Guillelmus ad Fabas, presb., hodie, incepit VI librum Decretal., in scolis abbatis S. Georgii, et hoc pro sexto anno et quinto vol. Datum XV mensis Decembris, anno CCCC XVI.

Sebastianus Heroldi, cler. Ambianensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incepit VI librum Decretal., in scolis supra scolas, in quibus legere consuevit doctor dom. Gerardus Faideti, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno quo supra, XXIII Decembris.

Johannes Hospitis, alias de Mailliaco (voy. p. 137), Trecensis dioc., mag. in art., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno quo supra, XXIII Decembris.

[1417.] Robertus de Monialia, Leodiensis dioc., incepit IV librum Decretal., in nonis N. Domine, in scolis superioribus, ad intersignium S. Petri Celestini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XVI, [die] IV Januarii.

Hubertus de Prenodes, presb. dioc. Leodiensis, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Petri Celestini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XVI, [die] IV Januarii.

Frater Johannes Villanie (Villarium, p. 159), hodie, incepit IV librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas, in quibus legit abbas de Josaphat, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno CCCC XVI, die VII Januarii.

Gerardus de Hoya, Cameracensis dioc., mag. in art., hodie, in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis superioribus, a parte posteriori, ad intersignium S. Andree, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno [Domini] CCCC XVI, die III mensis Januarii.

Frater Hubertus Cornueti, camerarius Molismensis (voy. p. 156), hodie, in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in altera scola S. Andree, pro anno quarto et quarto vol. Datum anno Domini M CCCC XVI, die XXII Januarii.

Michael Ouchere? (Occre? p. 172 et 181), hodie, in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Lilii Coronati, et hoc pro primo anno et primo vol., etc. Datum anno quo supra, die X Februarii.

Reginaldus de Parisius, cler. de Carnoto, lic. in leg., hodie, in nonis N. Domine, incepit II [librum Decretal.], in scolis ad intersignium Capitis S. Dionisii, ubi legit dom. Reginaldus Crassy, pro primo anno et primo vol. Datum anno quo supra, XVI Februarii.

Bartholomeus Castelli (voy. p. 178), presb. Aniciensis dioc., in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit dom. abbas de Cruce, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, I die Martii.

Frater Petrus Guilhelbandelli, presb. relig. monasterii S. Augustini, ord. S. Benedicti (voy. p. 135), in nonis N. Domine, incepit Clementinas, in scolis mediis, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, III mensis Martii.

Johannes de Rosello, mag. in art., in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in secundo stagio, a parte posteriori et inferiori scolarum sitarum in domo S. Johannis in Valleya ante collegium Belvacense, anno quo supra, die XXX Martii.

(F° 25 v°). In nomis N. Domine, anno Domini m cccc xvii.

Michael Bruni, clericus Claromontensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis ubi legere consuevit dom. abbas S. Georgii, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, XII Martii.

Frater Guillelmus Cacolech? (Kaerlech, p. 132, 179), prior S. Mathei Montisrelapsi, in nonis N. Domine, resumpsit lectiones suas in cap. *Clericos in sacris, De cohabitatione clericorum et mulierum*[1], ubi alias dimisit, in scolis inferioribus prope Belvacense, in quibus alias legit mag. Johannes Guioti, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, anno quo supra, X Martii.

Symon Valerii, Cenomanensis dioc., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis anterioribus, ad Ymaginem S. Katherine, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XV mensis Martii.

Frater Egidius Oudardi, ord. S. Augustini, incepit II librum Decretal., in scolis novis de collegio S. Johannis in Valleya, ante capellam collegii de Dormanno, pro tertio anno et tertio vol., anno Domini M CCCC XVI, die XXII mensis Martii.

Anthonius de Brunellis, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in magnis scolis, pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno quo supra, II die Aprilis.

Anthonius de Brunellis, clericus Tornacensis dioc., mag. in art., in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in magnis scolis, pro primo anno et secundo vol., anno Domini M CCCC XVII, [die] XVI Aprilis.

Stephanus Veracis, mag. in art., lic. in leg., et bac. in dec., in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legit dom. abbas de Cruce, pro quinto anno et quarto vol. lecture sue, anno Domini M CCCC XVII, die Aprilis XXII.

Johannes de Angulo, in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus primi stagii, a parte posteriori versus ortum, supra scolas in quibus legit dom. abbas S. Georgii, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, ultima die Aprilis.

Johannes de Alvernia, in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis B. Katherine, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, VII Maii.

Guido Frole, de Nanto (Nanso?)[2], Bisuntinensis dioc., mag. in art., in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, in quibus legere consuevit mag. Johannes Vipardi, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, VII die Maii.

Dompnus Guillelmus de Cato, in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis posterioribus domus abbatie S. Johannis in Valleya, in quibus legit dom. abbas S. Georgii, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XI die Maii.

Guillelmus Buille (voy. p. 152), in nonis N. Domine, incepit Clementinas, in scolis mag. Petri de Pruvino, pro primo anno et secundo vol., anno quo supra, XVI Maii.

Alexander de Lawedre, in nonis N. Domine, incepit titul. *De rebus ecclesie non alienandis*[3], in quo alias dimisit, in scolis in quibus legere consuevit dom. abbas S. Crispini, pro tertio anno et quinto vol., anno Domini M CCCC XVII, [die] XXI Aprilis.

Michael Ouchere? (voy. p. 180), presb., canonicus Dunblanensis[4], in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis inferioribus et anterioribus, ad intersignium Lilii Coronati, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVI Maii.

Herveus Penhœdic, in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis B. Johannis, in quibus legit mag. Johannes de Crepone, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, IV Junii.

[1] *Decretales Gregorii IX*, III, 2, cap. 3. — [2] Nans (Doubs ou Jura)? — [3] *Decretales Gregorii IX*, III, 13. — [4] Dunblane (Écosse).

Rogerus Bette (?), Tornacensis dioc., in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis in quibus legit mag. Johannes de Crepone, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, IX Junii.

Frater Johannes Agnet, ord. Premonstratensis, in nonis B. Marie, incepit IV librum Decretal., in scolis mag. Jacobi, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, IX Junii.

Johannes de Vuymont (Vimont, p. 162, 165), in nonis N. Domine, incepit V librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas ubi legere consuevit mag. Johannes de Villa Nova, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, anno quo supra, XXIIII mensis Jullii.

Astorgius de Campis, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Michaelis, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, anno quo supra, XXVI mensis Julii.

(F° 29 r°). Relig. vir frater Johannes de Montyon, prior prioratus Portus Valesii[1], Sedunensis dioc., in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis supra scolas mag. Leonardi de Passano, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, anno quo supra, die ultima mensis Julii.

Clemens Amici, in nonis B. Marie, resumpsit lectiones suas, in scolis B. Michaelis, in quibus legere consuevit mag. Henricus de Mosonno, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, die II Augusti.

Michael Gascheriy (voy. p. 196), Claromontensis dioc., in nonis N. Domine, incepit V librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Villanova, pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno quo supra, XXV Augusti.

Andreas Foucaudi, in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Maxencii, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, ultima die Augusti.

Hamo Kerredan (?), in nonis N. Domine, incepit V librum Decretal., in scolis ubi alias legit mag. Johannes Guioti, et hoc pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XVI Septembris.

David Bron (Broini? Broninic? p. 197), presb., incepit V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Lilii Coronati, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XVIII Septembris.

Johannes Chaudel, Ergadiensis[2] dioc., in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Crispini Suessionensis, pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno quo supra, XXV Septembris.

David de Hamilton, Glasguensis[3] dioc., in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol., XXVII Septembris.

Frater Johannes Potentis, in nonis S. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Normannie, in quibus legit mag. Jacobus de Luce, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, XXVI mensis Septembris.

Alanus Symonis, in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis ubi alias legit mag. Johannes Guioti, pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno quo supra, XXVIII Septembris.

Johannes Saffredi (Siffredi, p. 195), in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis ubi alias legit mag. Livinus, pro primo anno et primo vol., anno Domini M CCCC XVII, die XXVIII mensis Septembris.

[In nonis] Sancti Jacobi.

(F° 30 r°). Guillelmus Gallicherii, in tertiis, propter jejunium, incepit I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Andree, pro primo anno et primo vol. lecture [sue], anno quo supra, XVIII Septembris.

[1] Voy. p. 150. — [2] Diocèse d'Argyle en Écosse. — [3] Diocèse de Glasgow.

Johannes Guychardi, Bisuntinensis dioc., in tertiis, propter jejunium, incepit v librum Decretal., in scolis in quibus legit dom. abbas S. Petri Carnotensis, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, xviii Septembris.

Robertus Pigneau (Pineau, p. 213), Carnotensis dioc., incepit i librum Decretal., in scolis superioribus, supra secundas scolas, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, xxii Septembris.

Matheus Sellarii (Pellarii?), in nonis B. Jacobi, incepit iv librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Johannis, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, xxiiii Septembris.

Johannes Cronerii (Troverii?), bac. in utroque [jure], in tertiis, incepit iii librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Normannie, in quibus legit mag. Jacobus de Luce, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, xxv Septembris.

Frater Franciscus Durianne(?), prior prioratus de Brugeria[1], incepit iii librum Decretal., in scolis ubi alias legit mag. Livinus, pro primo anno et primo vol., anno Domini m cccc xvii, xxvii Septembris.

Johannes Magister, in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis mag. Jacobi de Luce, pro primo anno et primo vol., anno quo supra, xviii Septembris.

Andreas Guiberti, presb., in nonis S. Jacobi, incepit i librum Decretal., in scolis ubi alias legit dom. abbas de Josaphat, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, xvi mensis Octobris.

Martialis Vaillant, cler. Lemovicensis dioc., incepit vi librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Georgii, ubi alias legit mag. Petrus de Pruvino, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, iii die Novembris.

[1] Bruyères? (Seine-et-Oise).

DÉCANAT DE RAOUL ROUSSELL.

NOVEMBRE 1417 À NOVEMBRE 1418.

(F° 33 v°.) Tabula eorum que facta erunt in decanatu Radulphi Rousselli.

1° Nomina eorum qui incipient in nonis Nostre Domine, anno cccc xvii, post festum B. Dionisii;

2° Nomina eorum qui incipient in nonis Sancti Jacobi, eodem anno et tempore;

3° Nomina eorum qui fuerunt recepti ad gradum bachalariatus;

4° Nomina eorum qui fecerunt harenguas suas;

5° Et que acta sunt tempore dicti decanatus, quo ad ordinationes et aliorum negotiorum dispositiones.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

ROUSSELLI M CCCC XVII.

[1417. 10 Novembre.] (F° 34 r°). Anno Domini millesimo cccc decimo septimo, die vero decima Novembris, ego, Radulphus Rousselli, electus fui in decanum venerabilis Facultatis decretorum, matris mee, in congregatione generali dicte Facultatis tunc celebrata, et convocatis dominis doctoribus per cedulam, prout in talibus fieri solitum est.

Die qua supra, supplicavit in congregatione predicta frater Hu[m]bertus Cornueti, camerarius Molismensis, ordinis S. Benedicti, Lingonensis diocesis, quod, cum, anno Domini millesimo cccc xiii, die octava Octobris, obtinuerit cedulam unam lecture, et hoc de octava die Octobris ejusdem anni, qua cavebatur quod tunc inceperat quintum librum Decretalium, in nonis Sancti Jacobi, in scolis inferioribus de Tournodoro, ubi pro tunc legere consueverat quondam bone memorie dominus abbas Sancti Johannis in Valleya, sed, quia dicta cedula non poterat reperiri in regestrata in papiro Facultatis, fuit sibi concessum, auditis compurgatoribus, per ipsum productis, quod ego sibi sigillarem suam cedulam de anno predicto, ac ita feci.

[1418. 10 Mars.] (F° 41 r°). Nota quod die jovis x Martii, in congregatione Facultatis post missam, fuit altercatio mota in Facultate super presentatione magistri Guillelmi Jacobi ad gradum doctoratus, que fuerat in die licentie facta et recepta, an fuisset ille tunc simpliciter receptus, an cum primo receptus. Et fuit dictum a majori parte quod, cum primo se presentavit et ita fuit receptus, protestante in die

licentie reverendo in Christo patre domino abbate S. Crispini, quod per hoc nullum prejudicium pararetur licentiatis, si contingeret eos presentare.

(F° 41 v°). XXII mensis Martii, anni quo supra, fuit convocata Facultas per me, ex deliberatione seu conclusione habita die XIX Martii, qua die fuit celebrata missa pro pace in Facultate super articulis sequentibus : [22 Mars.]

Primus est an deliberatio reddita per me super collatione capelle collate magistro Petro Fages, pro tunc rectori, valeret an non; et, circa hoc, fuit dictum a majori parte quod poteram sic reddere, sicut reddidi. Secundus articulus fuit super administratione in prosequtione ordinis conclusi, sicut patet per instrumentum confectum per magistrum Johannem Cathalo[n]e, die XVI mensis Martii, quod penes Facultatem remanet, scilicet cum Facultate medicine nos instanter requirente super eadem administratione. Et quo ad hoc fuit dictum quod placebat se adjungere cum ipsa Facultate medicine, via et modis possibilibus, ad prosequendum ipsum ordinem conclusum secundum quod videbitur oportunum.

XXII mensis Septembris, anni M CCCC XVIII, fuit congregata Facultas specialiter ad eligendum seu sibi providendum de subbedello, cum illud officium vacaret per obitum Luce de Alveto (Alneto?), ultimate illud officium possidentis. Quo posito in deliberatione dominorum, auditis supplicationibus multorum pro isto officio obtinendo supplicantium, et ipsis supplicantibus tractis ad partem, fuit deliberatum per dominos, quod Johannes Daguier dictum officium proprium haberet. Quod ex dictis deliberationibus fuit per me conclusum. Et in crastinum, in missa, in presentia omnium dominorum doctorum, ipse Johannes recepit virgam sub[b]edellatus, per me ex precepto dominorum ei traditam; que quidem virga est Facultatis. Juravit insuper ipse Johannes juramenta, que consuevit jurare subbedellus magistris Facultatis. [22 Septembre.]

Magister Anthonius de Brunellis, XXII die Septembris, supplicavit in missa Facultatis, quod pro anno sequenti, admit[t]eretur ad lecturam de mane in Facultate, quod fuit ei concessum ut legeret in scolis in quibus consuevit ipse magister Anthonius legere; si tamen dominus Philipus Quotquis veniret, cederet sibi locum, et iret ipse Anthonius in scolis Belvacensibus, magnis scolis superioribus remanentibus magistro Nicolao de Brayo, si veniat. Insuper fuit eidem magistro Anthonio assignatum pro lectura istius anni immediate sequentis, quod legat quartum [librum] Decretalium et Clementinas, et quod incipiat in quarto. Et juravit juramenta solita jurari per legentes de mane. Postea tamen, in missa sequenti, iterum sup[p]licavit ipse magister Anthonius quod placeret Facultati, quod ipse legeret in magnis scolis. Quod fuit ei concessum, sub conditione tamen quod, si magister Nicolaus de Brayo veniret, dimit[t]eret sibi illas scolas, et rediret ad suas, modo quo supra.

Dominus Sancti Crispini optavit, XXIIII Septembris, secundas scolas Facultatis. [24 Septembre.]

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS.

[Magister Guillelmus Jacobi[1].]

2. LICENCES.

3 Janvier-18 Février 1418.] (F° 41 r°). Inceptum fuit examen licentie anno Domini millesimo cccc xvii, iii mensis Januarii; et sequitur ordo bachalariorum admissorum ad lecturam ipso anno, examinante decano Radulpho Rousselli, et fuit ordo assignatus iii die Februarii, et primo, etc.

Guillermus Jacobi	sub dom. abbate S. Petri Carnotensis, Stephanus Baillivi.
Dyonisius Gastinelli	sub dom. abbate de Cruce, Le Roux.
Alexander de la Wedre	sub dom. Reginaldo Crassi.
Johannes Richon	sub dom. Reginaldo Crassi.
Andreas de Uxello	sub dom. abbate de Cruce.
Johannes Basseti	sub dom. Radulpho Rousselli.
Warnerus Brekewelt	sub dom. Warnero Barrey.
Stephanus de Montyon	sub dom. Herveo Pouchardi.
Stephanus Le Gay	sub dom. abbate de Cruce.
Frater Johannes de Nantolio	sub dom. Leonardo de Passano.
Michael de Cresneyo (Tresveyo?)	sub dom. Johanne Guerini.
Frater Radulphus Huberti	sub dom. abbate S. Crispini, Servavilla.
Petrus de Laudis	sub dom. Johanne Guerini.
Frater Hubertus Cornueti	sub dom. abbate S. Crispini.
Robertus Vaste	sub dom. Herveo Pouchardi.
Michael Anglici	sub dom. priore de Pontibus, de Logia.
Nicolaus Cordis	sub dom. abbate S. Petri Carnotensis.
Guillermus ad Fabas	sub dom. Warnero Barrey.
Frater Stephanus La Hure	sub dom. priore de Pontibus.
Johannes Viardi	sub dom. Warnero Barrey.
Johannes Ribel (Ribail, p. 131)	sub dom. Radulpho Rousselli.
Petrus Gay	sub dom. S. Crispini.
Nicholaus Chaonnis, dictus Blanche	sub dom. Leonardo de Passano.
Egidius de Penenthy (Penenchy?)	sub dom. Johanne Guerini.
Johannes Mercatoris	sub dom. Leonardo de Passano.
Johannes Crassi	sub dom. Radulpho Rousselli.
Johannes de Valle	sub dom. abbate S. Petri.

[1] Voy. plus haut, p. 184, la mention de cette réception au doctorat le 10 mars 1418. Il n'est pas facile de déterminer si cette réception se confond ou non avec la collation de la licence. Voy. sur ce point l'Introduction.

Johannes Sandrini	sub dom. Herveo Pouchardi.
Jacobus Aulori	sub dom. Reginaldo Crassi.
Petrus Carrillonni	sub dom. priore de Pontibus.
Hebertus Alumpni	sub dom. S. Petri.
Robertus Helene	sub dom. S. Crispini.
Frater Johannes Villanie (Willannie, p. 193, voy. p. 159)	sub dom. de Cruce.

Nota quod iste Johannes Villanie juravit numquam incipere in decretis, nisi petita licentia a decano et collegio Facultatis, et etiam obtenta, quia fuit admissus ad licentiam cum illa conditione. — Rouselly.

Item predicti bachalarii fuerunt presentati domino subcancellario Parisiensi per me Radulphum Rousselli, in presentia quamplurimorum dominorum meorum doctorum et fuit x die Februarii. — Rousselly.

Ultima die Februarii, fuerunt prenominati licenciati per dominum subcancellarium. — Rousselly.

3. BACCALAURÉATS.

(Fo 38 ro). Sequuntur nomina eorum qui fuerunt recepti ad gradum bachalariatus, anno CCCC XVII. [Novembre 1417-Septembre 1418.]

Primo :

XXIII Novembris	Johannes Radulphi pro bursis solvit	XXIIII s.
	Oliverius Moulonen pro bursis solvit	XXXVI s.
XXVI Novembris	Frater Hugo Hugonis, Metensis diocesis	XL s.
	Jacobus Merati, Remensis [dioc.]	XL s.
XXX Novembris	Johannes Francisci, Tullensis diocesis	XL s.
IIII Decembris	Radulphus Barnesse (Varnesse?)	LIIII s.
	Reginaldus Porti	XL s.
	Guillelmus Corderii	XXXII s.
	Johannes Lendelin, Constantiensis diocesis	XXII s.
	Johannes Daonet (Daouet?), Brioncensis (*sic*) diocesis.	XL s.
X Decembris	Mag. Johannes Carrelarii, lic. in leg., de Novionis?.	XXXVI s.
	Therricus Chiqueron, de Remis	XXIIII s.
	Mag. Johannes de Castro, mag. in art., de Parisius.	XXXII s.
	Mag. Johannes Paradisi, mag. in art., Remensis dioc.	XL s.
X Decembris	Johannes Mathei, Macloviensis [dioc.]	XXXVI s.
	Guillelmus de Champbaudon, canonicus Laudunensis.	LIIII s.
	Robertus Barbarani, Claromontensis dioc	XL s.
	Johannes Guallardini, Claromontensis dioc	XL s.
XVI Decembris	Mag. Guillelmus Bourdon, Cenomanensis dioc	XXXVI s.
	Gervasius de Maseretis, Cenomanensis dioc	IIII francos.
	Nicholaus de Balliaco, de Parisius	XXXVI s.
	Egidius Salomonis, Suessionensis dioc	XXXVI s.
	Guillelmus Richardi, Claromontensis dioc	XXXVI s.
	Guillelmus Prepositi, Leonensis dioc	XXVI s.
XVIII Decembris	Johannes Parvi, Lingonensis dioc	XXIIII s.

XVIII Decembris....	Karolus Ferrandi, de Parisius.....	IIII francos.
	Guillelmus Morise, mag. in art., Aurelianensis dioc.	II francos.
	Philipus de Chally, Belvacensis dioc.....	IIII scuta.
	Jacobus de Gandavo, Noviomensis dioc.....	XL S.
	Yvo Queretel, mag. in art., Leonensis dioc.....	XL S.
XX Decembris.....	Johannes Blasii, Meldensis dioc.....	III francos.
	Johannes Matebache, Rothomagensis dioc.....	XXIIII S.
	Sanson Pagani, Rothomagensis dioc.....	XL S.
	Frater Guillelmus Vasseloti, prior S. Gelasii [1], Pictavensis dioc.....	LIIII S.
	Mag. Oliverus Boclaer, Cameracensis dioc.....	XLVIII S.
	Philipus Marescalli, Bisuntinensis dioc., mag. in art.	XLVIII S.

Nota quod computatum fuit cum receptore de peccuniis supradictis, et fuerunt distribute peccunie cuilibet doctorum per marellos.

XXIIII Decembris...	Johannes de Fonte, mag. in art., Atrebatensis dioc..	XXXII S.
Ultima Decembris..	Johannes Olearii, Pictavensis dioc.....	XXXII S.
	Mag. Petrus de Ascenceriis, mag. in art., de Trecis.	XLVIII S.
	Mag. Petrus Villani, mag. in art., de Autissiodoro..	XLVIII S.

Nota quod, de peccuniis de post compotum fuit facta distributio pro dominis doctoribus, die ultima Decembris.

	Dom. Jacobus de Branseraco, Venetensis dioc. [2]...	XLVIII S.

Nota quod non debet legere donec adhuc studuerit per duos annos.

De omnibus peccuniis anterioribus facta est [distributio...].

[1418.]	(F° 38 v°). VIII Januarii.	Nicolaus Guerie, presbyter Lexoviensis dioc.....	XXXVI S.
		Johannes Sommeil, Constantiensis [dioc.].....	XXIIII S.
		Alanus Perchevalli, mag. in art., Leonensis dioc...	XXXII S.
	XII Januarii.....	Mag. Michael Monbaux, Rothomagensis dioc., mag. in art.....	II libras (?).
		Mag. Petrus de Vatemare, mag. in art., Rothomagensis dioc.....	XL S.
		Mag. Oliverius Dacre, mag. in artibus, Constantiensis dioc.....	XXXII S.
		Mag. Theobaldus Teterel, mag. in art., Rothomagensis dioc.....	XL S.
	Super peccuniis de post compotum fuerunt distributi precendentibus.....		VIII f. II S.
	XV Januarii.....	Guillermus Morini, Pictavensis dioc.....	XXXII S.
		Andreas Pinete, Bituricensis dioc.....	XXXII S.
	XIX Januarii.....	Johannes Ponneti, alias Junioris, Bisuntinensis dioc.	LIIII S.
		Geraldus de Cueille, Tutellensis dioc.....	XL S.
		Robertus de Heriot, Scotus, Sancti Andree [dioc. [3]].	XL S.
	XXVI Januarii.....	Mag. Geraldus de Otheyo (Ocheyo?), mag. in art., Tullensis dioc.....	XLVIII S.
		Guillelmus de Janalhaco, Lemovicensis [dioc.].....	XLVIII S.

[1] Saint Gelais (Deux-Sèvres)? — [2] Diocèse de Venise. — [3] Diocèse de Saint-Andrews (Écosse).

I Februarii.....	Mag. Johannes Alani, Rothomagensis dioc.....	XXXII s.
	Johannes de Chaneto (Chaveto?), Lingonensis dioc.	XXXII s.
	Johannes Mathei, Lugdunensis dioc.....	XXXII s.
X Februarii.....	Mag. Theobaldus Compatris, mag. in art., Suessionensis dioc.....	XLVIII s.
	Mag. Johannes de Salicibus, Noviomensis dioc.	XXXII s.
XII Februarii.....	Henricus (Herveus, p. 191) Lebart, Lemovicensis dioc.	XLVIII s.
	Frater Philipus de Mota.	
	Stephanus Bommardon.	

De antea fuit computatum cum receptore.

XIX Februarii.....	Jacobus Noisete, Cathalanensis [dioc.].....	XXXII s.
	Johannes Celeneti, mag. in art., Eduensis dioc....	XXXII s.
	Johannes Anglici, mag. in art., Trecorensis dioc....	XXXII s.
	Johannes Jennardi, canonicus Remensis, ejusdem dioc.....	VI francos.
XXVI Februarii.....	Frater Petrus Hugonis, alias Bardot, Sebbatensis [1] dioc.....	IIII f.
III Martii.....	Symon Furnerii, Carnotensis dioc.....	XXIIII s.
V Martii.....	Johannes Militis, Bituricensis dioc.....	XLVIII s.
XVII Martii.....	Johannes de Nautron? (Nantron? Nautrou?).....	XLVIII s.

De antea fuit computatum cum receptore, XVII Martii.

V Aprilis.....	Theobaldus Biais, mag. in art., Redonensis dioc...	XXXII s.
	Geraldus Garbet, Cameracensis [dioc.].....	XXIIII s.
XXVIII Aprilis.....	Alanus Hay, prior prioratus Castri Burgi [2], Redonensis dioc.....	VI f.
II Maii.....	Mag. Johannes Boucan, mag. in art., Constantiensis dioc.....	XXXII s.
	Johannes Sancti, mag. in art., Trecorensis dioc.	
III Junii.....	Frater Johannes Quelenet, mag. in art., Corisopitensis dioc.	
XVII Junii.....	Guillelmus Jegoti, mag. in art., Trecorensis dioc....	XXXII s.
	Dom. Martinus Ormini, Constantiensis dioc.	
(F° 39 r°). XVI Junii....	Mag. Johannes de Calvo Monte, Lingonensis dioc.	
XXXI Augusti.....	Frater Guillermus de Conty (Coucy, p. 228), religiosus Ambianensis dioc.	
	Egidius Le Progneux, Senonensis dioc.	
	Frater Simon Bartholomei, religiosus Lingonensis dioc.	
XV Septembris.....	Mag. Johannes de Quadriga, Nanetensis [dioc.].	
	Mag. Johannes de Sonnechon, lic. in leg., Belvacensis dioc.	

[1] Je n'ai pu déterminer le nom de ce diocèse; il y a bien dans le ms. «Sebbatensis» ou «Seblatensis», ce qui ne correspond à rien; il y a probablement une erreur de copiste. — [2] Châteaubourg (Ille-et-Vilaine).

XXII Septembris.... Mag. Johannes Deumoeul, Atrebatensis dioc.
XXII Septembris.... Frater Arnouldus Le Vassaut (voy. p. 201, 213), preceptor de Barba Fossa [1], Cameracensis dioc.
Mag. Johannes de Valle Richerii, Rothomagensis [2] [dioc.] [3].

4. HARANGUES.

[Novembre 1417-Septembre 1418.]

(F° 40 r°). NOMINA EORUM QUI FECERUNT HARENGUAS SUAS IN DECANATU MEO.

XVIII Novembris. Frater Petrus de Mota, Bituricensis dioc. — Guido Viroti, mag. in art., Cabilonensis dioc. — Egidius Bourgaudi, mag. in art., Remensis dioc.

Die II Decembris, fuit dispensatum cum magistro Kerloguen quod non faceret harengam, ex eo quod pro tunc fuit neccessitatus ire ad curiam romanam, et solvit jura bedellorum.

III Decembris.. Frater Hugo Hugonis. — Jacobus Mareti. — Johannes Radulphi.
XIII Decembris.. Johannes Francisci, presbyter Tullensis dioc. — Mag. Radulphus Barnesse (Varnesse?). — Reginaldus Porti. — Johannes Daonet (Daouet?).

De XIIII Decembris, fuit dispensatum cum magistro Johanne Quarrelarii quod non faceret harengam suam, ex quod fecit fidem quod neccessario erat ad partes suas recesserus propter mortem aliquorum parentum suorum.

[1418.]

XV Decembris... Therricus Chiqueron. — Mag. Johannes de Castro. — Mag. Johannes Paradisi. — Guillermi de Champ Baudon.
VIII Januarii... Johannes Lendelin, Constantiensis dioc. — Guillermus Corderii, Cathalanensis dioc. — Almedus Haberti, Constantiensis dioc.
VII Januarii.... Johannes Mathei, Macloviensis dioc. — Nicolaus de Balliaco, de Parisius. — Karolus Ferrandi, de Parisius.
XIIII Januarii... Guillelmus Bourdon, Cenomanensis dioc. — Gervasius de Maseretis, Cenomanensis dioc. — Philippus de Challi, Belvacensis dioc.
XV Januarii.... Egidius Salomonis, Senonensis dioc. — Laurentius Godardi. — Guillelmus Richardi, Claromontensis dioc.
XVIII Januarii... Philippus Marescali, Bisuntinensis dioc. — Johannes Parvi, Lingonensis dioc. — Guillelmus Morise, mag. in art., Aurelianensis dioc.
XIX Januarii... Johannes Olearii, Pictavensis dioc. — Robertus Barbarini, Claromontensis dioc. — Johannes Guallardini, Claromontensis dioc.
XXVIII Januarii.. Johannes de Fonte, Atrebatensis dioc., mag. in art. — Oliverius Boclaer, Cameracensis dioc. — Jacobus de Gandavo, Noviomensis dioc.
XXXI Januarii... Mag. Petrus de Assenceriis. — Mag. Petrus Villani. — Johannes Blasii.
III Februarii... Johannes Mathebache. — Sanson Pagani. — Petrus de Merula.
(F° 40 v°). VII Februarii. Alanus Percheval (Perchevalli, p. 188). — Yvo Queretel. — Guillelmus Prepositi.
X Februarii.... Andreas Pinete. — Guillelmus de Janalhaco. — Nicolaus Guerie.

[1] Je ne trouve pas de localité qu'on puisse identifier avec «Barba Fossa». — [2] Le Val-Richer (Calvados). — [3] Le fol. 39 v° est blanc.

XII Februarii... Jacobus de Branseraco. — Johannes Someil. — Mag. Teobaldus Compatris.

XIIII [Februarii]. Johannes Ponneti, Bisuntinensis dioc. — Geralaus Cueille, Tutellensis dioc. — Robertus Heriot, Sancti Andree [dioc.], Scotus.

XV Februarii... Geraldus de Ocheyo (Otheyo, p. 188). — Johannes de Salicibus. — Guillelmus Morini.

XVI Februarii... Mag. Michael de Montbaux. — Johannes Alani.

XVIII Februarii.. Mag. Oliverius Dacre. — Mag. Petrus Vathemare. — Mag. Theobaldus Teterel.

III Martii..... Stephanus Bommardon. — Frater Philippus de Mota. — Herveus Le Bard, presbyter (voy. p. 189).

V Martii..... Frater Petrus Hugonis. — Frater Jacobus Noisette.

XIIII Martii.... Johannes Jennardi. — Johannes Ceneleti. — Johannes Anglici.

Decima sexta Martii, fuit dispensatum cum Radulpho de Hamello quod [non] faceret harengam suam, et quod tamen non jura bedellorum doctorum solveret, scilicet summam XL solidos usque ad festum Beati Johannis Baptiste.

Eadem die, fuit dispensatum cum Johanne de Nautron de harengua sua facienda.

XVI Septembris. Johannes Bouquan, Constantiensis dioc. — Mag. Johannes de Quadrige. — Mag. Johannes de Sonnechon, lic. in leg.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

[1417. Octobre-Novembre.]

(F° 30 v°). Sequuntur nomina illorum bachalariorum qui inceperunt legere in nonis S. Jacobi, in ordinario incipiente in festo B. Dyonisii, anno Domini m cccc xvii.

Frater Stephanus Lahure, curatus ecclesie de Plessyaco[1], Senonensis dioc., in nonis B. Jacobi, incepit ii librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Maxencii, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, xii Octobris.

Johannes de Perreria, mag. in art., in nonis B. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis dom. prioris de Prato, pro secundo anno et secundo vol., anno [quo] supra, xii mensis Octobris.

Laurentius de Busco, curatus de Pucheio (voy. p. 206), in nonis S. Jacobi, incepit iii librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Francie, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xi mensis Octobris.

Johannes Crassy, curatus de Magno Quevilliaco[2], in nonis S. Jacobi, incepit vi librum Decretal., in scolis ad intersignium Lilii Coronati, pro quinto anno et sexto vol. lecture sue, anno quo supra, xi Octobris.

Radulphus Hamelin, mag. in art., incepit v librum Decretal., in scolis mag. Johannis de Crepone, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, xii mensis Octobris.

Frater Johannes Le Fourbeur, ord. S. Johannis Jerosolimitani, in nonis S. Jacobi, incepit ii librum Decretal., in scolis ubi legere consuevit abbas S. Crispini, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, xii Octobris.

Robertus Vaste, mag. in art., in nonis S. Jacobi, incepit vi librum Decretal., in scolis ubi legere consuevit mag. Johannes de Villanova et pro nunc legit abbas S. Crispini, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, xii Octobris.

Andreas de Uxello, Niverniensis dioc., clericus Camere Compotorum, incepit vi librum Decretal., in scolis dom. abbatis S. Wandregisilli, ad intersignium Castri, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, xii Octobris.

Johannes Perrini, in nonis S. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis mag. Warneri Barrey, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, xii die Octobris.

Frater Johannes de Nantolio, in nonis S. Jacobi, resumet lectiones suas in cap. *Preterea, De sponsalibus*[3], in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Jacobi, in quibus legit mag. Leonardus de Passano, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, xii Octobris.

Andreas Guiberti, presb., in nonis S. Jacobi, incepit i librum Decretal., in scolis ad intersignium Petri Celestini, ubi alias legit dom. abbas de Josaphat, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, xvi Octobris.

Michael Anglici, Constantiensis dioc., in utroque jure bac., in nonis S. Jacobi, incepit i librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Katherine, ubi alias legit dom. Radulphus Rousselli, pro secundo anno et tertio vol., anno quo supra, xxvi Octobris.

Stephanus de Ruppe, Claromontensis dioc., resumpsit lectiones suas in cap. *Statuimus, De elec-*

[1] Plessis-du-Mée ou Plessis-Saint-Jean (Yonne). — [2] Grand-Quevilly (Seine-Inférieure). — [3] *Decretales Gregorii IX*, IV, 2, cap. 1.

tione[1], libro VI, in scolis ad Ymaginem B. Michaelis, ubi legit mag. Henricus de Mozonnio, pro tertio anno et secundo vol., anno quo supra, XXVI Octobris.

Warnerus Brekevelt, clericus Lubicensis [dioc.], in nonis S. Jacobi, incepit Clementinas, in scolis S. Johannis Belvacensis, pro quinto anno et quarto vol., legitque in eis abbas S. Crispini, anno quo supra, IV die Novembris.

Habertus Alompni, Cenomannensis dioc., in nonis B. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis B. Andree, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, VI die Novembris.

Frater Johannes Willannie (Villannie, p. 187, voy. p. 159), prior de Thoriaco[2], in nonis S. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis S. Petri Celestini, pro quinto anno et quinto vol., anno XVII, [die] VIII Novembris.

Guido Boucherii, eadem hora, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Andree, pro tertio anno et tertio vol., anno predicto, IX Novembris[3].

(Fo 32 ro). Nostre Domine. Anno Domini M CCCC XVII. — Servavilla.
Nomina bachalariorum qui inceperunt in ordinario in festo B. Dionisii, anno Domini millesimo CCCC XVII.

Robertus Bruleti, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Francie, supra scolas in quibus legere consuevit mag. Herveus Pouchardi, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, anno quo supra, XI die Octobris. [1417. Octobre-Novembre.]

Stephanus Le Jay, in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Ylarii, in quibus legit prior de Prato, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, XII Octobris.

Anthonius de Brunellis, mag. in art., in nonis B. Marie, incepit I librum Decretal., in scolis magnis Facultatis, et hoc pro secundo anno et tertio vol., anno quo supra, die XII Octobris.

Dionisius Gastinelly, hodie, incepit IV librum Decretal., in scolis in quibus legit mag. Johannes Vippardi, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, XII Octobris.

Alexander de la Wedre, archidiac. Dunkeldensis (voy. p. 163), in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, in quibus legit condam (*sic*) mag. Johannes de Villanova, nunc autem abbas S. Crispini, pro quarto anno et sexto vol., anno quo supra, XI Octobris.

Nicholaus Paris, mag. in art., incepit I librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Jerosolimitani, in quibus legere consuevit mag. Johannes Guerini, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XII Octobris.

Frater Symon Chesnel, in nonis N. Domine, incepit IV librum Decretal., [in scolis ubi legere consuevit] ven., etc., mag. de Crepone, pro tertio anno et secundo vol., anno quo supra, XII die mensis Octobris.

Johannes Richon, Lemovicensis dioc., lic. in leg., in nonis B. Marie, incepit Clementinas, in scolis dom. abbatis Gemeticensis, pro quarto anno et quarto vol., anno quo supra, XII Octobris.

Nicholaus Cordis, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit Clementinas, in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Martini, in quibus legit rev. mag. Reginaldus Crassy, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, XI Octobris.

David Hamylton, subdiaconus, mag. in art., in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ante collegium Belvacense, ubi legit dominus conservator, pro secundo anno et secundo vol., anno quo supra, XIII die Octobris.

[1] *Sextus Liber*, I, 4, cap. 1. — [2] Thory (Somme ou Yonne?). — [3] Le fol. 31 ro et vo est blanc.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Clemens Amici, vicarius S. Thome, in nonis N. Domine, incepit v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Petri Celestini, ubi legit mag. Jacobus de Luce, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, XIIII Octobris.

Petrus de Laudis, clericus Cenomanensis [dioc.], in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Michaelis, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, XXVI mensis Octobris.

Frater Hubertus Cornueti, camerarius Molismensis (voy. p. 156), incepit I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Andree, pro quinto anno et sexto vol. lecture sue, anno quo supra, XXIII Octobris.

Frater Petrus Guillelmi (Guilhebaudelli, p. 135), prepositus de Rieliaco, in nonis N. Domine, incepit I librum Decretal., in scolis mediis, ad intersignium Petri Celestini, pro quinto anno et quinto vol., anno quo supra, XXVI die Octobris.

Gerardus de Haya, Cameracensis dioc., in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Andree, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, VII die mensis Novembris.

Johannes Wiardi, cler. Tornacensis [dioc.], lic. in leg., in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Jacobi, in quibus legit mag. Leonardus de Passano, pro tertio anno et tertio vol., anno quo supra, V die mensis Novembris.

(F° 32 v°). Petrus Gay, Lemovicensis dioc., in nonis N. Domine, incepit VI librum Decretal., in scolis mediocribus collegii de Tornodoro, pro quinto anno et quinto vol., anno Domini M CCCC XVII, die VIII Novembris [1].

(F° 34 r°). SEQUUNTUR NOMINA INCIPIENTIUM IN NONIS N. DOMINE ANNO CCCC XVII.

[Novembre 1417-Septembre 1418.]

Hubertus de Prenodes, presb. Leodiensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, a parte superiori, ad intersignium S. Petri Celestini, in quibus consuevit legere rev. in Christo pater et dom. meus, dom. abbas de Josaphat, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem, etc. Datum anno Domini M CCCC XVII, mensis Novembris die XV.

Relig. vir frater Guillelmus Kaerlech, ord. S. Benedicti, Leonensis dioc., prior prioratus S. Mathei Montis Relaxi (voy. p. 138), Trecorensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Francie, in quibus legit dom. Herveus Ponchardi, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum die XVII mensis Novembris, anno CCCC XVII.

Johannes Mercatoris, cler. Claromontensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipit II librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Dionisii, in quibus legit dom. Reginaldus Crassi, quo quinto anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno CCCC XVII, [die] XVIII Novembris.

Guillelmus Jacobi, lic. in leg., et bac. in dec. Tholose, incipit, in nonis N. Domine, I librum Decretal., in scolis ubi legit dom. abbas S. Petri in Valleya Carnotensis, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue; tertio vero [anno] et tertio vol., Parisius. Actum anno quo supra, die X Novembris.

Relig. vir frater Johannes de Montyon, ord. S. Benedicti, incipiet lectiones suas, in nonis N. Domine, in tit. *De institutionibus* [2], lib. VI, ubi alias dimisit, et hoc in scolis ante colegium

[1] Le fol. 33 r° est blanc. — [2] *Sextus Liber*, III, 6.

Belvacense, in quibus legit dom. meus, dom. abbas de Cruce, decretorum doctor, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die VIII Decembris.

(F° 34 v°). Nicolaus Begue Mere, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis N. Domine, I librum Decretal., in scolis ad intersignium Castri, in quibus legere consuevit rev. in Christo pater dom. abbas S. Wandregisilli, et hoc pro quarto anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XIII Decembris.

Johannes Saffredi, bac. in dec., incipiet IV librum Decretal., in nonis N. Domine [1], in scolis in quibus legere consuevit mag. Petrus de Pruvino, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, anno quo supra, die XV Decembris.

Henricus Baronis, subdiac., bac. in dec., incipiet, in nonis N. Domine, I librum Decretal., in scolis superioribus dom. S. Petri Carnotensis, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XVII Decembris.

Johannes de Castro, cler. de Parisius, mag. in art., et bac. in jure can. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Yvonis, in quibus legere consuevit dom. Geraldus Faideti, decretorum doctor, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, anno Domini M CCCC XVII, die XVIII Decembris.

Jacobus Aulori, de Trecis, bac. in dec., incipiet, in nonis B. Marie, VI librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, in quibus legere consuevit rev. in Christo pater dom. abbas Gemeticensis, pro sexto anno et sexto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXII Decembris.

Johannes Normanni, Leonensis dioc., bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Sabaudie, vero hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die ultima Decembris.

Nicolaus de Bailliaco, cler. de Parisius, mag. in art., et bac. in dec., incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus collegii de Dormanno, alias de Belvaco, in quibus legit dom. abbas S. Crispini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die V mensis Februarii. [1418.]

Philipus Marescalli, Bisuntinensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incipiet lectiones suas in scolis ad intersignium S. Martini, in quibus consuevit legere mag. Reginaldus Crassi, decretorum doctor, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, scilicet I librum Decretal. Actum anno quo supra, die XII mensis Februarii.

Thomas Prepositi, presb. Baiocensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet III librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Petri Celestini superioribus anterioribus, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum [anno] quo supra, die XV Februarii.

Hebertus de Miretis (voy. p. 176), presb. Baiocensis dioc., bac. in dec., incipiet I librum Decretal., ad intersignium S. Petri Celestini, in scolis superioribus, a parte posteriori, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XV mensis Februarii.

Petrus Gastinelli, Redonensis dioc., incipiet lectiones suas, in nonis N. Domine, in scolis ad intersignium S. Andree, et incipiet II librum Decretal., pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XV Februarii.

Guillelmus Bourdon, cler., mag. in art., et bac. in dec., incipiet III librum Decretal., in nonis N. Domine, in scolis secundis, supra scolas in quibus legere consuevit dom. abbas S. Petri, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XVII Februarii.

Johannes Chevroti, de Poloignaco [2], Bisuntinensis dioc., bac. in dec., incipiet. in nonis

[1] De la même main en note : «Nota quod non legit de festo Johannis». — [2] Poligny (Jura).

B. Marie, III librum Decretal., in scolis in quibus legit dom. abbas S. Petri Carnotensis, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XIV Februarii.

Johannes Ponneti, alias Junioris, Bisuntinensis dioc., bac. in dec., incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Jacobi, in quibus legit dom. Leonardus de Passano, decretorum doctor, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XIV Februarii.

Johannes de Angulo, Lexoviensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet, in nonis N. Domine, II librum Decretal., in scolis primi stagii, iuxta scolas in quibus legit dom. conservator, in domo S. Johannis in Valleya, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die ante penultima Februarii.

Frater Johannes Potentis, prior prioratus de Papileya [1], Andegavensis dioc., ord. S. Augustini, bac. in dec., resumet lectiones suas in cap. quarto *De judiciis* [2], in nonis N. Domine, ubi alias dimisit, in scolis ad intersignium Corone, in quibus legit mag. Johannes Vipardi, et hoc pro secundo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die V mensis Martii.

Gervasius de Maseretis, Cenomanensis dioc., bac., etc., in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium Castri, in quibus legit rev. pater dom. abbas S. Wandregisilli, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die VIII Martii.

(F° 35 r°). Johannes Reyneri, de Middelbrach [3], ord. Premonstr., Trajectensis dioc., incipiet I librum Decretal., pro primo anno et primo vol. lecture sue, in scolis ubi legere consuevit rev. in Christo pater ac dom., dom. abbas S. Saturnini [4], Tolosanensis dioc., anno quo supra.

Michael Gacherii (voy. p. 182), cler. Claromontensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in magnis scolis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum die VIII Martii, anno quo supra.

Johannes Rousini, bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis N. Domine, I librum Decretal., in scolis superioribus, in secundo stagio, supra scolas in quibus legit dom. conservator, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum die X Martii, anno quo supra.

Frater Guillelmus Vasseloti, prior prioratus S. Gelasii (voy. p. 188), Pictavensis dioc., incipiet, in nonis N. Domine, IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Johannis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XIII Martii.

Simon Valerii, Cenomanensis dioc., incipiet, in nonis N. Domine, I librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium Scuti Britanie, in quibus legere consuevit dom. abbas de Cruce, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XIII Martii.

Guillermus Henneri (Hemery, p. 132, 155, 223), Rothomagensis dioc., bac. in dec., incipiet, in nonis N. Domine, I librum Decretal., in scolis ad intersignium Capitis B. Dionisii, in quibus legere consuevit dom. Reginaldus Crassi, pro tertio [anno] et tertio vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XI Martii.

Johannes de Alvernia, canon. ecclesie Lemovicensis, bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis N. Domine, I librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Michaelis, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XV Martii.

Bartholomeus de Fago, Corisopitensis dioc. subdiac., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Christofori, ubi legit dom. Johannes Guerini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno CCCC XVIII, [die] II Aprilis post Pascha.

Michael Outhre (Occre, p. 172; Ouchere, p. 180), bac. in dec., incipiet, in nonis N. Domine,

[1] Papillay (Maine-et-Loire)? — [2] *Decretales Gregorii IX*, II, 1, cap. 4. — [3] Middelbourg (Hollande), voy. aussi p. 205. — [4] Abbaye de Saint-Sernin de Toulouse.

I librum Decretal., ad intersignium Lilii Coronati, in scolis inferioribus anterioribus, et hoc pro secundo anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno cccc XVIII, post Pascha, die XIII Aprilis.

Guillermus Blumel, Noviomensis dioc., bac. in dec., incipiet, in nonis N. Domine, II librum Decretal., in scolis anterioribus, supra scolas ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Actum anno cccc XVIII, die XX Aprilis.

Petrus de Assenceriis, mag. in art., bac. in dec., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legit dom. Nicholaus de Logia, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno cccc XVIII, post Pascha, XIX Aprilis.

Nicolaus Vaest (Krest? p. 222), L[e]odiensis [dioc.], mag. in art., bac. in dec., incipiet, in nonis N. Domine, III librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Castri, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Anno cccc XVIII, die XXVIII Aprilis.

Relig. vir Jacobus Noisseti (Noisette, p. 189 et 190), monachus S. Petri ad Montes[1], Cathalanensis [dioc.], bac. in dec., incipiet, in nonis N. Domine, III librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Andree, a parte posteriori, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno cccc XVIII, [die] XXVIII Aprilis.

David Broninie? (Bronie? p. 182), presb. curatus ecclesie parroch. de Panbrid, Brechinensis dioc.[2], bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Michaelis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno M cccc XVIII, die XXII mensis Maii.

Guillermus Richardi, cler. Claromontensis dioc., bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis B. Marie, lectiones suas, et similiter V librum Decretal., in scolis superioribus retro, ad intersignium B. Michaelis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno cccc XVIII, die ultima mensis Maii.

Andreas Foucaudi, bac. in dec., incipiet, in nonis B. Marie, IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Georgii, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XX mensis Junii.

(F° 35 v°). Reginaldus de Parisius, Carnotensis [dioc.], bac. in dec., incipiet tit. *De probationibus*[3], ubi alias dimisit, in antiquis scolis tertii stagii domus S. Johannis de Villeya, ante collegium Belvacense, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et hoc in nonis N. Domine. Actum anno quo supra, die III mensis Augusti.

Petrus Martini, presb. Morinensis dioc., bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis B. Marie, III librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit dom. abbas de Cruce, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXI mensis Augusti.

Alanus Goyguet, bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis N. Domine, II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro secundo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die lune, in festo Decolationis B. Johannis Baptiste.

Johannes de Cuseyo, bac. in dec., Lingonensis dioc., incipiet VI librum Decretal., pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, in nonis N. Domine, in scolis S. Johannis Jerosolimitani, ad Scutum Francie. Actum anno quo supra, die XXVI Augusti.

Johannes Huberti, cler. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Christofori, in quibus legere consuevit mag. Johannes Guerini, pro tertio anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini cccc XVIII, die II Septembris.

[1] Abbaye de Saint-Pierre-aux-Monts (dioc. de Châlons). — [2] Diocèse de Brechin (Écosse). — [3] *Decretales Gregorii IX*, II, 19.

Frater Guillermus de Conty (Coucy, p. 226) incipiet, in nonis B. Marie, I librum Decretal., in magnis scolis. Datum anno quo supra, die XXIII mensis Septembris.

Johannes de Quadriga, de Nannetis, incipiet, in nonis B. Marie, IV librum Decretal., in secundis scolis superioribus Facultatis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXIII mensis Septembris.

Mag. Johannes de Sommechon (Sonnechon, p. 189, 191), lic. in leg., et bac. in dec., incipiet, in nonis B. Marie, IV librum Decretal., in secundis scolis Facultatis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, XXIII mensis Septembris.

(F° 36 r°). In nonis S. Jacobi CCCC XVII, post festum Dionisii. — Rousselli.

[Novembre 1417-Septembre 1418.]

Ven. vir Alanus de Alveto (Alneto?), presb. Leonensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, resumet lectiones suas in tit. *De foro competenti* [1], ubi alias dimisit, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Francie, in quibus legit vel legere consuevit dom. meus, dom. Hervens Pouchardi, decretorum doctor, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum Parisius, die XIII mensis Novembris, anno Domini M CCCC XVII.

Frater Johannes Nicolay, ord. S. Johannis Jherosolimitani, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incepit V librum Decretal., in nonis S. Jacobi, ad intersignium S. Johannis Baptiste, ubi consuevit legere rev. in Christo pater dom. abbas Gemeticensis, et hoc pro tertio anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, XXI Novembris.

Johannes Basseti, mag. in art., bac. in dec., incepit II librum Decretal., in scolis Jherosolimitani, in quibus legit mag. Radulphus Rousselli, decretorum doctor, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXVI Novembris.

Robertus Helene, mag. in art., et bac. in dec., Baiocensis dioc., incipiet lectiones suas et incipiet VI librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Dionisii, in quibus legit dom. Reginaldus Crassi, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die III Decembris.

Petrus Novi (Noni?), Macloviensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incipiet lectiones, ubi alias dimisit, in tit. *De clericis conjugatis* [2], in scolis superior. Castri, ubi consuevit legere rev. in Christo pater dom. abbas S. Wandregesilli, et hoc pro secundo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XIII mensis Decembris, et hoc in nonis S. Jacobi.

Johannes Rebeil (Ribail, p. 131), Andegavensis dioc., mag. in art., bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis S. Jacobi, VI librum Decretal., in scolis in quibus legit dom. abbas S. Petri Carnotensis, decretorum doctor, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum Parisius, die XVI Decembris, anno quo supra.

Petrus Carrillonni, de Trecis, bac. in dec., incipiet, in nonis S. Jacobi, lectiones suas in cap. *Felicis, De censibus* [3], ubi alias dimisit, ad intersignium Scuti Britannie, ubi legit dom. Nicolaus de Logia, decretorum doctor, et hoc pro sexto anno et sexto vol. lecture sue, anno quo supra, die XXII Decembris.

Egidius de Penenchi (voy. p. 186), Noviomensis dioc., bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus Scuti Britannie, in quibus legit dom. abbas de Cruce, decretorum doctor, pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXI Decembris.

Johannes Boullon (Voullon, p. 131 et 208), presb. Lingonensis dioc., bac. in dec., in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., pro primo anno et primo vol. lecture sue, in scolis superioribus primii stagii, a parte anteriori, ad intersignium B. Petri Celestini, anno quo supra, die XXXI mensis Decembris.

[1] *Decretales Gregorii IX*, II, 2. — [2] *Ibid.*, III, 3. — [3] *Sextus Liber*, III, 20, cap. 3.

Johannes Hueti, Suessionensis dioc., bac. in dec. Parisius, in nonis S. Jacobi, incipiet v librum Decretal., pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, in quibus legere consuevit mag. Johannes Vipardi. Actum anno quo supra, die VIII Januarii. [1418]

Johannes Cronerii (Troverii?), Cenomanensis dioc., in utroque jure bac., hodie, incipiet lectiones suas in tit. *De prebendis* [1], in antiquis scolis, ad intersignium S. Andree, pro secundo anno et primo vol. sue [lecture]. Actum anno quo supra, die VIII mensis Januarii.

Adam Capucii, bac. in dec., Laudunensis dioc., canon. ecclesie S. Petri de Foro Laudunensi [2], incipiet, in nonis S. Jacobi, III librum Decretal., in scolis superioribus, a parte posteriori, ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXV Januarii.

Johannes Columbelli, bac. in dec., incipiet II librum Decretal., in nonis S. Jacobi, in scolis inferioribus collegii de Tonodoro, ante collegium Belvacense, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXVII mensis Januarii.

Petrus Anselini (Anselmi?), bac. in dec., in nonis S. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Petri Celestini, in ultimo stagio, a parte anteriori, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXXI Januarii.

(F° 36 v°). Johannes Courtini, cler. de Parisius, bac. in dec., incipiet, in nonis S. Jacobi, V librum Decretal., in scolis in quibus legit mag. Petrus de Pruvino, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XII Februarii.

Frater Radulphus Huberti, prior de S. Victore [3], Cenomanensis dioc., bac. in dec., in tertiis, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, a parte dextra, ad intersignium S. Georgii, in quibus legere consuevit mag. Petrus de Pruvino, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XVI Februarii.

Johannes Patardi, de Parisius, bac. in dec., incipiet, in nonis S. Jacobi, III librum Decretal., in scolis superioribus anterioribus, ad Ymaginem S. Christofori, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die IX Februarii.

Johannes Blasii, presb. Meldensis dioc., bac. in leg., et [bac.] in dec. Parisius, in nonis S. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis posterioribus, ubi imago Christofori pingitur, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die IX Februarii.

Johannes Guichardi, de Domblanco [4], Bisuntinensis dioc., bac. in dec. Parisius, incipiet IV librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit dom. abbas S. Petri, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XV Februarii.

Philippus Doigny (voy. p. 175), bac. in dec. Parisius, incipiet V librum Decretal., in tertiis, in scolis ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legit dom. prior de Pontibus, et hoc pro tertio anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXIII Februarii.

Gerardus de Cueille, bac. in dec. Parisius, in tertiis, propter jejunium, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium S. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Die VIII mensis Martii, anno quo supra.

Johannes de Perneya, Lemovicensis dioc., in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Ylarii, in quibus legere consuevit rev. doctor dom. prior de Prato, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum VIII die Martii, anno quo supra.

Johannes Francisci, Tullensis dioc. presb., bac. in dec. Parisius, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Andree, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XVII mensis Martii.

[1] *Decretales Gregorii IX*, III, 5. — [2] Saint-Pierre-du-Marché, à Laon. — [3] Abbaye de Saint-Victour (dioc. du Mans). — [4] Domblans (Jura).

Richardus Le Plommier, Constantiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis B. Jacobi, v librum Decretal., in scolis inferioribus, in quibus legit dom. Radulphus Rousselli, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die xvi Martii.

Stephanus Durandi, presb. Sagiensis dioc., bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis S. Jacobi, iii librum Decretal., in scolis ad intersignium Castri, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die xvii Martii.

Robertus Heriot, presb. dioc. S. Andree (voy. p. 188), bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis S. Jacobi, i librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas in quibus legit dom. Warnerus Barrey, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, xxii Martii, ante Pascha.

Frater Johannes Cozarchant, relig. monasterii S. Mathei in Finibus Terrarum[1], Leonensis dioc., incipiet, in nonis S. Johannis, iii librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Katherine, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, xxiii Martii.

Rogerus Bette (voy. p. 182), Tornacensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet, in nonis B. Jacobi, i librum Decretal., pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, in scolis ad intersignium B. Petri Celestini. Actum anno Domini m cccc xviii, die xxx Martii.

(F° 37 r°). Johannes de Argannsonno (voy. p. 172), presb. Trecensis dioc., bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis B. Jacobi, iii librum Decretal., in scolis ad intersignium Capitis B. Dionisii, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die i Aprilis, anno cccc xviii.

Radulphus Hamelin, mag. in art., et bac. in dec., incipiet i librum Decretal., in nonis B. Jacobi, in scolis Scuti Sabaudie, in quibus legere consuevit mag. Johannes de Crepone, pro tertio anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno cccc xviii, die xiii Aprilis.

Michael Burgundi, Laudunensis dioc., bac. in dec., incipiet, in nonis S. Jacobi, i librum Decretal., in scolis anterioribus, ad signum Scuti Britannie, supra scolas ubi legit dom. de Cruce, et hoc pro primo anno et pro primo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xviii post Pascha, xxi mensis Aprilis.

Johannes Bouquan (Boucan, p. 189), mag. in art., et bac. in dec. Parisius, Constantiensis dioc., incipiet ii librum Decretal., in nonis S. Jacobi, in scolis anterioribus et superioribus, ad intersignium S. Michaelis, et hoc pro primo anno et pro primo vol. lecture sue. Actum anno Domini m cccc xviii, die xxviii mensis Maii.

Johannes Magistri, de Parisius, bac. in dec., incipiet lectiones suas, in nonis S. Jacobi, in cap. *Ut nullus, De prebendis et dignitatibus*[2], in scolis anterioribus, supra scolas in quibus legere consuevit dom. abbas S. Petri Carnotensis, et hoc pro secundo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno cccc xiii, [die] xvi mensis Junii.

Johannes Deriani, alias Trendret(?), Leonensis dioc., incipiet, in nonis S. Jacobi, iii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Lilii Coronati, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Anno quo supra, die xx mensis Junii.

Oliverius Dacre, bac. in dec., incipiet, in nonis S. Jacobi, iii librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Andree, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die xx Junii.

Oliverius Bocler, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, Cameracensis dioc., incipiet, in nonis S. Jacobi, i librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Jacobi, in quibus legit dom.

[1] Voy. p. 152. — [2] *Decretales Gregorii IX*, III, 5, cap. 1.

Leonardus de Passano, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum [anno] quo supra, die XXVII Junii.

Stephanus Proti (Perroti?), bac. in dec., Rothomagensis dioc., incipiet, in nonis S. Jacobi, III librum Decretal., in scolis secundi stagii, supra scolas novas, ante collegium Belvacense, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die VI Julii.

Robertus Pigniau, Carnotensis dioc., bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis B. Jacobi, V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Martini, in quibus legere consuevit mag. Reginaldus Crassi, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXVII Julii.

Johannes Stephani, Lingonensis dioc. clericus, bac. in dec. Parisius, hodie, in tertiis, incipiet IV librum Decretal., in secundis scolis hujus alme Facultatis, in quibus consuevit legere rev. pater dom. Stephanus, abbas S. Petri Carnotensis, decretorum doctor, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum die XXVIII Julii, anno Domini M CCCC XVIII.

Guillermus Morini, cler. Pictavensis dioc., bac. in dec., incipiet, in nonis B. Jacobi, III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Martini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XII mensis Augusti.

Andreas Pigneti, bac. in dec., incipiet III librum Decretal., in nonis B. Jacobi, in scolis inferioribus, ad intersignium B. Christofori, in quibus legit dom. Johannes Guerini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XII mensis Augusti.

Clemens de Veromonte, presb. Belvacensis dioc., bac. in dec. Parisius, in nonis B. Jacobi, [incipiet] IV librum Decretal., in scolis superioribus retro, ad intersignium Scuti Britannie, ubi legere consuevit dom. abbas de Cruce, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXII mensis Augusti.

Nicolaus Richeshem, mag. in art., et bac. in dec., incipiet, in nonis B. Jacobi, I librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXVI mensis Augusti.

(F° 37 v°). Geraldus de Montefalconis, Remensis dioc. (voy. p. 206), bac. in dec. Parisius, incipiet, in nonis S. Jacobi, III librum Decretal., in scolis ubi consuevit legere abbas S. Crispini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XIX mensis Septembris.

Johannes Mathei, cler. Lugdunensis dioc., bac. in dec., incipiet, in nonis B. Jacobi, III librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, et hoc pro primo anno et primo vol. Actum anno quo supra, XXVI Septembris.

Frater Arnouldus Le Vassault, relig. monasterii S. Anthonii Viennensis (voy. p. 190), mag. in art., et bac in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Barbe, in quibus legit dom. Petrus de Pruvino, pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XVIII, die XXVII Septembris.

Frater Robertus Comitis, ord. S. Trinitatis et redemptionis captivorum, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, situatis in domo S. Maturini, in quibus legere consuevit dom. Reginaldus Crassi, pro primo anno et primo vol. lecture sue, continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XVIII, [die] XXVI Septembris.

Johannes Noey (Voey?), Leodiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Britanie, in quibus legit dom. Nicolaus de Logia, prior de Pontibus, pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XVIII, die XXVII Septembris.

Frater Symon Bertholomey, presb. relig. S. Lupi Trecensis, incipiet, XXVIII mensis Septembris, III librum Decretal., pro primo anno et primo vol. Datum anno CCCC XVIII.

IMPRIMERIE NATIONALE.

DÉCANAT DE RAOUL ROUSSELL.

NOVEMBRE 1418 À JANVIER 1419.

VICE-DÉCANAT DE JEAN GUÉRIN.

JANVIER 1419 À NOVEMBRE 1419.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Rousselli.

[1418. 10 Novembre.] (F° 44 r°). Anno Domini M CCCC XVIII, die X mensis Novembris, ego Radulphus Rousselli, fui electus de novo in decanum Facultatis per dominos meos convocatos per bedellum ad illam diem pro electione facienda[1].

Rousselli et Johannes Guerini.

[1419. 4 Janvier.] (F° 45 r°). Die IV mensis Januarii, anni Domini M CCCC XVIII, fuit ordinatum per dominos doctores, propter malitiam temporis gentium armorum, que pro tunc vigebat, quod, si contingeret aliquem dominorum doctorum pro tunc regentium recedere ab hac villa propter quod, et non posset reverti propter periculum armatorum vel periculum temporis, adeo quod non essent in mensibus tribus ante Nativitatem Beati Johannis Baptiste, qui requiruntur ad hoc, quod quis sit capax utilitatis licentie immediate sequentis, quod non propter hoc admitterent dictam utilitatem, dum tamen essent in dicta licentia presentes.

Et erant pro tunc regentes : magister Johannes de Crepone, dominus abbas Sancti Crispini, dominus Gemeticensis, magister Johannes Guerini, dominus de Bequo, magister Johannes Vipart, magister Radulphus Rousselli, magister Nicolaus de Logia, prior de Pontibus.

Fuit etiam ordinatum quod quotienscumque aliquis dictorum dominorum recederet, dum tamen esset presens in examine licentie, capax esset emolumentorum ipsius licentie, et quod essent domini ante suam absentiam regentes honorarii.

[15 Mars.] Item, XV Martii, anni CCCC XVIII, concessum fuit Radulpho Rousselli, pro tunc

[1] Le fol. 44 v° est blanc.

decano, quod, ipso exeunte ex ratione ambaxiate curie, esset regens honorarius et utilis quo ad haranguas bachalariatus.

Die jovis vi Aprilis, anno cccc xviii, conclusum fuit per Facultatem, in Sancto Johanne, quod cum magister Philippus Marescalli, procurator collegii Burgundie, notificasset Facultati quod magister Johannes Chevroti venisset Pruvinum, cui alias dominus Sancti Crispini scripserat, ex deliberatione Facultatis, quatinus veniret Parisius pro lectione ordinaria in claustro Brunelli habenda, quod placeret Facultati dicere an vellet seu placeret sibi dare dicto Chevroti dictam lectionem, et, casu quo non vellet, rediret dictus Chevroti ad partem, qui ob ullam aliam causam venerat Pruvinum. Conclusit Facultas quod dictus magister Philippus scriberet dicto Chevroti quod veniret Parisius et haberet primum locum in dictis lectionibus post magistrum Johannem Vippart, qui honorifice legebat in primo loco, quem removere non intendebat dicta Facultas, quandiu sibi placeret legere; et si contingeret dictum magistrum Johannem Vippart dimittere primum locum, prefata Facultas concedebat ipsi Chevroti primum locum, quando vacabit. [6 Avril.]

Die jovis xvii Aprilis, anni Domini m cccc xix, concessit prefata Facultas fratri Nicolao de Logia, priori de Pontibus, supplicanti nomine magistri Gerardi Faideti, quod prefatus magister Gerardus Faideti esset regens honorarius usque ad festum Beati Dyonisii proxime venientis. [17 Avril.]

Die x mensis Augusti, domini dispensaverunt cum magistro Belino Porgereti, Bisuntinensis diocesis, de non faciendo barenguam, propter causas per ipsum magistrum in presentia dominorum tactas, et ipsum in baccalarium receperunt et recipiunt. [10 Août.]

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS[1].

2. LICENCES[2].

3. BACCALAURÉATS.

[Novembre 1418-Septembre 1419.]

(F° 44 r°). SEQUUNTUR NOMINA ILLORUM QUI FUERUNT RECEPI AD GRADUM BACHALARIATUS DEPOST FESTUM B. MARTINI DOMINI M CCCC X ET VIII.

XVII Novembris. Roullandus de Bargage, presbyter Malleacensis dioc.
Guido Belli, mag. in art., Rothomagensis dioc.
Petrus Segent, Belvacensis dioc.

V Decembris... Johannes Odonis, relig. Nostre Domine de Mousonnio[3], Remensis dioc.

XV Decembris.. Mag. Robertus de Trabibus (Crabibus?), mag. in art., Sagiensis dioc.

III Januarii.... Frater Guillelmus de Fougeroys, Majoris Monasterii[4], Turonensis dioc.

XXIII Februarii.. Frater Johannes de Maysterton, canon. regul. dioc. S. Andree in Scotia[5], III escuz.

XXVII Julii..... Belinus Porgereti, mag. in art., Bisuntinensis dioc., anno Domini M CCCC XIX, die vero superius posita.

VII Septembris.. Johannes Lamelin (Lancelin?), cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., anno Domini M CCCC XIX, die vero VII mensis Septembris[6].

4. HARANGUES[7].

(1) Aucune mention.
(2) Aucune mention.
(3) Abbaye de Mouzon (dioc. de Reims).
(4) Abbaye de Marmoutiers (dioc. de Tours).
(5) Diocèse de Saint-Andrews (Écosse).
(6) Le fol. 44 v° est en blanc dans le manuscrit.
(7) Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 42 r°). In mense Octobris, anno Domini M CCCC XVIII, Nostre Domine.

Johannes de Perreria, Bisuntinensis dyoc., in nonis N. Domine, incepit II librum Decretal., ad Ymaginem B. Ylarii, in quibus legere consuevit dom. abbas de Becho, pro tertio anno et tertio vol. Die X Octobris, anno quo supra M CCCC XVIII. [Octobre 1418-Septembre 1419.]

Frater Johannes Reineri, de Midebrond (voy. p. 196), Premonstratensis ord., incepit V librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, ubi alias legit mag. Johannes Guarini, pro secundo anno et secundo vol. Anno Domini M CCCC XVIII, die X Octobris.

Nicholaus Paris, Trecensis dioc., incepit II librum Decretal., in nonis N. Domine, in scolis ad intersignium Castri, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Wandregisilli, pro quinto anno et quinto vol. Anno quo supra, X die Octobris.

Philipus Marescalli, Bisuntinensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet, in nonis N. Domine, II librum Decretal., in scolis ad intersignium Sancti Christofori, in quibus legere consuevit dom. Leonardus de Passano, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XXV Decembris.

Frater Theobaldus Olearii, prior prioratus de Bello Renno (voy. p. 155), hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Jacobi, et hoc pro quarto anno et quarto vol. [lecture] sue. Actum anno quo supra, die XXVI mensis Novembris.

Johannes Blasii, presbyter Meldensis dioc., bac. in leg. et in dec., incipiet, in nonis B. Marie, II librum Decretal., pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XXIX Novembris.

Johannes de Salicibus [1], Noviomensis dioc., incipiet, in nonis N. Domine, II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Johannis, ubi legit dom. [abbas] Gemeticensis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XXIX Novembris.

Frater Petrus Guilhebaudelli (voy. p. 135), presb. relig. monasterii S. Augustini Lemovicensis, ord. S. Benedicti, prepositus de Reilhaco, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis mediis, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro sexto anno et sexto vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XVIII, die XXVII mensis Januarii. [1419.]

Frater Guillelmus de Conty (Coucy, p. 228), bac. in dec. Parisius, incipiet, hodie, V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Martini, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Reginaldus Crassy, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum Parisius, XXVIII Januarii.

Hebertus de Muetis (Miretis, voy. p. 195), bac. in dec., Baiocensis dioc., incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Petri Celestini, a parte posteriori, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Anno quo supra, die III Februarii.

Hubertus de Prenodes, Leonensis dioc., bac. in dec., incipiet I librum Decretal., in scolis su-

[1] Au-dessus de ce nom on a ajouté la mention suivante : «Fonte, Attrebatensis diocesis». S'agit-il de «Johannes de Fonte» reçu bachelier le 24 Déc. 1417 (voy. p. 188), ou de «Johannes de Salicibus» reçu bachelier le 10 Février 1418 (voy. p. 189)?

perioribus. a parte posteriori, ad intersignium B. Petri Celestini, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Anno quo supra, die XIV mensis Januarii.

Frater Guillelmus de Fougeroys, relig. Majoris Monasterii, bac. in dec., in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus et anterioribus, ad intersignium B. Katherine, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die VI Februarii.

Robertus de Trabibus (Crabibus?), bac. in dec., in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis abbatis S. Crispini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die VI Februarii.

Johannes Huberti, cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Martini, ubi legere consuevit mag. Herveus Pouchardi, pro quarto anno et tertio vol. lecture sue. Anno quo supra, die XII Octobris.

(F° 42 v°). Guillermus Passardi (voy. p. 214), Nivernensis dioc., bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Anno quo supra, die XIII mensis Martii.

Johannes de Maistreton (voy. p. 204 et 207), canon. regul., in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Equum Rubrum, ut latius cavetur in pagina sequenti, in qua non debebat poni, sed in illa, cum hic contineantur illi qui legunt in nonis N. Domine.

Frater Symon de Chesnel (voy. p. 138), hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit mag. Johannes de Crepone, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno CCCC XXIX, [die] XVI mensis Maii.

Frater Johannes Rineri [de Middelbrach], Premonstratensis ord. (voy. p. 196), Trajectensis dioc., hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, in scolis in quibus legere consuevit dom. et mag. Johannes Guerini, pro secundo anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XXIII Maii.

Petrus Martini, presb., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Georgii, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Petrus de Pruvino, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum I die Septembris, anno quo supra.

Simon Valerii, presb. Cenomanensis dioc., bac. in dec., canon. ecclesie parroch. de Barbecis[1], Senonensis dioc., hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis anterioribus et prioribus, ad Ymaginem B. Katherine, et hoc pro tertio anno et primo vol. lecture sue. Datum anno CCCC XIX, die vero V mensis Septembris.

Johannes Lamelin (Lancelin?), cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in utroque, hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in secundis scolis Facultatis, in quibus legere consuevit rev. pater dom. abbas S. Crispini Suessionensis, pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum X Septembris, anno Domini M CCCC XIX.

(F° 43 r°). Nonis Sancti Jacobi. — Rousselli.

[Octobre 1418-Septembre 1419.]

Gerardus de Montefalconis, de Remis, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas in quibus legere consuevit dom. abbas de Cruce, pro secundo anno et secundo vol. Anno Domini M CCCC XVIII, [die] X Octobris.

Laurentius de Busco, curatus ecclesie B. Marie de Putheyo[2], Rothomagensis dioc., incipiet VI librum Decretal., in scolis ad intersignium S. Petri Celestini, in secundo stagio, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Anno Domini M CCCC XVIII, die XI Octobris.

[1] Barbé (Mayenne). — [2] Puits (Seine-Inférieure)?

Nicolaus Richeshem, in nonis S. Jacobi, incepit v librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, ubi alias legit mag. Henricus de Mosonno, et hoc pro quarto anno et quarto vol. Anno Domini M CCCC XVIII, die XVII Octobris.

Johannes Stephani, Lingonensis dioc., bac. in dec., incipiet, in nonis S. Jacobi, I librum Decretal., in scolis superioribus et anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die XXIX mensis Octobris.

Johannes Francisci, Tullensis dioc., bac. in dec., incipiet, in nonis S. Jacobi, III librum Decretal., ad Ymaginem B. Andree, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die XXXI mensis Octobris.

Johannes Bouquan, Constantiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., incipiet, in nonis B. Jacobi, III librum Decretal., in scolis de Castro, ubi legit mag. Radulphus Rousselli, et hoc pro secundo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno CCCC XVIII, [die] XVII Decembris.

Robertus Brileti (Bruleti, p. 193), mag. in art., et bac. in dec., in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno CCCC XVIII, die XXX mensis Januarii. [1419.]

Johannes Columbelli incipiet, in nonis S. Jacobi, VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die VIII mensis Martii.

Guillermus Morini, bac. in dec., incipiet IV librum Decretal., in scolis B. Katherine, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, in tertiis, propter jejunium. Datum anno supra, die IX Martii.

Johannes Lestournel, mag. in art., Baiocensis dioc., in nonis S. Jacobi, hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Ylarii, in quibus legere consuevit rev. pater et doctor dom. abbas de Becho, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. — Et sciendum est quod, die veneris preterita, fuit dispensatum, in exitu harenge, cum dicto Lestournel, ut, pro illo anno CCCC XVIII, haberet commutationem hore none N. Domine ad nonam S. Jacobi. Datum anno CCCC XVIII, [die] VIII Aprilis.

Johannes de Maistreton, canon. regul. monasterii de Cambouschyuech, dioc. S. Andree [1], bac. in dec., hodie, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Equi Rubey, ubi legere consuevit mag. Reginaldus Crassy, decretorum doctor, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum X die Aprilis, anno CCCC XVIII.

Johannes Hamonis, Macloviensis dioc., presb., lic. in leg., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Martini, in quibus legere consuevit mag. Reginaldus Crassy, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Scriptum hic anno Domini M CCCC XIX, die XVI Maii.

Henricus Mercatoris, presb. Meldensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis ad intersignium Equi Rubei, ante scolas collegii de Dormano, ubi legere consuevit rev. doctor mag. Reginaldus Crassy, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XIX, die XX Junii.

Petrus Seguent (Segent, p. 204), canon. Noviomensis, bac., etc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Johannis Jerhosolimitani, in quibus legere consuevit dom. et mag. Johannes Guerini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum die XXIIII Junii, anno Domini M CCCC XIX.

Die predicta XXIIII Junii, anno quidem predicto, Guillelmus de Albarippa, presb. de Lingono, mag. in art., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, resumet lectiones suas in titulo *De judiciis* et in capitulo *Mulieres*, in VI [2], pro quarto anno et quinto vol.

[1] Abbaye de Kambouchinech (dioc. de Saint-Andrews). — [2] *Sextus Liber*, II, 2, cap. 2.

(F° 43 v°). Philipus Doigni (voy. p. 175), subdiacon., mag. in art., et bac., etc., hodie, incipiet IV librum Decretal., pro quarto anno et tertio vol. lecture, etc., in scolis superioribus, ad Scutum Francie, in quibus legere consuevit mag. Livinus Nivelinc. Datum XXIIII Jugnii, anno CCCC XIX.

Johannes Boillon (Voullon, p. 131), presb. curatus parroch. ecclesie de Brenone[1], Lingonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum Decretal., pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Katherine, etc. Datum III Septembris, anno CCCC XIX.

Johannes de Gazone, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis ubi legere consuevit mag. Johannes de Crepone, decretorum doctor, pro primo anno et primo vol. lecture, etc. Datum XI Septembris, anno Domini M CCCC XIX.

Gerardus de Montefalconis, de Remis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, supra scolas in quibus legere consuevit rev. pater dom. abbas de Gemeticis, decretorum doctor, actu regens, etc., ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum XVI Septembris, anno Domini M CCCC XIX.

Petri Novi, Macloviensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit dom. Reginaldus Crassi, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum XV Septembris, anno Domini M CCCC XIX.

Johannes Celeneti, presb., mag. in art., curatusque S. Johannis Rotundi, in ecclesia Parisiensi, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis collegii Belvacensis, in quibus legere consuevit mag. Johannes Guioti, decretorum doctor, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum XXVI die mensis Septembris, anno Domini M CCCC XIX.

Dom. Andreas Laydeti, presb. curatus parroch. ecclesie S. Martini de Clausovillandi[2], Carnotensis dioc., in utroque jure bac., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas, pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum XVI Septembris, anno Domini M CCCC XIX.

Johannes Perrini, presb. Remensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, resumet lectiones suas in titulo *De falso crimine*, lib. V[3], in scolis secundis, a parte anteriori, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum XXVIII Septembris, anno quo supra.

[1] Brennes (Haute-Marne)? — [2] Est-ce Vilaine, hameau du département d'Eure-et-Loir, situé près du village de Cloyes? — [3] *Decretales Gregorii IX*, V, 20.

DÉCANAT DE JEAN GUÉRIN.

NOVEMBRE 1419 À NOVEMBRE 1420.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 45 r°). Anno Domini[1] M CCCC XIX, die IX Novembris, in qua fuit prima missa post festum Omnium Sanctorum, ut moris est, domini per bedellum ad eligendum decanum fuerunt convocati, et me Johannem Guarin in decanum elegerunt. [1419. 9 Novembre.]

[1] En marge d'une main postérieure : «Electio nova decani Facultatis».

IMPRIMERIE NATIONALE

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS[1].

2. LICENCES.

JOHANNES GUARIN.

1420.] (F° 48 r°). SEQUITUR ORDO BACHALARIORUM ADMISSORUM AD LICENTIAM ANNO PREDICTO, JOHANNE GUARIN EXISTENTE DECANO.

Inceptum fuit examen licentie anno Domini M CCCC XIX, in mense Martii. Et primo[2] :

Johannes Chevroti	sub dom. Johanne Vipardi.
Frater Theobaldus Olearii	sub dom. Johanne de Crepone.
Frater Simon Chesnel	sub dom. Johanne Guarin.
Johannes Amioti (Annoti?)	sub dom. abbate S. Crispini Suessionensis.
Nicolaus Paris	sub dom. priore de Pontibus.
Frater Johannes Reynerii	sub dom. abbate S. Crispini Suessionensis.
Clemens Amici	sub dom. Johanne Guarini.
Johannes Perrini	sub dom. Johanne de Crepone.
Johannes Blasii	sub dom. abbate S. Crispini Suessionensis.
Johannes Courtini	sub dom. Johanne Vipardi.
Frater Petrus Guilhebaudelli	sub dom. priore de Pontibus.
Laurentius de Busco	sub dom. Johanne de Crepone.
Hubertus de Prenode	sub dom. Johanne Vipardi.
Johannes Columbelli	sub dom. Johanne Guarini.

[3 Avril.] Item, predicti bachalarii, in presentia quamplurimorum dominorum meorum doctorum per me, Johannem Guarin, fuerunt presentati, et III die Aprilis ante Pascha prenominati fuerunt licentiati.

3. BACCALAURÉATS.

[Décembre 1419-Octobre 1420.] (F° 47 v°). SECUNTUR NOMINA ILLORUM QUI FUERUNT RECEPTI AD GRADUM BACHALARIATUS DEPOST FESTUM S. MARTINI HYEMALIS, ANNO DOMINI M CCCC XIX.

XII Decembris	Nicolaus Pucelle, Lingonensis dioc.
XV Februarii	Petrus Burgondi, clericus Suessionensis dioc., anno quo supra.
XX Martii	Mag. Johannes Midoulx, de Parisius, anno quo supra.
	Dom. Johannes Bonneul, Rothomagensis dioc., anno quo supra.

[1] Aucune mention. — [2] En marge : «Quinque tantum regentes tunc».

II Maii.....	Guillelmus Boucherii, presbyter Baiocensis dioc., anno XX.
	Frater Stephanus Monachi, eadem die et eodem anno.
XIIII Maii.....	Mag. Nicolaus Symonnelli, presbyter, anno eodem, die vero XIIII Maii.
	Robertus de Channincourt, clericus Rothomagensis dioc.
	Mag. Martinus de Fraxinis, de Parisius.
III Julii.....	Petrus de Brouquerque, clericus Morinensis dioc.
VIII Augusti.....	Laurentius Lancelin, presb. Cameracensis dioc.
XIIII Augusti.....	Johannes de Fonte, mag. in art., Cameracensis dioc.
XXIII Septembris..	Guillelmus Romani, de Parisius, mag. in art., et bac. in leg.
X Octobris.....	Johannes Daguier, clericus Parisiensis, subbedellus noster.
	Johannes Houselli, clericus Senonensis dioc.
	Ricardus Agnetis, presb. Baiocensis dioc.

---

4. HARANGUES[1].

[1] Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

JOHANNES GUARIN.

(F° 45 v°). IN MENSE OCTOBRIS, ANNO DOMINI M CCCC XIX, IN NONIS NOSTRE DOMINE.

[Octobre 1419-Septembre 1420.]

Gervasius de Maseretis, subdiacon. Cenomanensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Cristofori, in quibus legit dom. doctor mag. Johannes Guarin, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum X die Octobris, anno quo supra.

Frater Johannes Reyniery, de Middebbrugez (voy. p. 196 et 205), ord. Premonstratensis, Trajectensis dioc., bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Scutum Sabbaudie, ubi legere consuevit rev. doctor mag. Johannes de Crepone, et hoc pro tertio anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum X die Octobris, anno quo supra.

Hubertus de Prenodes, presb. Leodiensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in secundis scolis, in quibus legit pater et dom. abbas S. Crispini, decretorum doctor, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, etc. Datum X die Octobris, anno quo supra.

Frater Symon Chesnel, bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis ubi legere consuevit rev. doctor mag. Radulphus Rousselli, ad intersignium Scuti Castri, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, etc. Datum X die, anno quo supra et mense.

Johannes de Fonte, presb. Attrebatensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Johannis Baptiste, in quibus legere consuevit ven. dom. mag. Johannes Vipardi, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum X die, anno quo supra et mense.

Frater Theobaldus Olearii, prior de Bello Raino (voy. p. 155), Morinensis dioc., hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in scolis Scuti Jherosolimitani, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Herveus Pouchardi, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, etc. Datum die X Octobris, anno quo supra.

Frater Philippus de Franchelanis, ord. S. Anthonii, preceptor de Pauleone (voy. p. 122), Xanctonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis Belvacensibus, ubi legere consuevit dom. Johannes Guioti, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum die X Octobris, anno quo supra.

Philipus Marescalli, Bisuntinensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Hilarii, in quibus legere consuevit rev. pater dom. abbas de Becco, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum die XII Octobris, anno quo supra.

Robertus de Trabibus (Crabibus?), presb. Sagiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britanie, ante collegium Belvacense, in quibus legere consuevit rev. pater dom. abbas de Gemeticis, decretorum doctor, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum XV die Octobris, anno quo supra.

Guillelmus Blumel, presb., mag. in art., et bac. in jure can. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Jacobi, in quibus legere consuevit mag. Leonardus de Passano, decretorum doctor, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum XX Octobris, anno quo supra.

Petrus Novi (Noni?), Macloviensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, rector paroch. ecclesie S. Arnulphi [1], Belvacensis [dioc.], hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Francie, in quibus legere consuevit dom. Livinus Nevelinc, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum XX Octobris, anno quo supra.

Simon Valerii, presb. Cenomanensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, resumet lectiones suas, ubi alias dimisit, in II libro Decretal., in scolis superioribus mag. Johannis de Crepone, decretorum doctoris, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum XXI Octobris, anno quo supra.

Robertus Pineau (Pigneau, p. 183), presb. Carnotensis dioc., rector ecclesie parroch. de Belloco [2], Sagiensis dioc. et canon. ecclesie collegiate de Melduno, Senonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Katherine, supra scolas in quibus legere consuevit mag. Henricus de Mosonno, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum die XXIIII Octobris, anno quo supra.

(F° 46 r°). Nicolaus Paris, Trecensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus Ymaginis S. Johannis Baptiste, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, etc. Datum die XXV Octobris, anno Domini M CCCC XIX.

Johannes Blasii, presb. canon. B. Lupi de Brennone, Senonensis dioc., bac in leg., et [bac.] in dec. Parisius, dioc. Meldensis oriundus, incipiet hodie, in nonis B. Marie, III librum Decretal., in scolis superioribus Facultatis, pro tertio anno et tertio vol. sue lecture, etc. Datum VII die Novembris, anno Domini M CCCC XIX.

Clemens Amici, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, supra secundas scolas, et hoc pro sexto anno et sexto vol. lecture sue, etc. Datum die XXVII Novembris, anno Domini M CCCC XIX.

Frater Arnouldus Le Vassault, relig. S. Anthonii Viennensis et preceptor preceptorie de Barbafossa (voy. p. 190, 201), Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in magnis scolis, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum anno Domini M CCCC XIX, die vero XIX mensis Decembris.

Johannes Lestournel, cleric. Baiocensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, in nonis [1420.]
N. Domine, incipiet V librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit rev. dom. meus, dom. Reginaldus Crassi, decretorum doctor, ad intersignium S. Martini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum anno quo supra, die XVI Januarii.

Petrus Martini, presb., et bac. in dec. Parisius, Morinensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Georgii, ubi legere consuevit rev. doctor mag. Petrus de Pruvino, decretorum doctor, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum anno quo supra, die vero XV Februarii.

Fr. Johannes Renerii, relig. monast. B. Marie Middelburgensis (voy. p. 196, 205, 212), Premonstratensis ord., Trajectensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legit mag. Johannes de Crepone, resumet lectiones suas alias dimissas in rubrica : *De his que fiunt a prelato sine consensu capituli* [3]. Datum anno quo supra, die vero XI Martii.

[1] Saint-Arnoult (Oise). — [2] Beaulieu (Orne). — [3] *Decretales Gregorii IX*, III, 10.

Johannes Midoulx, cleric. de Parisius, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum die XXVII Martii, anno quo supra.

Johannes de Bonneul, presb. Rothomagensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, in quibus legere consuevit rev. in Xristo pater dom. abbas S. Crispini, decretorum doctor, etc., et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum anno quo supra, die vero XXIX Martii.

Guillelmus Passardi, presb. curatus parroch. ecclesie de Puteolis [1], Parisiensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, supra secundas scolas, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum XXII Aprilis, anno Domini M CCCC XX.

Johannes Courtini, mag. in art., lic. in dec. Parisius, et bac. in leg., hodie, in nonis N. Domine, resumet lectiones suas in cap. XI, Tit. *De scrutinio, etc.* [2], in scolis Scuti Jherosolimitani, in quibus legere consuevit mag. Herveus Pouchardi, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XXIIII Aprilis.

Robertus de Channincourt, cleric. Rothomagensis dioc., mag. in art., et in dec. bac. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in superioribus scolis, supra secundas scolas, et hoc pro primo anno et primo vol., etc. Datum XII Junii, anno quo supra.

Nicolaus Simonnelli, presb. Turonensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus mediis, ad Ymaginem S. Johannis, et hoc pro primo anno et primo vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XIIII mensis Junii.

Frater Guillelmus de Conty (Coucy, p. 228), prepositus prepositure de Cerisiaco supra Somonam [3], ord. S. Benedicti, Ambianensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Yvonis, et hoc pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XVII Junii.

Johannes Lamelin (Lancelin?), cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in utroque jure, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis [ad] intersignium Scuti S. Jherosolimitani, in quibus alias legit rev. doctor dom. Radulphus Rousselli, decretorum doctor, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XVII mensis Junii.

Dom. Andreas Laydeti, in utroque jure bac., rectorque parroch. ecclesie de Clausovillari monasterii (voy. p. 208), Carnotensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XX Junii.

Martinus de Fraxinis, cleric. de Parisius, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Jacobi, et hoc pro primo anno et primo vol., etc. Datum XXVI Junii.

Gerardus de Haya, cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XXVI mensis Augusti.

Frater Alanus Hay, prior prioratus de Castriburgo (voy. p. 189), ord. S. Benedicti, Redonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit dom. prior

[1] Puteaux (Seine). — [2] *Decretales Gregorii IX*, I, 12, cap. 11. — [3] Cérisy (Somme).

de Pontibus, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum XXIIII mensis Septembris, anno quo supra, videlicet XX.

Guillelmus Romani, cleric. de Parisius, mag. in art., et bac. in utroque jure, hodie, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis secundis Facultatis, in quibus legit rev. pater dom. abbas S. Crispini Suessionensis, pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XXVII mensis Septembris.

Frater Robertus Charonis, prior prioratus B. Marie de Mammis[1], ord. S. Benedicti, Remensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Andree, et hoc pro primo anno et primo vol., etc. Datum XIX Septembris, anno XX.

(F° 46 v°). In nonis Sancti Jacobi, anno CCCC XIX, in mense Octobris.

Johannes de Gazone, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem Johannis Baptiste, ubi legit rev. doctor mag. Johannes Vipardi, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum die X Octobris, anno quo supra. [Octobre 1419-Septembre 1420.]

Johannes Perrini, presb. Remensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Cristofori, in quibus legit ven. et circumsp. vir mag. Johannes Garini, decretorum doctor, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, etc. Datum die XI Septembris, anno Domini M CCCC XIX.

Johannes Francisci, presb. Tullensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in primis scolis superioribus, ad intersignium Scuti Francie, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum XIX Octobris, anno quo supra.

Johannes Boillon (voy. p. 208), presb. curatus ecclesie parroch. de Brenone, Lingonensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, resumet lectiones suas in cap. *Examinata*, *De judiciis*[2], in scolis anterioribus, ad Ymaginem B. Katherine, et hoc pro tertio [anno] et secundo vol. lecture sue, etc. Datum VII die mensis Novembris, anno Domini M CCCC XIX.

Johannes Boucan, Constantiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis bassis, ad intersignium de Castro, in quibus legere [consuevit] ven. et circumsp. vir mag. Radulphus Rousselli, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum VII die Novembris, anno quo supra.

Johannes Collumbelli, presb., bac. in dec. Parisius, et curatus parroch. ecclesie S. Martini de Nealpha[3], Sagiensis dioc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ubi legit ven. et circumsp. vir mag. Johannes de Crepone, decretorum doctor, pro sexto anno et sexto vol. lecture sue, etc. Datum die X Octobris, anno quo supra.

Johannes Parvi (Parni? Perin?), alias Boutefeu, cleric. Lingonensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Andree, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum XVII Novembris, anno quo supra.

Johannes Courtin, mag. in art., bac. in leg., et [bac.] in dec. Parisius, hodie, incipiet I librum Decretal., [in scolis] in quibus legere consuevit mag. Johannes Guioti, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum XX Decembris, anno quo supra.

Laurentius de Busco, presb., bac. in dec. Parisius, curatus parroch. ecclesie B. Marie de [1420]

[1] Le nom de cette abbaye est difficile à identifier. Peut-être s'agit-il de l'abbaye de Saint-Memme (S. Memmii) dans le diocèse de Châlons et dans la *province* de Reims. — [2] *Decretales Gregorii IX*, II, 1, cap. 15. — [3] Néauphe (Orne).

Pucheyo (voy. p. 206), Rothomagensis dioc., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Sabaudie, et hoc pro quarto anno et quarto vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XIII mensis Januarii.

Henricus Mercatoris, presb. Meldensis dioc., bac. in dec., curatus ecclesie parroch. de Viryaco[1], dioc. Parisiensis, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis ad intersignium Equi Rubei, ante scolas collegii de Dormano, ubi legere consuevit mag. Reginaldus Crassi, decretorum doctor, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum anno quo supra, die vero XVIII mensis Januarii.

Oliverius de Ecra (Dacre, p. 188 et 200), presb. Constantiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Martini, ubi legere consuevit bone memorie dom. Reginaldus Crassi, decretorum doctor, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum anno quo supra, die vero XXIIII Januarii.

Michael Quoti? cleric. Baiocensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in tertiis, incipiet IV librum Decretal., ad Scutum Sabaudie, in scolis in quibus legere consuevit mag. Johannes de Crepone, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die vero XIX Martii.

Petrus Burgundi, cleric. Suessionensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis S. Cristofori, in quibus legit mag. Johannes Guarin, decretorum doctor, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum XVIII Martii, anno quo supra.

(F° 47 r°). Johannes de Chaneto (voy. p. 189), cleric. Lingonensis dioc., bac. in dec. Parisius, et bac. in art., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis mediis, ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum XVIII Martii, anno quo supra.

Frater Stephanus Monachi, prior de Hamo[2], ord. S. Benedicti, Constantiensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in tertiis, incipiet III librum Decretal., in scolis secundis majoribus, in quibus legere consuevit dom. S. Crispini Majoris, etc., et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XXIII Maii.

Dom. Guillelmus Luce, presb., curatus parroch. ecclesie S. Saturnini de Sancto Maxencio[3], Pictavensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad Scutum S. Johannis Yherosolimitani, in quibus alias legit mag. Johannes Guarini, decretorum doctor, et hoc pro octavo anno et quinto vol. lecture, etc. Datum anno XX, die vero XV Junii.

Petrus de Broukerke, cleric. Morinensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in tertiis, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus et anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol., etc. Datum XX Septembris, anno Domini M CCCC XX.

[1] Viry (Seine-et-Oise). — [2] Le Ham (Manche)? — [3] Saint-Maixent (Deux-Sèvres).

DÉCANAT DE JEAN GUÉRIN.

NOVEMBRE 1420 À NOVEMBRE 1421.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 51 r°). Anno Domini M CCCC vicesimo, die vero VII Novembris, in qua fuit prima missa, post inceptionem aut principia dominorum doctorum, ego, Johannes Guarin, fui electus in decanum per dominos meos per bedellum convocatos pro electione facienda. [1420. 7 Novembre.]

(F° 50 v°). Anno Domini M CCCC XX, die vero XXVIII Novembris, in congregatione et missa ordinariis dominorum, magister Johannes Guarin optavit scolas deffuncti magistri Johannes de Crepone, juxta formam statutorum Facultatis, que eidem fuerunt concesse; nec fuit aliquis antiquior eo qui eas optaret, nec etiam junior. [28 Novembre.]

(F° 51 v°). In ultima missa ante festum Apostolorum Petri et Pauli, de decretalibus legendis per dominos doctores fuit ordinatum quod magister Johannes Guioti legeret in vigilia Nativitatis Domini, et magister Johannes Vipardi sabbati ante Ramos Palmarum, et magister Johannes Guarin in vigilia Penthecostes, nisi supervenerent aliqui qui illas, loco illorum aut loco alterius ipsorum, legerent, secundum forman statutorum. [1421.]

Anno Domini millesimo CCCC vicesimo primo, die vero X Julii, supplicavit magister Levinus Nevelinc pro regentia; quod eidem fuit concessum, perprius ab ipso juramentis prestitis, ut moris est, juxta statuta; eidemque fuit impositum quod legeret primum cursum et primam decretalem, videlicet illam de vigilia Nativitatis Domini, de quibus in presentia dominorum se oneravit. [10 Juillet.]

Anno Domini millesimo CCCC vicesimo primo, die vero X Julii, in missa ordinaria, fuit Facultas solemniter convocata super aliquibus honorem Facultatis tangentibus, ac ibidem congregata, et inter cetera traditum fuit quod officium magni bedelli per obitum Bertrandi de Edyo vacabat; quamobrem dominis dictum fuit quantum de bedello providere vellent. Supplicantibus convocatis, ut moris est, plures quippe [pro] hujusmodi officio obtinendo extiterunt supplicantes. Ipsis [13 Juillet.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

siquidem supplicantibus retractis, domini concorditer deliberaverunt electionem seu provisionem antedicti bedelli usque ad diem dominicam proxime sequentem differri, que fuit XIII Julii, in qua domini apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, post sermonem, congregati fuerunt specialiter pro provisione antedicti bedelli. Rationibus vero dominorum apertis et auditis, concorditer per dominos Dyonisius Courtillier in magnum bedellum fuit electus. Electionem autem distulerunt domini confirmandam, et ex causa, usque proximam missam ordinariam, que fuit jovis XVII Julii, in qua missa per dominos extitit ordinatum dictum Dyonisium recipi ad juramenta prestanda per decanum in presentia dominorum doctorum Levini Neveline et Johannis Vipardi. Quiquidem Dyonisius, in presentia antedictorum dominorum, dedit unum bonum Decretum incipiens secundo folio : *Plebis legem serviens;* penultimo folio : *Grecorum de eodem,* in littera rubea. Item, dedit duas marchas argenti pro augmentatione virge cum factione illius, quam virgam habebat Bertrandus, et, post obitum dicti Dyonisii, remanebit virga antedicta Facultati, spem dando quod cum dicto adjutorio melius faciet Facultati, etc. Istis enim sic peractis, juravit primo per se et personaliter dictum officium magni bedelli fideliter exercere; secundo officium predictum cum virga predicta in manibus Facultatis, quolibet anno, in prima missa post festum Omnium Sanctorum, resignare; item omnia alia juramenta, in libro Facultatis posita, per bedellos jurari consueta. Juramentis autem sic prestitis, virga eidem fuit in presentia dominorum antedictorum tradita.

[17 Juillet.] Item, ea die XVII Julii, magister Johannes Chevroti, Johannes Lohyer (Lohaer. p. 156), Johannes Perni, executores Bertrandi de Edyo, Facultati tradiderunt virgam, quam habuerat tempore suo deffunctus Bertrandus de Edyo, petentes exonerationem hujusmodi virge. Quibus per Facultatem fuit responsum quod pro augmentatione virge antedicte darent tres marchas argenti et unum discum argenteum, quem antedictus Bertrandus in custodia habebat, et haberent bonam et legitimam exonerationem.

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS[1].

2. LICENCES[2].

3. BACCALAURÉATS.

(F° 51 r°). SECUNTUR NOMINA ILLORUM QUI FUERUNT ADMISSI AD GRADUM BACHALARIATUS DE POST FESTUM SANCTI MARTINI HYEMALIS, ANNO DOMINI M CCCC XX. [Novembre 1420-Septembre 1421.]

XXVII Novembris. Stephanus Henrici, presb. parroch. ecclesie B. Marie de Calido Becco[3] curatus, Ebroicensis dioc.
Johannes Busson (Brisson?), clericus Redonensis dioc.
IX Januarii..... Johannes Beson (Veson?), de Parisius, bac. in leg.
Michael Mercatoris, de Parisius, mag. in art., et bac. in leg.
XVI Januarii.... Guillelmus Rousselli, mag. in art., Cathalanensis dioc.
XXX Januarii... Johannes de Jusseyo, mag. in art., et in leg. lic., Bisuntinensis dioc.
VI Martii..... Egidius de Brena, clericus, in art. mag., Lingonensis dioc.
XXI Maii..... Guillelmus Mets, presbyter et mag. in art., Cameracencis dioc.
XXIX Maii..... Alanus Gaubert, cleric., mag. in art., Briocensis dioc.
V Junii..... Girardus Rousseleti, cleric. Tullensis dioc.
XX Junii..... Nicasius Joye, de Parisius.
Guillelmus de Bullione (Vullione, p. 230), mag. in art., Lingonensis dioc.
III Septembris.. Guillelmus Pomerii, Parisiensis [dioc.], mag. in art.
XX Septembris.. Petrus de Bellafage, clericus Parisiensis [dioc.].

4. HARANGUES[4].

[1] Aucune mention. — [2] Aucune mention. — [3] Caudebec (Seine-Inférieure). — [4] Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 48 v°). In mense Octobris, anno Domini M CCCC XX, in nonis Nostre Domine.

[Octobre 1420-Septembre 1421.]

Gerardus de Heya, cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, resumet lecturam suam in cap. *Consuluit* in tit. *Qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt*[1], ubi alias dimisit, in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, ubi legere consuevit mag. Johannes de Crepone, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XI Octobris.

Guillelmus Romani, de Parisius, mag. in art., et bac. in utroque jure, hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in scolis secundis Facultatis, in quibus legit rev. pater dom. abbas S. Crispini Suessionensis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die vero XI Octobris.

Fr. Alanus Hay, prior priorat. de Castro Burgo (voy. p. 214), ord. S. Benedicti, Redonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit dom. Nicolaus de Logia, prior de Pontibus, et hoc pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum anno et die quibus supra.

Frater Arnouldus Le Vassault, relig. S. Anthonii (voy. p. 213), mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in magnis scolis, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XI Octobris.

Johannes Lamelin (Lancelin?), cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in utroque, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis collegii Belvacensis, ad intersignium B. Nicolay, in quibus legit rev. pater dom. Johannes Guioti, decretorum doctor, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XI Octobris.

Johannes de Fonte, Attrebatensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incipiet, hodie, in nonis N. Domine, VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Johannis Baptiste, ubi legere consuevit rev. doctor mag. Johannes Vipardi, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XI mensis Octobris.

Philippus Marescalli, Bisuntinensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Xristofori, in quibus legit mag. Johannes Guarini, decretorum doctor, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XI Octobris.

Frater Johannes Reynel[2], relig. monasterii B. Marie Middelburgensis, Premonstratensis ord., Trajectensis dioc., bac. in dec., hodie, in nonis N. Domine, in scolis inferioribus Scuti Campanie, ubi legere consuevit dom. prior de Pontibus, incipiet Clementinas, etc. Datum anno quo supra, die vero XI Octobris.

Johannes de Bonneul, presbyter Rothomagensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Hilarii, in quibus legere con-

[1] *Decretales Gregorii IX*, IV, 6, cap. 4. — [2] Voy. plus haut p. 195, 205, 210, 213 : «Reyneri».

suevit rev. pater dom. Robertus, abbas de Becco, decretorum doctor, pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die vero XI Octobris.

Robertus de Channincourt, cleric. Rothomagensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in superioribus scolis, supra secundas scolas Facultatis, et hoc pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum anno et die quibus supra.

Nicolaus Simonelli, presb. Turonensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Jacobi, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum X die mensis Octobris, anno Domini M CCCC XX.

Relig. vir frater Guillelmus de Conti (Coucy, p. 228), prepositus prepositure de Cerisiaco (voy. p. 214), ord. S. Benedicti, Ambianensis dioc., bac. in dec. Parisius, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Yvonis, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Gerardus Faydeti, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem, etc. Datum die et anno quibus supra.

Johannes Midoulx, cleric. de Parisius, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis inferior., ad intersignium Castri, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum XI Octobris, anno M CCCC XX.

Relig. vir frater Robertus Charonis, prior B. Marie de Mammis (voy. p. 215), Remensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Martini, in quibus legit rev. doctor mag. Herveus Pouchardi, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XX, die XIII mensis Octobris.

Gervasius de Maseretis, curatus de Hostilloys (?). Cenomanensis dioc., bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in secundis scolis superioribus rev. doctoris mag. Johannis de Crepone, ad intersinium (*sic*) Scuti Francie, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum Parisius, die XIIII mensis Octobris, anno XX.

(F° 49 r°). Simon Valerii, presb. Cenomanensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in primis scolis superioribus rev. doctoris mag. Johannis de Crepone, ad intersinium (*sic*) Scuti Francie, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum Parisius, XIIII die mensis Octobris, anno XX.

Martinus de Fraxinis, mag. in art., cleric. de Parisius, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Johannis Jerosolimitani, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die vero XVII mensis Octobris.

Robertus Pigneau, presbyter, curatus S. Paterni de Belloco (voy. p. 183, 213), Sagiensis dioc., et canon. ecclesie collegiate B. Marie de Melduno, Senonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, resumet lectiones suas in rubrica : *De translatione episcoporum*[1], ubi alias dimisit, in scolis posterioribus, supra secundas scolas, in quibus legit rev. pater dom. Johannes [de Servavilla], abbas S. Crispini Suessionensis, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XIX mensis Octobris.

Petrus Novi (Noni ?), Macloviensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, curatus ecclesie S. Arnuphi[2], Belvacensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Francie, in quibus legere consuevit ven. doctor mag. Livinus Neveline, et hoc pro quinto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Datum anno quo supra, die vero VII Novembris.

Johannes Lestournel, cleric. Baiocensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet,

[1] *Decretales Gregorii IX*, I, 7. — [2] Saint-Arnoult (Oise), voy. p. 213.

in nonis N. Domine, I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Castri, et hoc pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XVI Novembris.

Gerardus de Hoya, cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet, in nonis N. Domine, VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legere consuevit mag. Johannes de Crepone, decretorum doctor, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue, etc. Datum die XVIII, anno quo supra.

[1421.] Nicolaus Krest? (Vaest, p. 197), Leodiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Michaelis, etc., et hoc pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum XVII Januarii, anno quo supra.

Guillelmus Rousseleti, cleric. dioc. Cathalanensis, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Michaelis, etc. Datum VII die Januarii, anno quo supra, pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc.

Robertus de Trabibus (Crabibus?), presb. curatus ecclesie parroch. de Essoniaco[1], Constantiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Andree, et hoc pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum XXVI Februarii, anno quo supra.

Michael Mercatoris, de Parisius, mag. in art., et bac. in utroque, hodie, in nonis N. Domine, incepit III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro primo anno et primo vol., etc. Datum X die mensis Aprilis, anno quo supra.

Johannes Huberti, Cameracensis dioc., in art. mag., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britanie, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue. Datum X Aprilis, anno pro supra.

Frater Philipus de Franchelanis, ord. S. Anthonii Viennensis, preceptor de Pauleone[2], Xantonensis dioc., bac. in dec., hodie, in nonis N. Domine, incipiet VI librum Decretal., in magnis scolis, pro quarto anno et quarto vol., etc. Datum XIIII Aprilis, anno Domini M CCCC XXI.

Johannes Beson (Veson?), de Parisius, bac. in utroque jure, incipiet, hodie, IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Michaelis, in nonis N. Domine, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, etc. Datum XXIII Aprilis, anno XXI.

Guillelmus Romani, de Parisius, mag. in art., bac. in utroque jure, hodie, in nonis N. Domine, resumet lectiones suas, in cap. *Clericos, De cohabitatione clericorum et mulierum*[3], ubi alias dimisit, in scolis secundis Facultatis decretorum, in quibus legit rev. pater dom. abbas S. Crispini in Suessionensi dioc., decretorum doctor, et hoc pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum anno XXI, die vero XX Maii.

Johannes de Fonte, presbyter Attrebatensis dioc., mag. in art., et bac. in jure can., hodie, in nonis B. Marie, resumet lectiones suas in cap. *Cum expediat, De electione et electi potestate*[4], libro VI, ubi alias dimisit, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, in scolis ad Ymaginem S. Joannis. Datum anno Domini M CCCC XXI, Maii die XXIX.

Guillelmus Mets, presb. curatus ecclesie parroch. de Bosc (?), Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad Ymaginem Beati Andree, et pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XXI, die XVII mensis Junii.

[1] Ce nom de lieu n'est pas aisé à identifier. On peut lire dans le ms. Essoniaco, Estoniaco, Essomaco, Estomaco, Essouraco, Estouraco, mais je ne vois pas, parmi les localités dont les noms se rapprochent des noms cités, de village qui se prête à une identification certaine. Peut-être s'agit-il du village d'Esson (Manche ou Calvados)?

[2] Pauléon (Charente-Inférieure).

[3] *Decretales Gregorii IX*, III, 2, cap. 3.

[4] *Sextus Liber*, I, 6, cap. 29.

Johannes Lestournel, clericus Baiocensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Castri, et hoc pro tertio anno et quarto vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXI, die XI mensis Augusti.

Guillelmus Hemery (voy. p. 196), cleric., mag. in art., et bac. in dec., hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad Ymaginem B. Andree, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXI, die XXX mensis Augusti.

Philippus Marescalli, Bisuntinensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet Clementinas, in scolis ad Ymaginem S. Christofori, in quibus legere consuevit mag. Johannes Garini, decretorum doctor, decanus hujus alme Facultatis, et hoc pro quarto anno et quarto vol. suo, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum sub sigillo domini decani dicte Facultatis, die XXIII Julii, anno Domini M CCCC XXI.

(F° 49 v°). Jacobus Merati, cleric. Lingonensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, a parte posteriori, ad Ymaginem B. Andree Apostoli, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XXI, die (?).

Johannes Daguier, cleric., bac. in dec. Parisius, capellanus ecclesie Parisiensis, subbedellusque ven. Facultatis decretorum, hodie, in nonis N. Domine, [incipiet] III librum Decretal., *De vita et honestate clericorum*[1], in scolis superioribus, a parte exteriori, supra secundas scolas majores, in quibus legere consuevit rev. doctor. dom. Johannes [de Servavilla], abbas S. Crispini Suessionensis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum Parisius, anno M CCCC XXI, die XII mensis Septembris.

Petrus de Bellafago, cleric. de Parisius, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Thome, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XXI, die XXVI mensis Septembris.

Mag. Guido Boscherii, mag. in art., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXI, die XXVI mensis Septembris.

Alanus Gouberti, cleric. Briocensis, mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet, in nonis N. Domine, IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXI, die XVIII mensis Septembris.

(F° 50 r°). In mense Octobris, anno millesimo CCCC XX, in nonis S. Jacobi.

Henricus Mercatoris, presb. curatus parroch. ecclesie de Viriaco[2], Parisiensis dioc., et canonicus Pruvinensis, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Equi Rubei, ante scolas collegii de Dormano, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XI Octobris. [Octobre 1420-Septembre 1421.]

Petrus Burgundi, cleric. Suessionensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, supra secundas scolas Facultatis, et hoc

[1] *Decretales Gregorii IX*, III, 1. — [2] Voy. p. 215.

pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XI Octobris.

Petrus de Brouquerque, cleric. Morinensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in tertiis, propter jejunium, incipiet IV librum Decretal., in scolis S. Johannis Jerosolimitani, ad intersignium S. Johannis Jerosolimitani, ubi legit ven. et circumsp. vir mag. Johannes Vipardi, decretorum doctor, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XI mensis Octobris.

Johannes de Gazone, presb., mag. in art., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Xristofori, ubi legit rev. doctor dom. Johannes Garini, decretorum doctor, actu regens, etc., pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XX, die XI Octobris.

Johannes Francisci, presbyter Tullensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Martini, in quibus legit rev. mag. Herveus Pouchardi, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XX, die XI mensis Octobris.

Johannes Boillon (Voillon, Voullon, p. 131, 208, 230), presb. Lingonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legit mag. Johannes Guarin, decretorum doctor, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum anno quo supra, die vero XXIII Decembris.

[1421.] Johannes de Chaneto (voy. p. 189), cleric. Lingonensis dioc., bac. in dec. Parisius, et in art. bac., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis mediis, ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum anno quo supra, die vero V mensis Martii.

Michael Quoti, cleric. Constantiensis dioc., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet I librum Decretal., ad intersignium B. Andree Apostoli, et continuabit ad voluntatem audientium, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum XXX die mensis Julii, anno Domini M CCCC XXI.

Johannes Magistri, prior, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis supra scolas secundas Facultatis, in quibus legere consuevit rev. in Xristo pater dom. abbas S. Crispini, pro tertio anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXI, die XVIII mensis Septembris.

DÉCANAT DE JEAN GUÉRIN.

NOVEMBRE 1421 À NOVEMBRE 1422.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[Ces années furent particulièrement troublées; il n'est donc pas étonnant de ne rencontrer aucune mention sur les registres de la Faculté de décret. On ne peut affirmer que les exercices aient cessé complètement dans la Faculté, mais il est probable qu'ils furent très irréguliers et que beaucoup d'étudiants furent retenus chez eux par leurs parents.

On était au temps le plus dur de l'occupation anglaise. Rouen avait capitulé le 19 Janvier 1419 et Soissons le 8 Mars de la même année. Le célèbre traité de Troyes avait été signé le 21 Mai 1420 et Henri V d'Angleterre avait épousé Catherine de France le 2 Juin. Tous les princes firent à Paris, le 11 Décembre 1420, une entrée solennelle, qui fut suivie d'un renchérissement général de tous les prix. On pourra consulter sur ce point deux publications fort intéressantes : Longnon, *Paris pendant la domination anglaise*, Paris, in-8°, 1878, et A. Tuetey, *Journal d'un bourgeois de Paris, 1405-1419*, Paris, in-8°, 1881. Ce dernier ouvrage donne des détails précieux sur les conditions difficiles de l'existence à Paris pendant cette période (pages 113, 117, 127, 135, 142, 145). Il a d'autant plus d'intérêt pour nous qu'il fut sans doute rédigé par un étudiant en droit, Jean Chuffart[1], qui devint plus tard docteur régent de la Faculté de décret.

Voici comment s'exprime Jean Chuffart à la fin de l'année 1421 (A. Tuetey, *loco cit.*, p. 161) : « En ce temps, toute maleureuseté estoit à Paris par lui qu'il faisoit paier à tout homme qui n'avoit point de puissance, selon sa qualité, argent fin, l'un III marcs, l'autre II, l'autre II ou III onces, et pour faire celle meschante monnoye davant dicte; et qui estoit reffusant, tantost avoit sergens en sa maison et estoit mené en prinsons diverses, et ne povoit on parler à lui, et le convenoit paier, et n'eust eu plus vaillant au monde, puis que ce président l'avoit dit. Et estoient de son conseil deux autres tirans, Jean Dole et Pierre d'Orgemont, qui misdrent marchandise si au bas, que homme ne vendoit ne n'achetoit que seullement pain et vin, car ung homme estoit tout chargé de dix frans en monnoye, et pour ce n'en portoit on point dehors. Et si estoit chascun si grevé de paier sa maison que plusieurs renoncerent en ce temps à leurs propres héritaiges pour la rente, et s'en alloient par desconfort vendre leurs biens sur les carreaux, et se partoient de Paris comme gens desesperez. Les ungs alloient à Rouen, les autres à Senliz, les autres devenoient brigans de boys ou Arminalz, et faisoient tant de maulx après, comme eussent fait les Sarasins, et tout par le faulx gouvernement des devantdiz loups ravissans, qui faisoient contre la deffence du Vieil Testament et du Nouvel, car ilz mengeoient la char à tout le sang, et si prenoient la brebiz et la laine. Hélas! la grant pitié

[1] Jean Chuffart ou Chuffard, comme on peut le constater plus haut, fut reçu licencié en décret en Avril 1416. (Voy. p. 149.) Il avait complété ses exercices obligatoires, en lisant le premier livre des Décrétales à partir du 1er Octobre 1415 : « pro quinto anno et quarto volumine ». (Voy. p. 157.)

IMPRIMERIE NATIONALE

d'aller parmy la ville de Paris, fust à feste ou autre jour, car vrayement on y veoit plus de gens demandans l'aumosne que d'autres, qui maudisoient leurs vies c mille foys le jour, car trop avoient à souffrir. Car en ce temps on leur donnoit tres pou, car chascun avoit tant à faire de soy que pou povoit ayder à aultre nulle personne, ne vous eussiez esté en [quelque] compaignie que vous ne veissiez les ungs lamenter ou plourer à grosses lermes, maudisant leur nativité, les autres fortune, [les autres] les signeurs, les autres les gouverneurs, en criant à haulte voix bien souvent et asseurement : «Hélas! hélas! vray tres doulx Dieu, quant nous cessera ceste «pesme douleur et ceste doloreuse vie et de dampnable guerre»; en disant maintes foys : «[Vray «Dieu] *vindica* [*sanguinem*] *Sanctorum!* Venge le sang des bonnes créatures qui meurent [sans «deserte] par ces faulx traistres Arminalx.»

L'année 1422 ne fut pas meilleure. Henri V mourut le 31 Août 1422 et Charles VI le suivit peu de temps après, le 21 Octobre de la même année. Il est facile de constater dans le journal de Jean Chuffart que les plaintes ne cessent pas (Tuetey, *loco cit.*, p. 164) : «En ce temps estoit le roy d'Angleterre devant Meaulx, et y fist son Nouel et sa Thyephaine, qui en toute la Brie avoit ses gens qui partout pilloient; et, pour iceulz et pour les devantdiz, on ne povoit labourer ne semer nulle part. Souvent on s'en plaignoit aux signeurs dessusdiz, mais ilz ne s'en faisoient que mocquer ou rire, et en faisoient leur gens pis trop que davant, dont le plus des laboureurs cesserent de labourer, et furent comme desesperez, et laisserent femmes et enffans, en disant l'un à l'autre : «Que ferons nous? Mettons tout en la main du Deable, ne nous chault «que nous devenons; autant vault faire du pis qu'on peut comme du mieulx. Mieulx nous vaul«sist servir les Sarazins que les Chretiens, et pour ce faisons du pis que nous pourrons. Aussi «bien ne nous peut on que tuer on que prendre, car pour le faulx gouvernement des trestres «gouverneurs, il nous faut renyer femmes et enffans, et fouir au boys comme bestes esgarées; «non pas ung an ne deux, mais il y a XIIII ou XV ans que ceste dance doloreuse commença, «et la plus grant partie des signeurs de France en sont mors à glaive, ou par poison, ou par «traïson, ou sans confession, ou de quelque mauvaise mort contre nature.»]

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

[Il n'existe sur les registres de la Faculté de décret aucune mention de collation pour aucun grade.]

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 52 r°). JOHANNES GUARINI. — IN MENSE NOVEMBRIS, ANNO DOMINI MILLESIMO QUADRINGENTESIMO [VICESIMO] PRIMO, IN NONIS NOSTRE DOMINE, X DIE EJUSDEM MENSIS, PROPTER CESSATIONES QUE FUERUNT ILLO ANNO USQUE AD ILLAM DIEM QUA INCEPERUNT BACHALARII SUAS LECTIONES. [1421. Novembre.]

Frater Arnoldus Le Vassault, relig. S. Anthonii (voy. p. 213), mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet v librum Decretal., in istis scolis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, etc. Datum anno Domini M CCCC XXI, die X Novembris.

Guillelmus Romani, de Parisius, mag. in art., et bac. in utroque jure, hodie, in nonis N. Domine, incipiet VI librum Decretal., in scolis secundis Facultatis decretorum, in quibus legit rev. pater dom. abbas S. Crispini, Suessionensis dioc., decretorum doctor, et hoc pro secundo anno et tertio vol. lecture sue, etc. Datum, etc.

Frater Philipus de Franchelanis, ord. S. Anthonii Viennensis, preceptor de Pauleone (voy. p. 222), Xanctonensis dioc., hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Xristofori, et hoc pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum anno et die quibus supra.

Johannes Lamelin (Lancelin?), cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in utroque jure, in nonis N. Domine, incipiet Clementinas, in scolis collegii Belvacensis, ad Ymaginem S. Nicolai, in quibus legit rev. pater dom. Johannes Guioti, decretorum doctor, et hoc pro quarto anno et quarto vol., etc. Datum anno et die quibus supra.

Philippus Marescalli, Bisuntinensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Xristofori, in quibus legit rev. dom. mag. Livinus Neveline, decretorum doctor, et hoc pro sexto anno et sexto vol. lecture sue, etc. Actum anno et die quibus supra.

Johannes Daguier, cleric. Parisiensis [dioc.], in jure can. bac. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, supra secundas scolas majores, a parte exteriori, et hoc pro primo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno et die quibus supra.

Guillermus Mets, presb. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, in nonis B. Marie, resumet lecturam suam, in cap. [*Quoniam*] *contra falsam*, titulo *De probationibus* [1], ubi alias dimisit, in scolis ad Ymaginem S. Michaelis, et hoc pro secundo anno et primo vol. lecture sue. Actum anno et die quibus supra.

Johannes Huberti, presb. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britanie, in quibus legere consuevit ven. et circumsp. vir mag. Nicolaus de Logia, decretorum doctor, pro quinto anno et quarto vol. lecture sue, etc. Actum ut supra.

Relig. vir frater Guillelmus de Coucy (Conty [2], p. 189, 198, 205, 214, 221), prepositus prepositure de Serisiaco, ord. S. Benedicti, Ambianensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Yvonis, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Gerardus Faideti, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture, etc. Actum, etc.

Nicolaus Symonnelli, presb. Turonensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, in nonis N. Domine, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Thome, in quibus legere consuevit ven. vir mag. Jacobus de Luceyo, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Actum ut supra.

Johannes Lestournel, cleric. Baiocensis dioc., mag. in art., et bac. [in dec.], in nonis N. Domine, incipiet VI librum Decretal., ad intersignium S. Hilarii, et hoc pro quarto anno et sexto vol. lecture sue. Actum anno et die quibus supra.

Jacobus Merati, clericus Lingonensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium Scuti Britanie, in quibus legere consuevit rev. doctor dom. Nicolaus de Logia, decretorum doctor, prior prioratus de Pontibus, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture, etc. Actum anno et die, etc.

Henricus Mercatoris, presb. dioc. Meldensis, bac. in dec. Parisius, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis ad intersignium Equi Rubei, in scolis collegii de Dormano, ubi legere consuevit rev. doctor mag. Reginaldus Crassy, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture, etc. Actum anno et die quibus supra.

Gerardus de Hoya, cleric. Cameracensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, resumet lectiones suas in cap. primo *De Jurejurando*, libro VI [3], ad Ymaginem B. Michaelis, in scolis superioribus, a parte anteriori, pro sexto anno et quinto vol., etc. Datum anno et die quibus supra.

(F° 52 v°). Guillelmus Rousseleti, cleric. Cathalanensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Michaelis, et continuabit ad voluntatem audientium, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum anno et die quibus supra.

Johannes de Vuymonto (Vimont, p. 182), Parisiensis presb., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legit mag. Johannes Guarini, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum anno et die quibus supra.

Nicholaus de Vaest (voy. p. 197, 222, 249), Leodiensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis posterioribus bassis, ad Ymaginem S. Michaelis, et continuabit, etc., et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Actum anno quo supra, die vero XII mensis Novembris.

[1] *Decretales Gregorii IX*, II, 19, cap. 11. — [2] Il s'agit bien ici de Guillaume de Conty, qui fut plus tard docteur régent de la Faculté. — [3] *Sextus Liber*, II, 11. cap. 1.

Martinus de Fraxinis, cleric. de Parisius, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Johannis, et hoc pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum anno quo supra, die vero X mensis Novembris.

Petrus de Bello Fago, cleric. de Parisius, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, resumet lectiones suas in rubrica *De dilationibus*[1], cap. primo, in scolis ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro secundo anno et primo vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XIII mensis Novembris.

Gervasius de Maseretis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus rev. doctoris mag. Johannis Guarin, ad intersignium Scuti Francie, et hoc pro quarto anno et quarto vol., etc. Datum anno et die quibus supra.

Johannes Francisci, presb. Tullensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in secundis scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro quinto anno et quinto vol. Datum anno quo supra, XIV die Novembris.

Johannes Midoulx, de Parisius, mag. in art., bac. in dec. Parisius, et rector ecclesie parroch. S. Stephani de Braya Comitis Roberti[2], Parisiensis dioc., hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Jacobi, et hoc pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XIV Novembris.

Johannes de Fonte, presb. Attrebatensis dioc., mag. in art., et bac. in jure can., hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Johannis, et hoc pro quarto anno et quarto vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XIIII mensis Novembris.

Simon Valerii, presb. Cenomanensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus S. Johannis Hospitalis, ad intersignium Scuti Francie, et hoc pro quinto anno et quinto vol., etc. Datum anno quo supra, die XX Novembris.

Guillermus de Vullione (Bullione, p. 219), mag. in art., Lingonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus Curriculorum, pro primo anno et primo vol., et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno quo supra, die XX Novembris.

(F° 53 r°). JOHANNES GUARIN. — IN MENSE NOVEMBRIS, ANNO DOMINI MILLESIMO CCCC [VIGESIMO] PRIMO, IN NONIS SANCTI JACOBI, DIE X EJUSDEM MENSIS, PROPTER CESSATIONES QUE FUERUNT ILLO ANNO USQUE AD ILLAM DIEM QUA BACHALARII INCEPERUNT LEGERE. [1421. Novembre

Johannes Magister, presb., curatus parroch. ecclesie de Vauchery[3], Senonensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis supra secundas scolas Facultatis, in quibus legere consuevit rev. in Xristo pater dom. abbas S. Crispini, et hoc pro quarto anno et tertio vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XV mensis Novembris.

Petrus Broukerke, cleric. Morinensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, ubi legit ven. et circumsp. vir mag. Johannes Guarin, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XVI Novembris.

[1] *Decretales Gregorii IX*, II, 8. — [2] Brie-Comte-Robert (Seine-et-Marne). — [3] Vauchery (Seine-et-Marne).

Johannes Boillon (Voullon, Voillon, p. 224), presb. Lingonensis dioc., bac. in dec. Parisius et curatus parroch. ecclesie S. Martini de Corcellis prope Monstrolium[1], Senonensis dioc., hodie, in nonis S. Jacobi, [incipiet] v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Johannis, et hoc pro quinto anno et quarto vol., etc. Datum anno quo supra, die vero XXI Novembris.

[1] Courcelles près de Montereau (Seine-et-Marne)?

DÉCANAT DE HERVÉ POUCHARD.

NOVEMBRE 1422 À NOVEMBRE 1423.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[Aucune délibération ne fait mention de l'élection au décanat d'Hervé Pouchard, mais cette élection résulte de la délibération du 10 Novembre 1423, dans laquelle il est dit que Hervé Pouchard était doyen l'année précédente : «Dominus H. Pouchardi, qui pro anno preterito illud officium exercuit». Cette indication prouve que, pendant les premières années de l'occupation anglaise, les registres de la Faculté furent très mal tenus. Il est vrai que la situation ne s'était pas modifiée, mais elle n'avait pas empiré parce que ce n'était pas possible. Voici quelques nouveaux extraits du journal de Jean Chuffart qui sont caractéristiques. Les obsèques de Charles VI furent célébrées le 11 Novembre 1422. Jean Chuffart dit à ce propos (*loco cit.*, p. 180) : «Le duc de Bedfort, au revenir, fist porter l'espée du roy de France davant luy, comme regent, dont le peuple murmuroit fort, mais souffrir à ceste foys le convint.» — Plus tard, en Février 1423, les Anglais jugèrent utile de faire prêter serment de fidélité à tous les Parisiens. Jean Chuffart fait ici les remarques suivantes (*loco cit.*, p. 182) : «En icellui moys [de Février], furent sarmentez tous ceulx de Paris, c'est assavoir, bourgoiz, mesnaigers, charrettiers, bergers, vachers, porchers des abbayes, et les chamberieres et les moynes mesmes, d'estre bons et loyaux au duc de Bedfort, frere de feu Henry, roy d'Angleterre, regent de France, de lui obeïr en tout et par tout, et de nuire de tout leur povoir à Charles qui se disoit roy de France et à tous cez alliez et complices. Les ungs de bon cuer le firent, les autres de tres malvese volenté.» — On pourra facilement constater que Jean Chuffart ne cesse de se lamenter sur la dureté des temps (*loco cit.*, p. 188) : «Quans lieux demourez inhabitez, comme villes, chasteaux, moustiers, abbayes et autres, hélas! hélas! quans orphelins on peut en terre chrestienne trouver, et quantes pouvres femmes vefves et chetives par telz occisions. Hélas! . . .»]

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

[Il n'existe sur les registres de la Faculté de décret aucune mention de collation pour aucun grade.]

III

LECTURES DES BACHELIERS.

[Il n'existe sur les registres de la Faculté de décret aucune attestation de lectures de bacheliers. C'est peut-être une négligence, car les bacheliers qui avaient lu en 1421-1422 purent sans doute continuer à lire en 1422-1423[1].]

[1] La constatation suivante tendrait cependant à faire croire que les lectures furent très irrégulières en 1422-1423 : Un bachelier, Nicolas de Vaest, avait lu en 1421-1422 «pro tertio anno» (voy. p. 229); or, dans les lectures de 1423-1424, Nicolas de Vaest est indiqué comme lisant «pro quarto anno»; il n'avait donc pas lu en 1422-1423. (Voy. p. 249.)

DÉCANAT DE GUILLAUME DE BLANCHERIVE.

NOVEMBRE 1423 À AOÛT 1424.

VICE-DÉCANAT DE JEAN DE BRETONS[1].

AOÛT 1424 A NOVEMBRE 1424.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

De Albarippa. Anno m cccc xxiii.

(F° 55 r°). *Electio decani cum juramento ipsius.* — Anno Domini m cccc xxiii, die mercurii, in vigilia Beati Martini confessoris, x Novembris, omnibus dominis meis doctoribus et regentibus in cappella apud Sanctum Johannem per cedulam super hoc specialiter evocatis et congregatis pro electione futuri decani, dominus Herveus Pouchardi, qui pro anno preterito illud exercuit officium, apportavit librum et claves Facultatis, et exhoneravit se de hujusmodi officio. Quo facto, major pars dominorum meorum elegit me Guillelmum de Albarippa in decanum dicte Facultatis. Quo facto, feci juramenta solita. [1423-1424.] [10 Novembre.]

Ordinatio lecture cum nominibus tunc regentium. — Eadem die, fuit ordinatum per dominos meos quod ipsi legerent die martis xvi Novembris; et pro tunc erant tunc presentes et regentes pariter inferius nominati, scilicet : dominus abbas Sancti Crispini, domini Livinus Neveline, Anthonius de Elenco, Herveus Pouchardi, Philippus de Franchelanis, Gueroudus Bousselli, Guillelmus de Conty, Johannes Humberti, Guillelmus de Albarippa et Johannes de Bretons.

Ordinatio decretalis « Omnis utriusque sexus » legende per dominum Anthonium de Lenco. — Item, ipsa die, promisit dictus Anthonius de Elenco legere in festo Pasche, vel facere legi per me, decretalem : *Omnis utriusque,* et ego debeo legere, in festo Nativitatis proxime venture, pro eo, decretalem : *Firmiter credimus vel dampnamus.*

[1] Le nom de ce régent est incertain ; on peut lire Bretons ou Brecons. L'abbé Periès l'appelle « Jean de Bretons » dans son ouvrage : *La Faculté de droit de Paris,* p. 62. En 1412, il y avait à l'Université d'Orléans un régent appelé « Johannes de Bretaigne ». C'est peut-être le même personnage que Jean de Bretons. (Voy. M. Fournier, *Les Statuts et Privilèges,* t. I, p. 195.)

IMPRIMERIE NATIONALE.

Ordinatio deputatorum pro facto bedellorum particularium. — Item, ipsa die, dominus Sancti Crispini fuit ex parte Facultatis deputatus de eundo erga dominum primum presidentem pro requirendo factum bedellorum dominorum doctorum. Qui suscepit hoc onus eundi; et dominus prepositus et dominus prior de Alceya (Alteya?)[1] fuerunt deputati ad eumdem cum eo.

Ipsa die, fuerunt deputati domini Livinus et Gueroudus de adeundo dominum prepositum Parisiensem hac de causa, nec non dominum episcopum Morinensem et decanum Sancti Germani; et ego fui deputatus de eundo ad magistrum Nicolaum Fraillon ad solicitandum quod visitaret sibi tradita ex parte Facultatis pro dicto facto bedellorum particularium, et ad faciendum, quando posset facere, de illis suam relationem in consilio regis, nec non pro habendo copiam cujusdam littere alias sibi tradite super facto dictorum bedellorum, ut ipsa corrigeretur per suum consilium et poneretur in forma que posset obtineri verisimiliter de presenti.

[13 Novembre.] *Alia ordinatio deputatorum pro eodem facto cum comminatione.* — Anno predicto, die sabbati XIII Novembris, de mane octava hora, fuerunt domini mei congregati et vocati, die precedenti, per juramentum, in Sancto Johanne, ad providendum super facto dictorum bedellorum; et, quia constitit per relationem domini prepositi quod dominus Sancti Crispini ipse, nec dominus prior, fuerant pro facto dictorum bedellorum apud dominum presidentem, et hoc maxime propter absentia dicti domini Sancti Crispini, presentibus dominis meis, scilicet : Livino Neveline, Herveo Pouchardi, Philippo de Franchelanis, Gueroudo Boisselli, Guillelmo de Conty, Johanne Humberti, Johanne de Bretons et me, fuit deliberatum et conclusum quod alii deputati exequerentur quod alias fuerat eis injunctum, et quod mandaretur domino Sancti Crispini, tunc absenti, quod acciperet horam sibi propitiam, hodie vel cras, ad eundum ad dictum dominum presidentem, in societate aliorum dominorum secum deputatorum, et quod super isto fieret sibi preceptum per juramentum; et, si ipse renueret, quod citaretur ad primam missam, allegaturus causam quare id non fecerit. Quod incontinenti dixi bedello, qui bedellus illud executus fuit, ut mihi retulit.

Deliberatio Facultatis super processu pendente inter dominos doctores super aliquibus tangentibus sua jura. — Item, ipsa die, in ipsa congregatione, post recessum domini mei domini prioris de Alceya, qui tunc necessitatus recessit, fui requisitus per dominum meum dominum Livinum Neveline de ponendo in deliberatione an expediebat, pro bono et honore ipsius Facultatis, suspendere processum qui vertitur inter dominum Sancti Crispini et magistrum dominum Herveum Pouchardi ex una parte, et dominum meum magistrum Livinum parte ex altera, nec non processum pendentem inter dictum magistrum Livinum Neveline ex una,

[1] Auchy-les-Moines (dioc. de Boulogne), ou plutôt Saint-Martin-d'Auchy (dioc. de Rouen).

et magistrum Johannem Humberti ex alia, super facto birretorum et aliorum, etc. Quod feci, requirendo quemlibet, per suum juramentum, quod deliberaret in hujusmodi negotio ad honorem dicte Facultatis, seclusis favore, odio et omni alia affectione particulari. Quibus sic actis, deliberatum fuit et conclusum concorditer, nemine contradicente, quod, pro honore Facultatis et dictorum doctorum, isti processus tenerentur in statu in quo sunt de presenti, ab hac die XIII Novembris usque ad diem jovis XXV dicti mensis, et quod interim una pars contra aliam non procederet quoquomodo, sub pena privationis a regentia per omnem mensem, quoniam sperabat Facultas quod interim, per Dei gratiam, sedaretur questio orta inter partes predictas. Que conclusio fuit per bedellum, scilicet Dyonisium, ex precepto Facultatis, dicto domino Sancti Crispini incontinenti seu statim post significata, ut mihi bedellus ipse retulit.

Datio molii merellorum[1] *Facultatis domino receptori Facultatis.* — Item, dicta die, fuit appertum per serarium parvum scrinium existens in coffro Facultatis, et, sera levata, fuit in eodem captum molium merellorum Facultatis, quod fuit traditum domino meo, domino Philippo de Franchelanis, receptori dicte Facultatis, ad finem quod faceret fieri alios novos merellos de stanno. Et, illis factis, ordinatum fuit quod antiqui merelli, qui erant de plumbo, de cetero nullum haberent cursum.

(F° 55 v°). *Redditio virgarum Facultatis per bedellos generales ipsius facta.* — [18 Novembre.]
Anno CCCC XXIII, die jovis XVIII Novembris, dominis meis congregatis post missam Facultatis in cappella nova apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, coram dictis dominis comparuerunt Dyonisius Courtillier, major bedellus Facultatis predicte, et Johannes Daguyer, subbedellus generalis, qui ibidem, in congregatione dicte Facultatis, reddiderunt et apportaverunt virgas Facultatis, videlicet dominus Dyonisius virgam majorem rubeam, et Johannes Daguyer virgam minorem albam; et, juramentis ipsorum renovatis, prout in libro Facultatis continentur, traxerunt se ipsi bedellus et subdellus ad partem. Et, deliberatione super illis que tenentur et debent facere habita, deliberatum fuit quod virga Johannis Daguyer subbedelli sibi redderetur, quodque Facultas de ipso et suo servitio contentabatur. Quantum vero ad Dyonisium, majorem bedellum, deliberavit Facultas quod propter deffectus, quos facit idem Dyonisius de die in diem et retroactis temporibus, sciat quod non redderetur sibi sua virga, sed remaneret in custodia Facultatis usque ad octo dies, donec plenius super suis deffectibus ipsa Facultas deliberaverit.

Ordinatio lecture. — Die mercurii, anno et mense predictis, XXIII dicti mensis, [24 Novembre.]

[1] Il s'agit d'une petite monnaie d'étain. Les *méreaux* étaient sans doute des espèces de jetons. (Voy. Ducange, V° *Merellus* et *Marellus*.)

fuit, post missam dominorum doctorum, ordinatum de lectura dominorum doctorum, ad diem videlicet III Decembris proximi.

[2 Décembre.] Die jovis II Decembris, anno predicto, post missam, dominis doctoribus insimul congregatis, ordinaverunt de punitione magistri Hugonis Clerici, occasione offense per eum facte Facultati, ratione cujus se submiserat ordinationi Facultatis. Non tamen voluit suam ordinationem proferre pro tunc, donec prius aliqui de dominis doctoribus fuissent super aliquibus locuti amicum dicti magistri Hugonis. Pro quo faciendo fuerint deputati dominus conservator et ego.

Ordinatio Facultatis contra magistrum Johannem Hueti. — Item, ordinavit quod de cetero magister Johannes Hueti, qui nuper fuit bachalarius, non recipiatur ad aliquem actum in ipsa Facultate, donec emendaverit offansam factam per eum de quadam cedula per eumdem scripta in vituperium sui doctoris, die sue harenge, cui non dedit prandium, ut tenetur, sed derisorie, loco prandii, misit dicto suo doctori prefatam cedulam.

[4 Décembre.] *Nominatio ceterorum deputatorum pro adeundo concilium.* — Anno predicto, die sabbati III Decembris, fuit congregatio Universatis, in qua rector petebat de qualibet Facultate et natione habere certos nominatos ad frequentandum concilium prelatorum Gallie; et, in illa congregatione, Facultas elegit et expresse ad hoc nominavit dominos [abbatem] de Latignyaco[1] et priorem de Alceya, et cetera alia conclusit, prout alie Facultates.

Juramentum bachalarii et burse. — Item, ipsa die, juravit, prout est fieri solitum, magister Guillebertus Alouf, magister in artibus, qui nuper fuit admissus ad gradum bachalariatus, et solvit domino meo, domino Philippo de Franchelanis, pro bursis suis XXIII s. monnete nunc currentis.

[6 Décembre.] *Sententia contra magistrum Hugonem*[2]. — Anno CCCC XXIII, die lune VI Decembris, dominis doctoribus post missam Facultatis in nova cappella Sancti Johannis congregatis, fecerunt legi coram eis unum instrumentum per procuratorem confectum in modo instrumenti publici, per quod constabat venerabilem et discretum virum, magistrum Hugonem de Druyaco, in legibus licentiatum, domini nostri regis consiliarium, esse procuratorem magistri Hugonis Clerici, canonici Parisiensis, ad audiendum ordinationem ipsius Facultatis seu sententiam super quadam offensa per ipsum Clerici dicte Facultati facta, et ad ratificandum illam ordinationem seu sententiam. Quo instrumento lecto, venit dictus magister Hugo de Druyaco, petens, nomine procuratoris dicti Hugonis Clerici,

[1] Abbaye de Lagny? (dioc. de Meaux). — [2] Le fol. 56 r° et v° est en blanc.

ordinationem seu sententiam dicte Facultatis dici et pronuntiari. Quo facto, per organum mei decani, ex parte Facultatis fuit ordinatum seu sententiatum in modum qui sequitur, videlicet : 1° Quod dictus magister Hugo Clerici, in reparatione offense per eum facte, de cetero omni die legibili, hinc usque ad suam licentiam, tenebitur frequentare lectionem matutinalem, de quo in sua licentia tenebitur facere fidem per cedulam legentis de mane vel per proprium juramentum. — 2° Quod dictus Clerici tenebitur suis expensis solvere unum librum pargameni ejusdem quantitatis quante erat liber papireus per ipsum dilaceratus; quodque faciet in dicto libro pargameni suis sumptibus scribi omnia que scripta erant in dicto libro papireo. — 3° Quod licentia dicti magistri Hugonis suspenditur usque ad duos annos ultra tempus requisitum ad gradum licentie in dicta Facultate obtinendum, hoc adjecto quod, illis duobus annis durantibus, tenebitur legere secundum quod faciunt baccalarii pro sua licentia obtinenda. — 4° Quod prefatus Clerici, in signum reparationis illius offense per eum facte, solvet Facultati decem marchas argenti pro faciendo unam massam seu virgam, que perpetuo revertebitur Facultati, salvis modificatione, gratia et dispensatione predicte Facultatis super predictis.

Post cujus sententie prolationem, dictus magister de Druyaco laudavit et approbavit et acquievit huic ordinationi seu sententie.

Admissio bachalarii cum juramento. — Item, ipsa die, fuit admissus ad gradum bachalariatus Guido Haguenini, frater magistri Petri Haguenini; est pauper et solvit XXIII s., fecitque juramentum consuetum [1].

(F° 57 r°). *Examen appertum est hac die.* — Die lune post Invocavit XIII mensis Martii, fuit appertum examen in venerabili Facultate decretorum, et ipsa die juraverunt bacalarii admissi ad examen solita juramenta; deinde facta fuit per decanum harenga more solito, et nichil aliud prandium. [1424 13 Mars.]

Et, ipsa die, post prandium, fuit divisa inter intrantes per dictum decanum prima questio secunde cause intrantibus pro illo examine assignata, nec non glosa, et cuilibet intrantium fuit sua portio assignata, tam de textu quam de glosa, prout consuetum est fieri.

Clausum est examen hac die. — Die veneris XXIII Martii, fuit clausum examen dicte Facultatis, in quo examine fuerunt omnes admissi, aliqui tamen sub certis conditionibus eis, ipsa die, per dominos doctores ad partem, ante eorum admissionem, dictis et declaratis. [23 Mars.]

[1] En marge dans le manuscrit : « Facultas dispensavit cum eodem ut solveret X francos pro dicto libro pargameni et scriptura. Quidem liber factus et constitit III libras III solidos. Et notarii habuerunt XVI solidos, sic pro scriptura remanserunt LX solidos. »

[5 Avril.] Die mercurii v Aprilis, anno XXIII, ante Pascha, dominus Johannes Humberti, procurator magistri Thomæ Frenes (voy. p. 272), presentavit se ad doctoratum casu quo unus vel duo alii presentarent se ad doctoratum, et promisit Facultati LX scuta auri.

[8 Avril.] Die sabbati VIII Aprilis, fuit admissus ad regentiam dominus Petrus de Pruvino, decretorum doctor, et die jovis XIII dicti mensis fecit juramenta consueta, et fuit oneratus de legendo decretalem in festo Penthecostes proximo.

[10 Avril.] *Presentatio.* — Die lune X Aprilis, anno XXIII ante Pascha, fuerunt presentati baccalarii predicti domino commissario, loco domini Parisiensis cancellarii, per dominum nostrum papam ordinato. Qua presentatione facta per decanum, respondit idem dominus quod, ex quo domini doctores reputabant prefatos baccalarios licentia dignos, quod ipse merito contentabatur, et quod, quam primum ipse posset, ipse licentiaret eos, secundum ordinem designatum in quadam cedula sibi pro tunc per dictum decanum tradita, que quidem erat sigillata sigillo ipsius decani in medio et in extremitatibus, nec volebat aliquid immutare in dicto, prout nec debebat.

[18 Avril.] (F° 57 v°). Hac die XVIII Aprilis, post licentiam, dominis doctoribus congregatis in capella inferiori domini episcopi Parisiensis, post scrutinium factum predicte licentie, ad sciendum an aliquis eorum vellet se presentare, etc., incepit Robertus de Channincourt, dicere quod fuerat sibi facta mala societas per dominos meos, cui fuit dictum per decanum quod verum dicebat, cum fuisset admissus de gratia ad licentiam, nec meruisset habere tam honestum locum secundum quod habuit.

Item, eadem hora, in exitu capelle predicte, Petrus de Broquerke, qui fuerat etiam admissus ad licentiam de gratia et sub aliis conditionibus alias sibi declaratis, a parte dixit talia verba in effectu : « Je reni Dieu se vous n'aves tres faussement et malvarsement jugié! » Que verba fuerunt dicta coram quolibet in vituperium Facultatis. Quare ordinaverunt dicti domini quod citaretur ad primam missam ad reparandum ea que male dixerat, precipientes bedello quod, citando eum, haberet duos testes adminus secum fide dignos, et quod per instrumentum suum faceret relationem.

[21 Juin.] (F° 58 r°). Anno XXIIII, die XXI Junii, dominis post harengam in scolis congregatis, fuit data licentia Johanni Daguyer subbedello de eundo Romam, et ordinatum quod Guillelmus Guioti in sua absentia suum officium excerceret.

[22 Juin.] Anno eodem, XXII Junii, in missa apud Sanctum Johannem dominis congregatis,

facta supplicatione domini Nicolay de Logia per organum domini Livini, dictus dominus magister fuit per Facultatem reputatus regens honorarius.

Item, ipsa die, concluserunt domini mei scribere domino nostro summo pontifici litteras recommendationis pro domino Girardo Faideti, totiens quotiens fuerit opportunum, prout pro eodem Faideti supplicavit dictus dominus Livinus.

Item, ipsa die, dictus dominus Livinus primo reversus est de ambassiata, etc., qui, in missa, presentibus dominis, supplicavit ut dignarentur ipsum admittere ad regentiam; quod sibi per dominos concessum fuit.

Anno eodem, xxv Junii, dominis doctoribus in capella Sancti Johannis Jherosolimitani congregatis, scilicet Johanne de Servavilla, abbate Sancti Crispini Majoris Suessionensis, Petro de Pruvino, preceptore Sancti Anthonii Trecensis, Livino Neveline, Anthonio de Lenco, Herveo Po[u]chardi, Philippo de Franchelanis, Guerondo Boiselli, Guillelmo de Conty, abbate de Latiniaco, Guillelmo de Albarippa et Johanne de Bretons, expositum fuit eisdem per prefatum de Albarippa, pro tunc decanum, quod nuper, videlicet die veneris xxm predicti mensis Junii, anno predicto, bedelli dominorum Guerouldi et abbatis de Latiniaco fuerant per electos condempnati ad solvendum quaternarium modii vini per eosdem venditi, quod vinum creverat in suis hereditagiis. Quo audito, prefati domini considerantes quod, propter reverentiam sui gradus, quilibet eorum, etiam secundum statuta sue Facultatis per eos jurata, debet habere unum bedellum et unum subbedellum, qui debent associare ipsos dominos eundo lecturam in vico publico, et debent recipere et colloquare in scolis personam honestam venientem ad lectiones predictorum doctorum, attendentes insuper quod huc usque hac libertate usi sunt, et quod super istis sepius, ymo sepissime, fuerunt conquesti dominis de consilio regio pro tenendo aliquam bonam provisionem, super quo nundum fuit aliqua provisio facta, deliberaverunt de cetero non legere de ordinarie, vel extraordinarie, de mane vel aliqua quavis hora, nisi fiat eisdem super dictis suis bedellis aliqua bona provisio, eligentes potius non regere in Facultate decretorum, quam suis temporibus hanc libertatem perdere. Et super hoc fuit pro tunc confecta una cedula, que, de ipsorum precepto, fuit affixa in crastinum valvis scolarum majorum clausi Brunelli. [25 Juin.]

Anno eodem, xxvi Junii, fuerunt hec significate, ex parte Facultatis, dominis cancellario Francie, episcopo Belvacensi, et cancellario Burgundie. Et, eadem die, in plena Facultate, fuerunt facte alique supplicationes super isto mittende dominis predictis, nec non domino Morinensi et alias de concilio regio, ut moveantur citius ad providendum. [26 Juin.]

Anno eodem, xxvii Junii, fuerunt tradite supplicationes predicte dominis can- [27 Juin.]

cellario Francie, cancellario Burgundie, episcopo Morinensi, episcopo Belvacensi, primo presidenti.

[28 Juin.] Anno eodem, xxviii Junii, dominis post suam missam in Sancto Johanne congregatis, deliberaverunt quod diligenter prosequeretur expeditio hujus impedimenti apud prefatos dominos et magnum consilium. Insuper deliberaverunt quod, ut facilius finis in dicto impedimento eis dato poneretur, quod fiat die veneris ultima dicti mensis congregatio generalis in magnis scolis, in qua convocarentur omnes licentiati, bacalarii et scolares ipsius Facultatis, quodque ipsis exponatur impedimentum eis in franchisiis et libertatibus Facultatis appositum, quas franchisias et libertates ipsi doctores et quilibet licentiatorum et bacalariorum tenetur proprio juramento servare, tueri et deffendere; et in finalibus exponatur eis intentio dictorum dominorum, videlicet quod malunt de cetero non regentare in dicta Facultate, quam suis temporibus dictas franchisias sic perdere. Requiratur quoque quilibet per proprium juramentum quod, quantum erit sibi possibile, quod procuret hoc impedimentum tolli, intercedendo apud amicos et notos suos, et alias prout melius poterit. Ordinaverunt insuper quod prefatis licentiatis et bacalariis significetur data eis concessa per dominum nostrum papam in rotulo nuper sibi pro dictis licentiatis et bacalariis oblato. Que congregatio facta fuit dicta ultima die in dictis scolis, et ibidem per organum domini preceptoris Trecensis fuerunt exposita que prius scripta sunt.

[1er Juillet.] Anno eodem, die prima Julii, dominis hora sexta de mane congregatis in Sancto Johanne, fuit eis exposita per decanum responsio quasi negativa facta per dominum cancellarium Francie ad personam domini prioris de Alceya et predicti decani super facto bedellorum dominorum doctorum. Qua audita, auditisque aliquibus dictis per dominum rectorem domino Sancti Crispini, scilicet quod, nisi domini doctores regerent et legerent, quod aliqui mitterentur extra Parisius, vel quod mitterentur ad domos suas comestores, deliberaverunt dicti domini doctores nundum debere suas lectiones resumere seu regere, vel aliter disponere de lectione matutinali, donec aliter Facultas ordinaverit. Deliberaverunt insuper quod nundum supplicet Facultas pro adjunctione Universitatis; sed, si dominus rector super isto faceret verbum in Universitate, Facultas ordinavit dominum meum dominum preceptorem de Trecis ad excusandum Facultatem, qui etiam illud honus suscepit.

[9 Juillet.] (F° 58 v°). Anno cccc xxiii, die dominica ix Julii, fuit congregatio Facultatis in Sancto Johanne, in qua fuerunt omnes domini doctores pro tunc Parisius existentes una cum magistris Johanne Francisci et Johanne Lohyer, et ibidem recitatis que hujusque facta et dicta erant in facto prosecutionis bedellorum, et recita-

tis minis factis seu dictis aliquibus de dominis doctoribus ad partem pro ulteriori prosecutione, deliberatum fuit quod, non obstantibus prefatis minis, non resumeretur lectio matutinalis, sed cum omni diligentia, reverentia et humilitate, istum factum prosequeretur erga dominos de concilio. Et nichilominus ordinatum et conclusum fuit quod fieret bona informatio super usu dictorum bedellorum, et, illa informatione habita, seu pendente tempore quo fiet dicta informatio, quod totum factum ipsorum bedellorum redigatur per modum articulorum seu memorialis, et in quibus etiam fiant aliqua motiva juris ad ostendendum quod de jure ipsi bedelli gaudere debent de franchisiis Universitatis, et quod tempore medio querentur tam penes rectorem quam in archa Universitatis, si sint aliqua privilegia seu statuta faventia pro ista materia; et, omnibus istis in scriptis debite redactis, supplicatur rectori et deputatis et consequenter Universitati pro adjunctione; qua habita, si Universitas deliberaret prefatam lectionem matutinalem debere resumi, resumatur. Super quibus articulis conficiendis fuit honeratus ex parte Facultatis dictus magister Johannes Lohyer.

Anno predicto, jovis XIII Julii, domini doctores congregati post missam in capella Sancti Johannis, audita relatione dominorum doctorum Petri de Pruvino, Johannis de Bretons et decani, missorum ex parte Facultatis ad dominos de consilio regis, quod scilicet, ob reverentiam Facultatis, mandabunt electis et aliis quod supersedeant a processibus quos habent firmarii regii contra bedellos dominorum doctorum, de quo fecit se fortem dominus Belvacensis ex parte consilii, dum modo domini doctores vellent resumere suas lectiones. Qua relatione audita, conclusum [fuit] quod in die veneris sequente legeretur de mane et aliis horis; et super hoc fuerunt posite in hostiis scolarum cedule ex ordinatione Facultatis. [13 Juillet.]

Anno predicto, ego, frater Johannes de Bretons, fui ordinatus loco decani, videlicet magistri Guillelmi de Abbarippa, qui non poterat interesse, propter occupationem quam habebat pro accipiendo possessionem episcopatus Constantiensis pro quodam suo domino et consanguineo. Quod officium assumpsi, quousque per dominos meos aliter fuerit ordinatum.

Anno predicto, XVII mensis Augusti, dominis congregatis in Sancto Johanne, fuit dispensatum cum Egidio de Damery ut posset incipere lectiones, antequam faceret harengam, quia erat tempus extraordinarium, et juraverat etiam facere in ordinario post festum Sancte Crucis. [17 Août.]

Anno predicto, XXIII Augusti, Dyonisius, bedellus magnus, fecit suam relationem in congregatione post missam in Sancto Johanne, quia trina vice citaverat Johannes de Chaneto, nuper licentiatum in ultima licentia, ut compareret in [23 Août.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

conspectu dominorum, qui nec venit, nec pro se misit, et ideo fuit reputatus contumax.

Eadem die, dominus Levinus Nevelinc fecit supplicationem ut Facultas sibi satisfaceret de xx francis, de qua summa fuerat concordatum inter predictum dominum et Facultatem; et petebat sibi solutionem fieri de predicta summa, et hoc occasione bursarum et omnium emolumentorum qui obvenerant ipso exeunte in ambasciata in concilio generali, prout Facultas sibi promiserat, ut diceba[n]t. Finaliter traditi fuerunt sibi duo libri in pignore pro quinque scutis et xx solidis videlicet: *Liber Sextus Decretalium* et *Cronice Francie*, quos libros Facultas habebat in pignore a magistro Johanne de Channeto pro bursis sue licentie; et residuum fuit sibi per me persolutum, in tantum quod Facultas remansit quitta et libera erga magistrum Livinum pro omnibus bursis et juribus qui venerunt tempore sue ambaxiate, ita tamen quod Facultas debeat garantisare eidem domino Livino predictos libros.

[31 Août.] Anno predicto, ultima die Augusti, ego, frater Johannes de Bretons, receptor Facultatis, computavi de receptis seu misiis factis per me a die vi Aprilis usque ad ultimam diem Augusti inclusive, in presentia dictorum doctorum, in capella Sancti Johannis, post missam, in qua die recepi iii mutones auri pro bursis magistri Johannis Fromont, qui mutones, una cum residuo quod debebam per dictum compotum, fuerunt distributi dominis meis; et finaliter, deductis misiis cum recepta, remansi quittus de omnibus quibuscumque, et una cum hoc, quia non habui distributionem, ego debeo recipere primitus et ante omnia primum mutonem auri qui veniet in recepta; et est sciendum quod non computavi de locagio scolarum spectantium ad dominos pro ultima licentia; et, quia vera sunt que scripsi, domini doctores signaverunt propriis manibus, Servaville, Petrus de Pruvino, Nevelinc, Lanco, Pouchardi, Guillelmus de Conty.

[17 Septembre.] Hodie, xvii Septembris, supplicavit pro regentia dominus conservator, dominus Johannes Hu[m]berti; et fuit admissa sua supplicatio.

Eadem die supplicavit magister Paquerus de Vallibus pro littera licentie quondam magistri Johannis de Hericourt; que fuit sibi concessa, et solvit pro sigillo unum salutum.

[9 Octobre.] (F° 62 r°). Anno Domini millesimo cccc xxiii, ix die Octobris, in missa apud Sanctum Johannem, ubi erant congregati omnes domini mei, videlicet dominus Sancti Taurini, Petrus de Pruvino, Levinus Nevelinc, Anthonius de Lanco, Johannes Guerini, Herveus Pouchardi, Nicolaus de Logia, Guillelmus Boisselli, Guillelmus de Conty, Johannes Hu[m]berti et ego Johannes de Bretons, admissi fuerunt ad regentiam domini Johannes Guerini, et Nicolaus de Logia, abbas monasterii

Celle, qui juraverunt statuta, etc. Et tunc ordinatum fuit per Facultatem quod magister Johannes Guerini legeret primam decretalem doctoralem in vigilia Nativitatis proxime sequentis, et dominus abbas Celle decretalem in festo Pasche immediate sequentis.

Anno CCCC XXIII, jovis XIX Octobris, dispensaverunt domini doctores cum domino Johanne Boitel...[1], bachalario in decretis, super harenga sua, quam infra XV dies tenebatur facere, quod eam non faceret usque in mensem Martii proximi, hoc mediente quod ipse tradi fecit dominis doctoribus tunc presentibus, cuilibet III s. Par. Presentes erant : Servavilla, de Pruvino, de Lanco, Livinus, Pouchardi, Boisselli, Conty, Humberti, Albarippa et Bretons. Si tamen, tempore quo fiet, supervenient alii domini, dictus bachalarius solvet jura ipsorum. [19 Octobre.]

Anno predicto, die ultima mensis Octobris, supplicavit reverendus pater dominus abbas monasterii Celle Trecensis pro regentia honoraria, que fuit sibi concessa. [31 Octobre.]

(F° 64 v°). SECUNTUR NOMINA DOMINORUM DOCTORUM QUI, TEMPORE CONFECTIONIS ROTULI DOMINO NOSTRO SUMMO PONTIFICI ANNO M CCCC XXIII PRESENTATI, FUERUNT PRESENTES.

Primo, dominus Johannes de Servavilla, abbas Sancti Crispini, cujus testes Livinus Nevelinc ac Herveus Pouchardi, decretorum doctores.

Dominus Livinus Nevelinc, cujus testes reverendus pater dominus abbas Sancti Crispini, et Johannes Humberti, decretorum doctores.

Dominus Anthonius de Lanco, cujus testes reverendus pater dominus Sancti Crispini et dominus Herveus Pouchardi, decretorum doctores.

Dominus Herveus Pouchardi, cujus testes reverendus pater dominus abbas predictus et dominus Livinus Nevelinc, decretorum doctores.

Dominus Philippus de Franchelanis, cujus testes dominus Livinus Nevelinc et dominus Johannes de Bretons, decretorum doctores.

Dominus Guillelmus de Conty, cujus testes dominus Livinus Nevelinc et dominus Guillelmus de Albarippa, decretorum doctores.

Dominus Johannes Humberti, cujus testes dominus Livinus Nevelinc et dominus Johannes de Bretons, decretorum doctores.

Dominus Guillelmus de Albarippa, cujus testes dominus Guillelmus de Conty et dominus Johannes de Bretons, decretorum doctores.

Dominus Johannes de Bretons, cujus testes dominus Livinus Nevelinc et dominus Guillelmus de Conty, decretorum doctores.

Scripta sunt hec nomina de precepto Facultatis mihi, Guillelmo de Albarippa, decano ejusdem, facto anno M CCCC XXIII, jovis quinta die Octobris.

[1] Il y a un blanc dans le manuscrit.

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS.

[5 Avril. Thomas Frène [1].]

2. LICENCES.

[1424. 18 Avril.] (F° 57 v°). Anno Domini millesimo cccc xxiii, more gallicano, xviii Aprilis, ante Pasqua (*sic*) fuerunt licentiati in aula domini episcopi Parisiensis, per dominum commissarium, bacalarii inferius nominati, in ordine tradito per decanum Facultatis dicto domino commissario, qui est talis :

Frater Henricus de Albarippa, abbas monasterii S. Johannis Reomensis [2]	sub dom. Sancti Crispini.
Hugo Clerici	sub dom. Sancti Crispini.
Martinus de Fraxinis	sub dom. Anthonio de Lenco.
Johannes de Fonte	sub dom. Gueroudo.
Johannes Accuti	sub dom. Gueroudo.
Petrus de Bellafago	sub dom. Anthonio de Lenco.
Johannes Midoulx	sub dom. Herveo Pouchart.
Johannes Dorches	sub dom. de Latiniaco.
Robertus de Trabibus (Crabibus?)	sub dom. Johanne Humberti.
Philippus Marescalli	sub dom. de Latiniaco.
Egidius de Brena	sub dom. Guillelmo de Albarippa.
Ricardus Plomerii	sub dom. Johannes de Bretons.
Frater Petrus de la Crique	sub dom. Herveo Pouchart.
Nicolaus Simonelli	sub dom. Johanne de Bretons.
Johannes Berini (Verini, p. 159)	sub dom. Guillelmo de Albarippa.
Robertus de Chanincourt	remansit Facultati.
Guillelmus Mers (Mets, p. 219 et 222)	sub dom. Johanne Humberti.
Petrus de Broquerke (Brouqerke, p. 224 et 230)	remansit Facultati.
Johannes de Chaneto	remansit Facultati [3].

[1] Voy. plus haut (p. 238) la délibération du 5 Avril 1424 et plus loin, p. 272. — [2] Abbaye de Moustier-Saint-Jean, à Réomme (dioc. de Langres). — [3] En marge : «Hic tantum octo sunt regentes».

3. BACCALAURÉATS.

(F° 63 r°). SEQUNTUR NOMINA ADMISSORUM AD GRADUM BACHALARIATUS, ANNO DOMINI MILLESIMO CCCC XXIII, INCIPIENTIUM IN FESTO OMNIUM SANCTORUM. [Décembre 1423-Juin 1424.]

II Decembris...	Gillebertus Aloust, mag. in art., solvit.....	XXIIII s.
VI Decembris..	Guido Haguenin, de Parisius, solvit.....	XXIIII s.
XIX Januarii...	Petrus Haguenin, de Parisius, solvit.....	XXIIII s.
	Johannes Breti, de Parisius, solvit.....	XXIIII s.
	Johannes Godeti, Rothomagensis [dioc.].	
IIII Februarii...	Johannes Landry, Morinensis dioc., solvit suas bursas que incontinenti fuerunt dominis, urgente necessitate, etc., distribute.	
II Martii.....	Henricus Clapdorp, Tournacenis dioc., solvit.	V mutones auri.
	Frater Johannes Morelli, prepositus Sancti Germani de Pratis Parisius, ord. S. Benedicti, solvit.....	III scuta auri.
	Nicolaus de Bezis, mag. in art., Eduensis dioc., solvit in moneta.....	II f.
XVIII Maii.....	Frater Guillelmus Corderii, ord. Premonstratensis, solvit pro bursis.....	II mutones et I f. pedestre.
	Johannes Damoiseau, Senonensis dioc., solvit pro bursis.....	II mutones et I f. equestre.
XXV Maii.....	Philippus de Rosa, [de] Parisius, solvit pro bursis et dispensione propositi.....	VI mutones auri.
	Petrus Lade (Bade, p. 246; Ade, p. 250) solvit pro bursis.....	III mutones auri.
	Johannes Olive solvit pro bursis.....	III mutones auri.
IIII Junii.....	Franciscus de La Hole.	
	Ludovicus de La Hole.....	solverunt X mutones.
VIII Junii.....	Thomas de Lespierre (de le Wespiere, p. 250).	
	Johannes de Boves.....	X mutones.
	Nicolaus de Noielle (de Nigella, p. 246).....	
XIII Julii.....	Guillelmus Colini, presbyter Eduensis dioc., solvit pro bursis.....	XXXVI s.
II Augusti.....	Egidius de Damery, Remensis dioc., solvit pro bursis.....	III mutones auri.
XVII Augusti...	Andreas Cotin, Andegavensis dioc., mag. in art.; Andreas Pele, mag. in art., Turonensis dioc., solverunt pro bursis III mutones auri et I salutum auri; pro pretio IIII francorum cum dimidio.....	III mutones auri.
XXXI Augusti...	Mag. Nicolaus Fromont, mag. in art., solvit pro bursis III mutones auri, qui incontinenti fuerunt distributi in die compoti mei, videlicet XXXI Augusti.....	III mutones auri.

VIII Septembris.	Philippus Boistel, curatus Sancti Firmini Ambianensis [1], de permaxima gratia.	
	Frater Johannes Coppet, relig. Premonstratensis, de gratia.	
	Solverunt VIII francos, qui distributi fuerunt VIII dominis meis presentibus.....	VIII franos.
XIX Septembris.	Johannes Barre, Gebennensis dioc., solvit....	XVI s.
(F° 64 r°).	Frater Johannes Raulini [2], elemosinarius monasterii Celle Trecensis, qui solvit pro bursis sex mutones auri, quorum quinque fuerunt distributi immediate X dominis meis, etc.,	
XXX Octobris.	restat unus.....	VI mutones auri.
	Mag. Robertus de Fontibus, mag. in art., etc., solvit pro bursis.....	IX mutones auri.
	Johannes de Lesmes, bac. in leg.....	IX mutones auri.

4. HARANGUES.

(F° 64 r°). SEQUUNTUR NOMINA ILLORUM QUI SUAS FECERUNT HARENGAS ANNO CCCC XXIII, INCIPIENTIUM IN FESTO OMNIUM SANCTORUM.

[Décembre 1423-Septembre 1424.]

XI Decembris...	Gillebertus Aloust, mag. in art.
XIII Decembris..	Johannes Anglici, mag. in art., de Parisius.
XXXI Januarii...	Petrus Hagueni[n], de Parisius. — Johannes Breti, mag. in art., de Parisius. — Guido Hagueni[n], de Parisius.
XV Februarii...	Johannes Landry, mag. in art., Morinensis dioc.
XII Martii.....	Henricus Clapdrop, mag. in art., Tournacensis dioc.
XXVII Martii Ante Pascha.	Frater Johannes Morelli, prepositus Sancti Germani de Pratis. — Nicolaus de Bezis, mag. in art., Eduensis dioc.
XXXI Maii.....	Johannes Domisselli, Senonensis dioc. — Philippus de Rosa, de Parisius.
III Junii.....	Frater Guillelmus Corderii, ord. Premonstratensis. — Petrus Bade (Lade, p. 245). — Johannes Olive.
XX Junii.....	Franciscus de La Hole. — Ludovicus de La Hole.
XXI Junii [3].....	Thomas de Lespiere (de la Wespiere, p. 250). — Johannes de Boves. — Nicolaus de Nigella (Noielle, p. 245).
XIX Septembris..	Guillelmus Colini, presbyter Eduensis dioc. — Egidius de Damery. — Nicolaus Fromont.

[1] Saint-Firmin d'Amiens. — [2] Les trois noms qui suivent se trouvent également mentionnés plus loin, p. 257. — [3] En note : «Hoc die recessit dominus Johannes Humberti».

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 59 r°). De Albarippa. — Bacalarii legentes in nonis Nostre Domine. Anno M CCCC XXIII.

Johannes Voleti, presb. Senonensis dioc., curatus S. Egidii de Crestot[1], Rothomagensis dioc., hodie, in nonis N. Domine, incipiet V librum Decretal., pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, in scolis inferioribus collegii quondam dicti de Tournodoro, et continuabit, etc. Datum anno M CCCC XXIII, die XVII mensis Novembris. [Novembre 1423-Septembre 1424.]

Petrus de Armis, canon. Meldensis, bac. in dec., incipiet, hodie, in nonis N. Domine, I librum Decretal., in magnis scolis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum XXIX mensis Novembris, anno Domini M CCCC XXIII.

Petrus de Longolio, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, canon. ecclesiarum Carnotensis et Constantiensis, hodie, in nonis N. Domine, incipiet II librum Decretal., in scolis ad Scutum Campanie, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Actum die veneris X Decembris, anno XXIII. Supplicavit in Facultate VI Decembris pro lectura et scolis, et sibi fuit concessum.

Johannes Anglici, de Parisius, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, incipiet, hodie, in nonis B. Marie, IV librum Decretal., in scolis de Dormano, in quibus consuevit legere dom. meus mag. Livinus Nevelinc, decretorum doctor, actu regens Parisius, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum XXII die mensis Decembris, anno Domini M CCCC XXIII.

Foucaudus de Baconel (Bacouel?), incipiet, hodie, in nonis B. Marie, II librum Decretal., in scolis superioribus de Tournodoro, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXIII, die XXIV Octobris[2].

Discr. vir Hugo Clerici, bac. in dec. Parisius, canonicus Pariensis et Tornacensis, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis collegii de Tornodoro, ante collegium Belvacense, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum XXII die mensis Octobris, anno Domini M CCCC XXIII.

Johannes de Chaneto, Lingonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis N. Domine, incipiet Clementinas, in scolis ad Ymaginem Sancti Andree, pro primo anno et quinto vol. Datum anno CCCC XXIII, [die] XXIIII mensis Januarii. [1424.]

Petrus Maugerii, mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet II librum Decretal., in nonis N. Domine, in scolis inferioribus Sancti Johannis de Valle, pro tertio anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno CCCC XXIII, die XXXI mensis Januarii.

Guillelmus Rousseleti, mag. in art., bac. in dec., hodie, in nonis N. Domine, resumet lectiones suas in titulo *De vita et honestate clericorum*, in VI[3], ubi alias dimisit, anno XXIII.

Johannes Breti, de Parisius, mag. in art., et bac. in dec., incipiet, hodie, in nonis N. Domine, IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus

[1] Saint-Gilles-de-Crétot (Seine-Inférieure). — [2] En marge : «Ego sigillavi cedulam presentem quia perdiderat Bretons.» — [3] *Sextus Liber*, IV, 1.

(F° 85 r°). Guillelmus Colini, mag. in art., Eduensis dioc., hodie, incipiet VI librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Follis, pro quarto anno et quarto vol. Datum ut supra, die XVIII Octobris.

Petrus Vastalli (Vastelli, p. 277), de Rothomago, mag. in art., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XXIX Octobris.

Xristianus Veltre, Morinensis [dioc.], mag. in art., hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Beati Thome, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XXX Octobris.

Frater Johannes Coppet (voy. p. 263), ecclesie Premonstratensium canonicus, hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis in quibus legit dom. Anthonius de Lanco, ad Ymaginem Beati Thome, pro quarto anno et quarto vol. Datum ut supra, die XXVI.

Jacobus Fournier, mag. in art., Bituricensis dioc., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Andree, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XXI Novembris.

Guido Haguenin, de Parisius, hodie, incipiet VI librum [Decretal.], in scolis superioribus collegii de Tornodoro, pro quarto anno et quarto vol. Datum ut supra, XXI Novembris.

Johannes Reginaldi, presbyter, mag. in art., hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem Beati Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXVIII mensis Novembris.

Johannes Eyke, clericus Leodiensis dioc., mag. in art., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis posterioribus, ad Ymaginem Beati Andree, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XXVI, die XXII Novembris.

[1427.] Nicolaus Fromondi incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium Scuti Campanie, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, VII die Januarii.

(F° 86 r°). SECUNTUR NOMINA BACHALARIORUM INCIPIENTIUM SUAS LECTIONES IN NONIS SANCTI JACOBI, IN PRIMA DIE LEGIBILI POST FESTUM SANCTI DYONISII, ANNO DOMINI M CCCC XXVI. — JOHANNES DE BRETONS.

[1426 Octobre-Décembre.] Guillelmus Galcheri, Senonensis dioc., hodie, incipiet VI librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Curriculorum, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XXVI, die XI Octobris.

Gregorius Pinguis, de Carnoto, hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, a parte posteriori, collegii de Tornodoro, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XXVI, die XI Octobris.

Relig. vir Theobaldus de Courtaonno, prior de Surdolio (voy. p. 257), Senonensis dioc., hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus ego decanus lego, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Johannes Wetin (voy. p. 291), presbyter Cameracensis [dioc.], mag. in art., hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem Sancti Michaelis, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Robertus Carpentarii, mag. in art., Rothomagensis dioc., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus post[erior.], supra secundas scolas, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, XII Octobris.

Johannes de Montigny, clericus Senonensis [dioc.], mag. in art., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet II librum [Decretal., in scolis] ad intersignium Castri, in quibus legit dom. abbas de Latigniaco, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, die XI Octobris.

Sanson Generi (Legendre, p. 290), presbyter Baiocensis dioc., mag. in art., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Xristofori, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Johannes Noeti (voy. p. 279), presbyter Cathalanensis dioc., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beate Katherine, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno quo supra, XI Octobris.

Petrus Ade (voy. p. 250), subdiaconus Constantiensis dioc., mag. in art., hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Johannis Baptiste, in quibus legit dom. Gueroldus Boisselli, decretorum doctor, pro quarto anno et quarto vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Johannes de Tilloy, presbyter Ambianensis dioc., hodie, in nonis B. Jacobi, [incipiet] I librum [Decretal.], in scolis superioribus collegii de Tornodoro, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Johannes Gossemant, Trecensis canonicus, hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis superioribus post[erior.], ad Scutum Britanie, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Jacobus Pacoul (voy. p. 280, 282, 291), presbyter Morinensis [dioc.], hodie, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus collegii de Tornodoro, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno quo supra, XI Octobris.

Johannes du Quemin, presbyter Rothomagensis [dioc.], hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Sancti Jacobi, pro tertio anno et tertio vol. Datum XI Octobris, anno quo supra.

Hugo Prepositi, mag. in art., Cameracensis dioc., hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Sancti Eustachii, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XI Octobris.

(F° 86 v°). Philippus Boerii (voy. p. 280), clericus Cabilonensis [dioc.], hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Petrus Surrelli (voy. p. 279), de Senonis, mag. in art., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus et anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Guillelmus Huberti, mag. in art., Constantiensis dioc., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet V librum [Decretal.], ad Ymaginem Beati Yvonis, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Jacobus Mareti (voy. p. 267), clericus, hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Ymaginis Beati Eustachii, a parte anteriori, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, XI Octobris.

Symon Cardon, Suessionensis dyoc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum [De-

IMPRIMERIE NATIONALE.

cretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum ut supra, die xi Octobris.

Johannes de Votono, curatus ecclesie parroch. Sancti Justi (voy. p. 267 et 287), Trecensis dioc., hodie, incipiet ii librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem Beate Katherine, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, anno Domini m cccc xxvi, die xviii Octobris.

Nicholaus de Bezis, Eduensis dioc., hodie, incipiet vi librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Beati Andree, pro quarto anno et quarto vol. Datum ut supra, anno xxvi, die xvii Octobris.

Guillelmus Menuoti (Mennoti ? Monneti ? voy. p. 344, 355), presbyter, hodie, incipiet iv librum [Decretal.], in scolis superioribus post[erior.], ad Ymaginem Beati Andree, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno quo supra, xxi Octobris.

Johannes Medici, Baiocensis dioc., mag. in art., hodie, incipiet vi librum Decretal., in scolis anterioribus, ad Ymaginem Beati Andree, pro quinto anno et quinto vol. Datum ut supra, xxi Octobris.

Guillelmus de Heriz, presbyter Baiocensis [dioc.], bac. in leg., et [bac.], in dec., hodie, incipiet v librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Sancti Martini, in quibus [legit] mag. Herveus Pouchardi, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, xxvi Octobris.

Johannes Crusy (Cousy, p. 279), presbyter, hodie, incipiet ii librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Michaelis, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, xxii Octobris.

Frater Johannes Baloiche, ord. S. Johannis Jherosolimitani, hodie, incipiet iii librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, xxii Octobris.

Johannes de Bauch[i]en (voy. p. 258), presbyter Ambianensis dioc., hodie, incipiet iii librum Decretal., in secundis scolis inferioribus Facultatis, in quibus legere consuevit dom. abbas Sancti Taurini, decretorum doctor, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, xv mensis Novembris.

Guillelmus Maes (voy. p. 278), Morinensis dyoc., hodie, incipiet iii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Andree, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, [m cccc] xxvi, die iii mensis Decembris.

Petrus Regis, clericus Cathalanensis dioc., hodie, incipiet iv librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Corone, pro tertio [anno] et tertio vol. Datum ut supra, xi Decembris.

Andreas Legati, presbyter Rothomagensis [dioc.], hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet iii librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno Domini m cccc xxvi, die xvi Septembris.

(F° 88 v°). Secuntur nomina bachalariorum incipientium legere in nonis Beate Marie, a ix die Februarii anni cccc xxvi.

[1427. Février-Septembre.] Et primo, Rogerus de Monasterio, presbyter, mag. in art., bac. in dec. Parisius, hodie, incipiet vi librum Decretal., in scolis posterioribus, ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, xv die Februarii.

Relig. vir frater Johannes de Fossa, ord. Premonstratensium, hodie, incipiet v librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium Corone, pro primo anno et primo vol. Datum anno quo supra, die xxvii Januarii.

Robertus Piedefer (voy. p. 281), Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet ii librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, xvii Januarii, in capella parvi collegii de Dormano.

Guillelmus Tholoze (voy. p. 295), Atrebatensis dioc., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Corone, in parte posteriori, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die V Februarii.

Ludovicus Caramboten (Quarembotre, p. 295), clericus Tornacensis dioc., hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol., etc. Datum ut supra, VIII die Februarii.

Hugo Galcheri, de Parisius, hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britanie, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXVI Februarii.

Rev. pater dom. Johannes Guison (Grison? Gruson? Guyon, p. 336), abbas monasterii S. Crispini Suessionensis, hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum ut supra, die XXVII Martii.

Nobilis vir Nicolaus de Vinea, Lexoviensis [dioc.], hodie, incipiet IV librum [Decretal.], ad intersignium Sancti Andree, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XXVI, die VII Aprilis, ante Pascha.

Matheus Pithois (voy. p. 280), Carnotensis dioc., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], ad Ymaginem B. Michaelis, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die VII Aprilis, ante Pascha.

Frater Bavo Baert, relig. S. Bavonis de Gandavo (voy. p. 296), hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XXVI, die III Aprilis, ante Pascha.

Anthonius Wicoet (voy. p. 296, 299), presbyter Tornacensis [dioc.], bac. in dec., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Michaelis, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XI mensis Aprilis, ante Pascha.

Johannes de Brabancia (voy. p. 259), presbyter Cameracensis [dioc.], hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Corone, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XI Aprilis, ante Pascha.

Ferricus de Bellovisu, clericus Cameracensis dyoc., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis posterioribus, supra scolas ad intersignium Scuti Campanie, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XI mensis Aprilis, ante Pascha.

Matheus Burnelli, presbyter Ambianensis dyoc., incipiet II librum Decretal., in collegio de Tornodoro, in scolis superioribus, a parte posteriori, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXVI, die XI Aprilis, ante Pascha.

Georgius Beth (voy. p. 296), clericus de Parisius, incipiet III librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem Beati Michaelis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXVI, die XIIII mensis Aprilis, ante Pascha.

Nobilis vir Robertus Venatoris, Rothomagensis [dioc.], hodie, incipiet III librum Decretal., in secundis scolis Facultatis superioribus, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XIIII mensis Aprilis, ante Pascha.

(F° 89 r°). Matheus Tahon, presbyter Rothomagensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis anterioribus, supra secundas scolas, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XV Aprilis, ante Pascha.

Johannes Nicolai, presbyter, mag. in art., incipiet II librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Jacobi, in quibus consuevit legere mag. Philippus de Franchelanis, decretorum doctor, pro tertio anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXVII, die XXX Aprilis, post Pascha.

Johannes Tronson, scolasticus et canonicus Abrincensis dioc., hodie, incipiet I librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XXVII, die XXVIII Aprilis.

Petrus Arnaudi (Ernaudi, p. 288), curatus de Grevilla [1], Constantiensis dioc., canonicus Senonensis, hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem Beati Eustachii, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, [M CCCC] XXVII, die XXVII mensis Maii.

Nicholaus Lambaert (voy. p. 277), de Brugis, clericus Tornacencis dyoc., hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis magnis collegii Belvacensis, in quibus legit rev. doctor dom. Levinus Neveline, pro quarto anno et quarto vol. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XXVII, die XXV Junii.

Radulphus Auguy (voy. p. 297), presbyter Rothomagensis [dioc.], mag. in art., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Cirici, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XXVI Junii.

Robertus Hente (voy. p. 267), mag. in art., hodie, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Xristofori, pro tertio anno et quarto vol. Datum ut supra, XXVIII die mensis Junii.

Guillelmus Clyf, presbyter Exoniensis dyoc. (voy. p. 297), curatus parroch. ecclesie de Stokenham ejusdem dyoc. [2], hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis anterioribus, ad Scutum Campanie, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, anno Domini M CCCC XXVII, die XX Junii.

Henricus de Novavilla, presbyter, mag. in art., hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Herveus Pouchardi, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, I die Jullii, anno XXVII.

Frater Hugo de Gouy, prior de Rantiaco (voy. p. 281), Morinensis dyoc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra. II die mensis Jullii.

Yvo de Ponto, Trecorensis dioc., bac. in dec., hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et secundo vol. Datum ut supra, die VII Jullii.

Johannes Baudin (voy. p. 297), presbyter Ebroicensis dioc., mag. in art., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in anterioribus scolis, supra secundas scolas, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXVII Junii.

Simon Chevestre, mag. in art., hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XXVIII Junii.

Guillelmus Lohier (voy. p. 284), bac. in dec., hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro tertio anno et quarto vol. Datum ut supra, XXIII Julii.

Johannes Osconis (Hosconis, p. 278), clericus Cameracensis [dioc.], mag. in art., hodie, incipiet Clementinas, in scolis superioribus, ad Ymaginem Beate Katherine, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, die XXVII Jullii.

Johannes Crohez (voy. p. 298), presbyter Sagiensis dioc., hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Xristofori, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXXI die Jullii.

Michael Amici, mag. in art., incipiet II librum [Decretal.], in magnis scolis, pro secundo anno et tertio vol. Datum ut supra, die VII Julii.

(F° 89 v°). Johannes Dallenjoye (voy. p. 298), clericus Bisuntinensis [dioc.], hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis posterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XXXI Julii.

[1] Gréville (Manche). — [2] Stokenham (comté de Devon).

Johannes Olive, Lexoviensis dioc., mag. in art., hodie, incipiet Clementinas, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro quarto anno et tertio vol. Datum anno CCCC XXVII, die I mensis Augusti.

Petrus Franscici, presbyter Ebroicensis dyoc., mag. in art., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem Beati Eustachii, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, VIII die Augusti.

Hugo Massue, clericus de Parisius, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, VIII mensis Augusti.

Adam Everdi (voy. p. 298), clericus Cameracensis [dioc.], mag. in art., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Eustachii, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXII Augusti.

Johannes de Canteleu, de Parisius, hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Michaelis, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXVI Augusti.

Johannes de Vorda (voy. p. 261), hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beate Katherine, pro quinto anno et quinto vol. Datum ut supra, XXV Augusti.

Johannes Anglici, de Parisius, hodie, incipiet Clementinas, in scolis superioribus et anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro quarto anno et quinto vol. Datum XXV Augusti.

Johannes Stade (voy. p. 298), Morinensis [dioc.], mag. in art., hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis inferioribus, a parte posteriori, ad Ymaginem Beate Barbare, pro primo anno et primo vol. Datum XXX Augusti.

Herveus Guysien, presbyter Leonensis (Leodiensis, p. 327) dioc., mag. in art., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Xristofori, pro primo anno et primo vol. Datum, etc., die IV Septembris.

Frater Johannes Raulini, elemosinarius monasterii Celle, incipiet Clementinas, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legit dom. Thomas Frene, et pro tertio anno et quarto vol. Datum ut supra, XXII Augusti.

Gerolfus de Le Hole, clericus Tornacensis [dioc.], incipiet III librum [Decretal.], in scolis inferioribus, a parte ante[riori], ad intersignium Scuti Campanie, pro primo anno et primo vol. Datum anno M CCCC XXVII, die VI Septembris.

Johannes de Valleterre (voy. p. 298), clericus de Parisius, incipiet III librum [Decretal.], in scolis anterioribus, supra scolas ad intersignium Scuti Britanie, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, X die Septembris.

Johannes Vedasti, Atrebatensis dioc., incipiet V librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Eustachii, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XV mensis Septembris.

Johannes Hosconis (voy. p. 278, 281), clericus, hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem Beate Katherine, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, XV Septembris.

Frater Daniel Alacis, relig. monasterii Sancti Bavonis (voy. p. 298 et 326), hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem Beate Katherine, pro primo anno et primo vol. Datum, etc., XXVII Septembris.

Raymondus Molet, Noviomensis dyoc., hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Beati Thome, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra.

Humbertus Dominici, clericus Aurasicensis [dioc.][1], hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Beati Thome, in quibus legit rev. doctor dom. Anthonius de Lanco, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XII die Septembris.

[1] Diocèse d'Orange.

Guillelmus Majoris, clericus de Ambianis, hodie, incipiet IV librum Decretal., in scolis posterioribus supra, ad Ymaginem Beati Andree, pro primo anno et primo vol. Datum die XXVI mensis Septembris.

(F° 90 r°). SECUNTUR NOMINA ILLORUM QUI INCEPERUNT LEGERE IN NONIS SANCTI JACOBI, A IX DIE FEBRUARII ANNI CCCC XXVI.

[1427. Fevrier-Septembre.] Et primo, Guillelmus Bonnelli, Constantiensis dioc., hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus anterioribus, ad intersignium Scuti Britanie, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XXVI, die X Februarii.

Guillelmus Chaney (Chavey ? voy. p. 295, 330), Virdunensis dioc., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Yvonis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum ut supra, XVII die Februarii.

Guillelmus de Heriz, presbyter Baiocensis [dioc.], bac. in leg. et in dec., hodie, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad Ymaginem Sancti Martini, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Herveus Pouchardi, pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra, die III mensis Aprilis.

Johannes (Jacobus, p. 299) Lupuli, clericus Morinensis dioc., hodie, incipiet I librum Decretal., in magnis scolis Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XI Aprilis.

Michael Le Raed, presbyter Morinensis dioc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in magnis scolis collegii de Dormano, ubi mag. Levinus legere consuevit, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, anno Domini M CCCC XXVI, die XV Aprilis.

Andreas Guiberti, presbyter curatus de Croyaco[1], Meldensis dyoc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum [Decretal.], in scolis posterioribus, ad Ymaginem Beati Michaelis, et hoc pro quarto anno et quarto vol. Datum anno Domini M CCCC XXVII, die VIII Maii.

Guillelmus Chaney (Chavey ?), subdiaconus, ecclesie Virdunensis canonicus, hodie, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Yvonis, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XVII, die II Junii.

Petrus Ade (voy. p. 250, 305), Constantiensis dioc., hodie, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Johannis Baptiste, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Gueroldus Boisselli, decretorum doctor, pro quarto anno et quarto vol. Datum ut supra, die III Jullii.

Yvo Juvenis, presbyter Trecensis dioc., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis collegii de Tornodoro, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die VIII mensis Julii.

Thomas Morbeque (voy. p. 278), clericus Morinensis dioc., hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Cirici, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XVI Jullii.

Robertus Carpantarii, presbyter, mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet VI librum [Decretal.], in scolis posterioribus, supra secundas scolas, pro quarto anno et quarto vol. Datum ut supra, XVIII Jullii.

Alanus Dreulin (Druelin, p. 300), clericus Macloviensis dyoc.[2], mag. in art., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XXVIII mensis Junii.

Johannes Michon, canonicus, hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis inferioribus,

[1] Crouy (Seine-et-Marne)? — [2] Diocèse de Saint-Malo.

ad intersignium Scuti Britanie, pro primo anno et primo vol. Datum anno XXVII, die II Augusti.

Johannes Moteti, presbyter Lingonensis [dioc.], hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Castri, in quibus legere consuevit rev. in Xristo pater abbas de Latigniaco, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, IX mensis Augusti.

(F° 90 v°). Johannes du Bauchien (voy. p. 258, 306), mag. in art., Ambianensis [dioc.], hodie, incipiet V librum [Decretal.], in secundis scolis, pro tertio anno et quarto vol. Datum anno CCCC XXVII, [die] XII mensis Augusti.

Guillelmus Galcheri, mag. in art., hodie, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad intersignium Curriculorum, pro tertio anno et quarto vol. Datum ut supra, XVIII die Augusti.

Relig. vir frater Johannes Pele (voy. p. 296), hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beate Katherine, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXVII die Augusti.

Jacobus Germani, presbyter, mag. in art., Ebroicensis dyoc., hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Corone, in quibus legit rev. pater abbas de Becco, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra.

Guillelmus Chaney (voy. p. 310), Virdunensis dioc., hodie, incipiet VI librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Yvonis, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, XXX mensis Augusti.

Frater Johannes Rousseley (voy. p. 297), ecclesie Corbiensis, hodie, incipiet I librum [Decretal.], ad intersignium Corone, in scolis inferioribus, pro primo anno et primo vol. Datum II die Septembris.

Lansdilaus Cauvet (voy. p. 298), clericus Morinensis [dioc.], hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium Corone, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, II die Septembris.

Aubertus Morelli (voy. p. 286), presbyter curatus parroch. ecclesie Sancti Laurentii[1], Rothomagensis [dioc.], hodie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis anterioribus, ad Ymaginem Beate Barbare, pro secundo anno et secundo vol. Datum ut supra, III Septembris.

Michael Tiberti (Tibere, p. 272), clericus de Parisius, incipiet III librum [Decretal.], in secundis scolis superioribus, a parte posteriori collegii de Tornodoro, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die VI mensis Septembris.

In nomis Nostre Domine [M CCCC] XXVII, ante festum Beati Dyonisii.

Johannes de Novavilla, Atrebatensis dyoc., mag. in art., incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Beate Katherine, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXV Septembris. [1427. Septembre.]

Jodocus Waye (Woye, p. 299), clericus Tornacensi [dioc.], incipiet II librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Xristofori, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXV mensis Septembris.

Johannes de Lievim, Ambianensis [dioc.], incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem Beati Yvonis, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXV Septembris.

Petrus de Glegnyes (Heliniez? p. 299), alias de Capiaumonte, Cameracensis dioc., hodie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis posterioribus supra, ad Ymaginem Beate Barbare, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XXV Septembris.

[1] Saint-Laurent-en-Caux (Seine-Inférieure)?

Guido de Blesis, clericus Leodiensis dyoc., hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Jacobi, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XXV Septembris.

Johannes Vorrienzone (Vaarienzone, p. 299), clericus Morinensis [dioc.], hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Curriculorum, pro primo anno et primo vol. Datum, etc., XXVI Septembris.

Guillelmus Majoris, clericus Ambianensis [dioc.], incipiet IV librum [Decretal.], in scolis posterioribus supra, ad Ymaginem Beati Andree, pro primo anno et primo vol. Datum, etc., XXVI die Septembris.

Xristianus Lodiic (Lodic, p. 300), clericus Morinensis dyoc., incipiet IV librum [Decretal.], in parvis scolis collegii Belvacensis, pro primo anno et primo vol. Datum, etc., XXVI Septembris.

(F° 93 r°). Anno [M CCCC] XXVII, in nonis Beate Marie. — Bretons.

[1427. Septembre.] Johannes Fauvel, Sagiensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in scolis posterioribus, supra scolas ad Ymaginem Beati Eustachii, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XVII Septembris.

Frater Galtherus de Treveris, ord. S. Johannis Jherosolimitani, hodie, incipiet V librum [Decretal.], in scolis anterioribus, ad intersignium Corone, pro primo anno et primo vol. Datum XII Septembris.

Frater Rasso Winel (Wuinel ? p. 297), presbyter Morinensis dioc., ord. S. Augustini, incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Johannis, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XIX Septembris.

Guillelmus Bonneti, clericus Turonensis [dioc.], hodie, incipiet I librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Hylarii, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, XIX die Septembris.

Matheus Pithoys (voy. p. 280, 307), presbyter Carnotensis dioc., incipiet Clementinas, in scolis superioribus, ad intersignium Sancti Michaelis, pro primo anno et primo vol. Datum ut supra, die XIX Septembris.

Johannes Chapistre (Chepstowe, p. 297), presbyter Landavensis dyoc.[1], incipiet III librum [Decretal.], in scolis anterioribus, ad Ymaginem Beate Barbare, pro primo anno et primo vol. Datum, etc., die XIX Septembris.

[1] Diocèse de Llandaff (Angleterre)?

DÉCANAT DE JEAN DE BRETONS.

NOVEMBRE 1427 À NOVEMBRE 1428.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 98 r°). Anno Domini millesimo quadringentesimo XXVII, die VI mensis Novembris, omnibus dominis meis doctoribus tunc regentibus in capella post missam ordinariam, apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, per cedulam specialiter evocatis et congregatis, prout moris est, pro electione futuri decani, ego, frater Johannes de Bretons, qui pro anno preterito predictum officium exercui, librum Facultatis, claves et alia registra, in manus domini Sancti Taurini, antiquioris doctoris, posui et tradidi. Et immediate omnes domini mei, nullo reclamante, continuaverunt me, pro anno presenti, ad predictum officium. Super quibus de honore michi impenso humiliter regratiatus sum, et feci juramenta solita. [1427. 6 Novembre.]

Omnia que fuerunt acta in Facultate, ab hac die mee continuationis, sunt superius scripta, tam bachalarii incipientes, quam qui fuerunt recepti usque ad mensem Januarii; tamen aliqui ab VIII Novembris secuntur in isto pappiro post tria folia.

Pro presenti anno, die mee electionis, sunt regentes : domini Sancti Taurini, Levinus, Lanco, Pouchardi, Franchelanis, Boisselli, Conty, Humberti, Frene, Lihonz, Paquerus, et ego decanus.

Eadem die, anno predicto, dominis meis post missam congregatis in capella nova, comparuerunt in presentia dominorum meorum Dyonisius Courtillier, major bedellus Facultatis, et Guillelmus, sub[b]edellus, qui ibidem, in presentia Facultatis, apportaverunt virgas predicte Facultatis, videlicet Dyonisius majorem virgam deauratam, et predictus Guillelmus parvam virgam albam ; et, juramentis ipsorum renovatis, prout in statutis continetur, retraxerunt se ad partem. Et, habita consultatione, deliberatum fuit quod virge restituerentur. Unde sunt regratiati de honoribus quos habuerunt et sperant habere ratione officii, injungendo eisdem quod, sub debito juramento, bene et laudabiliter exerceant sua officia, prout in statutis continetur; alias priventur, prout dominis meis de jure videbitur expediens.

(F° 98 v°). Prima die Martii, fuit apertum examen in venerabili Facultate decretorum, et ipsa die juraverunt bachalarii admissi ad examen solita juramenta. Deinde fuit facta per me decanum harenga more solito, et nichil aliud ante pran- [1428. 1er Mars.]

IMPRIMERIE NATIONALE

dium; et post prandium fuit divisum Decretum, videlicet XIII causa usque ad XV causam et III q[uestionem], et cuilibet assignata [fuit] sua portio tam de textu quam glosa.

[23 Mars.] Die martis, que fuit XXIII Martii, clausum fuit examen; in quo examine fuerunt omnes admissi sub certis conditionibus, nam aliqui de rigore, alii de gratia, alii de maxima gratia, et injunctum fuit illis qui non perfecerunt volumina sua, cum quibus est dispensatum, quod perficiant integre sua volumina.

[29 Mars.] Die lune, XXIX Martii, fuerunt presentati predicti bachalarii venerando magistro Petro de Dierreyo, in sacra pagina professori, commisso pro domino cancellario Parisiensi; quiquidem benigne respondit quod, ex quo domini doctores reputabant prefatos bachalarios licentia dignos, quod contentabatur, et, quamcito posset, eos licentiaret ordine in rotulo quem sibi tradidi sigillato sigillo meo in medio et extremitatibus; nec volebat aliquid immutare.

[30 Mars.] Anno Domini M CCCC XXVII, die XXX Martii, ante Pascha, fuerunt licentiati in aula domini episcopi Parisiensis per dominum commissarium bachalarii inferius nominati in ordine tradito domino commissario, qui est talis [1].

(F° 99 r°). Et erant regentes qui secuntur : abbas Sancti Taurini, Levinus Neveline, Anthonius de Lanco, Herveus Poichardi, Philippus de Franchelanis, Gueroldus Boisselli, Guillelmus de Conty, Johannes Humberti, Johannes de Bretons, Thomas Frene, Bertrandus de Quercu, Paquerus de Vallibus.

Hac die licentie, immediate post licentiam, exiverunt domini de aula Parisiensi, et regratiati sunt, et intraverunt bassam capellam, ut moris est, nec fuit aliquis qui palam male contentaretur de loco sibi assignato. Et ibi se presentavit ad doctoratum Alanus Kierketon primus in ordine, et dixi sibi quod compareret in prima missa Facultatis.

[1er Avril.] (F° 97 v°). Hodie, prima die Aprilis, anno millesimo quadringentesimo XXVII, ante Pasca, dominis presentibus in capella Sancti Johannis, dominus de Latigniaco et dominus Pasquerus fuerunt quitti de omnibus quibuscumque occasione licentie istius presentis anni per ipsos receptis, et fuerunt omnes domini contenti, testibus signis manualibus dominorum hic appositis. — Neveline. — Anthonius de Lanco. — Herveus Pouchardi. — Philippus de Franchelanis. — Johannes de Bretons. — Thomas Fresne.

[8 Avril.] (F° 98 r°). Anno Domini M CCCC XXVIII, die octava mensis Aprilis, post Pascha,

[1] Voy. plus bas, p. 319, la liste des licenciés de cette année.

hora quarta post prandium, fuerunt domini mei congregati, videlicet Sancti Taurini, Levinus, Lanco, Pouchardi, Hu[m]berti, Frene, Paquerus, et ego, decanus; et feceram congregari dominos meos ad requestam unius dominorum meorum super aliquibus concernentibus honorem et negotia Facultatis.

(F° 99 r°). Anno Domini MCCCCXXVIII, die VIII mensis Aprilis, post Pascha, hora quarta post prandium, fuerunt domini mei congregati, videlicet qui supra scribuntur, et feci eos congregari ad requestam unius dominorum meorum, super aliquibus concernentibus honorem et negotia Facultatis. In qua quidem congregatione magister Johannes Hosconis se presentavit ad doctoratum, et, hoc dicto, feci ipsum retrahere; postmodum posui in deliberatione si posset admitti, viso quod cedula congregationis non continebat articulum illum, viso etiam quod non erat missa ordinaria et quod omnes domini non erant presentes. Tandem, aliqui dominorum erant male contenti ex eo quod, in crastino Pasche, ego feceram similem congregationem, in qua non fuerant nisi tres, videlicet Sancti Taurini, Lanco et Paquerus, et tamen receperant magistrum Johannem Joliveti, cujus presentationi se opponebant, dicentes quod non debet fieri talis receptio, nisi in missa ordinaria, omnibus presentibus. Et requisierunt me quod de cetero non facerem tales congregationes, nec ponerem aliquid in deliberatione, nec aliquid concluderem. Et quantum ad presentationem magistri Johannis Hosconis dictum fuit quod non reciperetur pro presenti, nec etiam quicumque alius, nisi prius perfecerint volumina sua, quemadmodum in pluribus congregationibus ordinariis, cum eis ad examen licentie admitterentur, dispensatum extitit, et etiam, tempore admissionis et approbationis eorum ad licentiam, fuit concorditer, vicibus repetitis, per dominos doctores, nullo contradicente, conclusum; et formaliter se opposuerunt ubi (nisi) plusquam duo facerent simul festum suum; et in casu quo contrarium fieret, appellaverunt. [8 Avril.]

Hec fuerunt acta loco et hora predictis, et presentibus dominis superius nominatis. — Johannes de Bretons, decanus.

(F° 99 v°). Hodie, XV Aprilis, in missa, presentavit se ad doctoratum magister Johannes Joliveti, qui pro tunc non fuit admissus, quia domini non erant congregati. [15 Avril.]

Eadem die, supplicavit magister Henricus de Mouson pro regentia, qui fuit admissus, et quia diu fuerat absens qui debet legere decretalem in Natali Domini, et magister Radulphus Rouselli illam de Navititate, et dominus monasterii Celle in Pascha.

Item, ista die, fuit lecta quedam appellatio interjecta per dominum conservatorem, magistrum Johannem Hu[m]berti, et magistrum Thomam Frene in casu quo admitterentur ad doctoratum plusquam duo simul, pro se ipsis et adherere volentibus, et quasi omnes, vel saltem major pars, adheserunt, etc.

[22 Avril.] Item, hodie jovis, XXII Aprilis, post missam, in capella comparuerunt dominus archidiaconus Novi Burgi, nuncupatus Alanus Kierketon, et magister Guillelmus Clyf, Anglici, qui alias se presentaverant ad doctoratum, videlicet die licentie, in capella bassa episcopi Parisiensis, et supplicaverunt duo, antequam vellent jurare, videlicet quod domini dispensarent secum quod, si non possent facere festum suum infra XV dies utiles, quod non noceret eis, presertim quia dominus regens volebat interesse, quiquidem volebat ire Rothomagum, nec sciebat quando posset reverti. Item, supplicabant quod Facultas dispensaret quod alii duo facerent festum suum una cum ipsis, qui se retraxerunt ad partem. Et fuit deliberatum quod, secundum formam statutorum, perprius debebant jurare, antequam supplicarent aliquid. Qui prestiterunt juramenta solita. Postmodum Facultas dispensavit super XV diebus, casu quo, etc. Quantum vero ad secundam supplicationem nichil deliberavit Facultas, obstante apellatione.

Item, eadem die, magister Johannes Joliveti fecit juramenta solita, qui se presentaverat XV hujus mensis, et supplicavit quod admitteretur cum duobus Anglicis; super quo nichil fuit deliberatum, obstante apellatione.

[5 Mai.] Hodie, V Maii, magister Johannes Joliveti supplicavit duo : primo, quod dispensaretur secum de XV diebus utilibus; 2° quod admitteretur cum aliis duobus pro faciendo festum. Prima supplicatio fuit sibi concessa; quantum ad secundam supplicationem, videlicet quod admit[t]eretur cum aliis duobus, fuerunt multe et diverse opiniones, pro eo quod aliqui dominorum appellaverunt in casu quo ultra duo facerent festum simul. Tamen finaliter fuit conclusum quod placebat Facultati, dum tamen solverent dispensationem. Et solvit XL scuta auri pro honeribus Facultatis supportandis.

[26 Mai.] XXVI Maii, supplicavit magister Thomas Frene pro decano de Lehuno quatenus Facultas sibi concederet quod esset regens honorarius; et facultas concessit sibi usque ad tres menses.

[14 Juin.] XIII Junii, supplicavit dominus de Becco pro regentia, que fuit sibi concessa.

Supplicaverunt etiam pro regentia dominus de Gemeticis, dominus monasterii Celle et dominus preceptor Trecensis.

Eadem die, dominus abbas de Cormeliis supplicavit Facultati quatenus admitteretur una cum aliis tribus presentatis ad doctoratum. Et, antequam admitteretur, fuerunt multa prolocuta hinc inde, propter apellationem interjectam, de qua supra; sed, quia ipse erat Facultatis, et etiam dominus regens scripsit Facultati, et quia diu fuerat licentiatus et compleverat sua volumnia, Facultas, de consensu omnium, nullo contradicente, quia alias non fecisset, ipsum admisit sine prejudicio apellationis.

Hodie, que fuit XVIII Junii, fuerunt isti quatuor vesperizati, videlicet magister Quierqueton, Guillelmus Clyf, Johannes Joliveti et abbas de Cormeliis, per dominum abbatem Sancti Taurini, in magnis scolis. [18 Juin.]

Die lune, XXII (XXI?) Junii, fuerunt doctorizati, per eundem dominum, in magnis scolis, presente illustrissimo principe domino duce Bedfordie, regente regnum Francie; et fuit factum prandium in palatio regis[1]. [22 Juin.]

(F° 100 r°). Eadem die, post prandium, domini se retraxerunt ad partem; et supplicavit dominus archidiaconus pro ipso et suis sociis duo : primo, quod domini haberent festum gratum et adnonatum; secundo, quod admitterentur ad regentiam et lecturam. Et, propter diversitatem opinionum, nichil fuit deliberatum. Et fuit eis assignata dies ad diem mercurii sequentis in missa ordinaria, videlicet in vigilia Beati Johannis Baptiste. In qua missa domini deliberaverunt super predictis supplicationibus, primo quod fecerant tres defectus : primo, de birretis, quia paucos dederunt, et illa que dederunt, data fuerunt cum magno impetu; 2° quia domini, in introitu prandii, circuibant curiam palatii, et in magna pressura, quasi per dimidiam horam, non poterant reperire introitum. Verumptamen, ob reverentiam domini regentis, qui fuit in prandio et in scolis, Facultas indulsit et placuit quod duo primi legerent, videlicet dominus archidiaconus Novi Burgi die veneris post festum Sancti Johannis Baptiste, et alius videlicet Guillelmus Clyf lune sequenti, in festo apostolorum Petri et Pauli. Et ita fecerunt, et inceperunt in magnis scolis; alii vero duo, videlicet Joliveti et abbas de Cormeliis, expectarent usque martis post Exaltationem Sancte Crucis.

[1] Cette collation du doctorat à quatre docteurs, dont deux étaient Anglais et deux Français, eut lieu en présence du duc de Bedford, régent du royaume. Ce fut l'occasion d'une grande fête, à laquelle les Anglais durent attacher une certaine importance. Jean Chuffart, dans son journal publié par M. Tuetey, mentionne cette solennité en ces termes, *op. cit.*, p. 227 : « Le jour de Saint-Leuffrey, qui fut au lundy XXIe jour de Juing, fut la plus somptueuse feste faicte au Palays à Paris que homme qui pour lors vesquit eust oncques veue ; car toute personne, de quelque estat qu'il fust, estoit receu à dîgner selon son estat; car le régent de France et sa femme, et la chevallerie furent servis en lieu et de viande selon leur estat; le clergé premier, comme evesques, prelas, abbés, prieurs; après, docteurs de toutes sciences, le Parlement; après, le prevost de Paris et ceulx du Chastellet; après, le prevost des marchans [et les eschevins et bourgois et marchans ensemble]; [et après le commun de tous estatz]. Et furent bien à cellui digner que ungs que autres plus de huit milliers seans à table, car il y eut de pain distribué de environ III deniers la pièce, qui pour lors estoit moult grant, car on avait ung sextier de très bon fourment pour XII solz parisis, si y en ot bien VII^c douzaines. »

M. Tuetey a ajouté à ce texte un témoignage de Clément de Fauquembergue : « Lundi XVIe jour de Juing. Ce jour, dit le greffier, les plaidoieries cessèrent à IX heures, et se leva la court pour aler es escoles de decret au commencement dez quatre nouveaux docteurs, dont les deux estoient anglois et les deux françois, et fut esdictes escoles le duc de Bedford régent, et avec lui fu au disner au Palais la duchesse sa femme, seur du duc de Bourgogne, et plusieurs autres de tous estas, jusques au nombre de V^m à VI^m personnes, si comme on disoit. » (Voy. Tuetey, *Journal d'un bourgeois de Paris*, Paris, in-8°, 1881, p. 127, dans les *Mémoires de la Société de l'histoire de Paris*.)

[1er Juillet.] Item, hodie jovis, prima die Julii, supplicaverunt dominus archidiaconus Novi Burgi et Guillelmus Clif quod essent regentes utiles; quod fuit eis concessum.

[8 Juillet.] Item, die jovis, VIII Julii, fuerunt convocati omnes bachalarii legentes, quia erat Facultas sufficienter informata quod predicti bachalarii non comparuerunt in habitibus et libris in vesperiis doctorum noviter factorum, et etiam, quod deterius erat, raro seu nullo tempore legebant, quod cedebat in magnum vituperium Facultatis. Et ideo, ex parte Facultatis, per me decanum, in capella Sancti Johannis, in conspectu dominorum doctorum et omnium bachalariorum, fuit eis injunctum quod de cetero decenter et continue legerent, prout in statutis continetur.

[15 Juillet.] Hodie, XV Julii, in missa, supplicavit magister Johannes Joliveti et dominus abbas de Cormeliis, quod essent regentes honorarii; quod fuit eis concessum.

Item, in missa proxima, ante festum Beati Michaelis, magister Guillelmus Rousselli, legens de mane, et supplicavit iterum pro lectura, et fecit juramenta solita.

[7 Octobre.] Item, die jovis, VII Octobris, supplicavit magister Hugo Massue, magister in artibus et bachalarius in decretis, pro secundo loco lectionis matutinalis; et supplicavit dominus rector pro ipso, et etiam magister Johannes Lohier. Et concessit Facultas quod legeret in secundis scolis; et quia non habebat spatium faciendi propositum in tam brevi spatio, cum non haberet inducias, nisi de quatuor diebus, ideo domini dispensaverunt secum de non faciendo propositum suum usque ad XV dies post adventum patris, qui ivit in Britania ex parte regis. Et fecit juramenta solita, etc.

Item, ordinatum est de lectura decretalium solemnium : primo, abbas de Cormeliis debet legere decretalem *Firmiter* in Natali Domini, et magister Johannes Joliveti in Pascha, magister Guillelmus Clyf in Pentecoste, et magister Alanus Quier[que]ton in Natali Domini sequente. Hoc fuit ordinatum in mense Octobris, anno CCCC XXVIII, subsequenter, prout continetur supra.

[4 Novembre.] Die jovis, III Novembris, fuit ordinatum quod bedellus legeret in scolis dominorum et legentium de mane statutum antiquum *De testificandis auditionibus Decretorum et Decretalium*, propter fraudes quas commisit quidam scolaris, qui vocatur . . . . ., qui non traxerat moram, nisi per annum cum dimidio, et tamen juravit se audivisse Decretales per XLVIII menses in sex annis, sicut est consuetum; et est statutum illud in libro Facultatis, in tertio folio, et incipit : *Item, quia in testificandis*[1]. Quiquidem fuit punitus per Facultatem quod non possit recipere ab hac die qua supra usque ad quatuor annos gradum bachalariatus[2].

[1] Je n'ai pas trouvé de statut spécial portant la rubrique indiquée. On peut admettre cependant que la Faculté renvoie au statut de 1380-1420, § 4, publié à la page 30. — [2] Le folio 100 est blanc.

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS.

[Alanus Kierketon. Voy. p. 316 [1].]
[Johannes Joliveti. Voy. p. 316.]
[Guillelmus Clif. Voy. p. 316.]
[Abbas de Cormeliis. Voy. p. 316.]

2. LICENCES.

(F° 98 v°). Anno Domini millesimo cccc xxvii, die xxx Martii, ante Pascha, fuerunt licentiati in aula domini episcopi Parisiensis, per dominum commissarium, bachalarii inferius nominati, in ordine tradito domino commissario, qui est talis : [1428. 30 Mars.]

Alanus Kierketon	sub dom. Sancti Taurini.
Jacobus Piscis	sub dom. Humberti.
Johannes Joliveti	sub dom. Lanco.
Henricus de Novavilla	sub dom. Poichardi.
Johannes Landry	sub dom. Poichardi.
Guillelmus Clif	sub dom. Levinus.
Jacobus Galet	sub dom. Framchelanis.
Robertus de Fontanis	sub dom. Conty.
Johannes de Vorda (voy. p. 261)	sub dom. Framchelanis.
Johannes de Graturolio (voy. p. 267)	sub dom. Taurini.
Johannes Hosconis (voy. p. 308)	sub dom. Lanco.
Johannes Nicolay	sub dom. Conty.
Petrus Courtini	sub dom. de Quercu.
Frater Johannes Raulini	sub dom. Bretons.
Frater Touppet (Coppet, p. 263)	sub dom. de Quercu.
Rogerus de Monasterio	sub dom. Boisselli.
Frater Johannes Morelli	sub dom. Taurini.
Nicolaus Lambaert (voy. p. 277)	sub dom. Huberti.
Andreas Cotin	sub dom. Bretons.
Andreas Pele (voy. p. 296)	sub dom. Paquerus.
Guido Haguenin	sub dom. Taurini.
Nicolaus de Besis	sub dom. Bretons.
Firminus de Campis	sub dom. Boisselli.

[1] On remarquera que les statuts sur la collation des grades comportaient des exceptions, car Alain Kirketon et Guillaume Clif, reçus licenciés et docteurs en Mars et Juin 1428, n'étaient bacheliers que depuis quelques mois. Alain avait été admis au baccalauréat le 27 Mars 1427 (voy. p. 296) et Guillaume Clif le 8 Mai de la même année (voy. p. 297).

Jacobus Merati . . . . . sub dom. Levinus.
Gregorius Pinguis . . . . . sub dom. Huberti.
Guillelmus Colini . . . . . sub dom. Frene.
Michael Amici . . . . . sub dom. Levinus.

(F° 99 r°).

Robertus Hente (voy. p. 260, 267) . . . . . sub dom. Framchelanis.
Ludovicus Scaet . . . . . sub dom. Paquerus.
Theobaldus de Courtaonno . . . . . sub dom. Frene.
Johannes Jonglet . . . . . sub dom. de Quercu.
Johannes de Boves . . . . . sub dom. Huberti.
Guillelmus de Bellovisu . . . . . sub dom. Lanco.
Petrus Ade (voy. p. 250, 310) . . . . . sub dom. Poichart.
Guillelmus Galcheri . . . . . sub dom. Bretons.
Johannes du Beauchien (voy. p. 258, 311) . . . . . sub dom. Boisselli.
Johannes Olive . . . . . sub dom. Paquerus.
Johannes Coteciree (voy. p. 287) . . . . . sub dom. Lanco.
Aubertus Morelli (voy. p. 311) . . . . . sub dom. Conty.
Johannes de Quemino . . . . . sub dom. Frene.
Philippus Boistelli . . . . . sub dom. Lanco.
Johannes de Botonno (voy. p. 287) . . . . . sub dom. Paquier.
Frater Johannes Jarruti . . . . . sub dom. de Quercu.
Johannes de Le Vespierre (voy. p. 302) . . . . . sub dom. Levinus.
Guillelmus [Lohier?] [1] . . . . . sub dom. Taurini.
Guillelmus [de Heriz?] . . . . . sub dom. Framchelanis.
Johannes Anglici . . . . . sub dom. Frene.
Jacobus Mareti . . . . . sub dom. Lavigny.
Robertus Carpentarii . . . . . sub dom. Pouchardi.
Johannes Falqueti . . . . . sub dom. Framchelanis.
Guillelmus de Bihaiz . . . . . sub dom. Boisselli.
Frater Johannes Baloiche . . . . . sub dom. Brecons.
Guillelmus (Gillebertus, p. 250) Alouf . . . . . sub dom. Huberti.
Thomas Pertinaci . . . . . sub dom. Pouchardi.
Petrus Regis . . . . . sub dom. Boisselli.
Johannes Breti . . . . . sub dom. Conty.
Johannes Medici . . . . . sub dom. Levinus.

3. BACCALAURÉATS.

[Novembre 1427-Novembre 1428.]

Nicolaus Jouvenne, Baiocensis [dioc.], hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, pro primo anno et primo vol. Daptum die V Junii, anni XXXI.

Ludovicus de Magno Vico, Parisiensis [dioc.], mag. in art., hodie, in eisdem horis, incipiet IV librum Decretal., in scolis posterioribus primis, pro primo anno et primo vol., etc. Daptum anno supra XXXI, [die] XII mensis Junii.

Guido de Labeec (voy. p. 369), Parisiensis [dioc.], mag. in art., incipiet V librum Decretal., in scolis anterioribus supra, ad Scutum Britanie. Actum XII Junii, anni XXXI.

Discr. vir Gauffridus Guioti, presb. Constantiensis dioc., incipiet II librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro secundo anno et tertio vol. Actum XV mensis Junii.

Discr. vir Oliverius de Carantilly, mag. in art., et bac. in dec., incipiet V librum Decretal., in scolis intersignii S. Barbare, pro primo anno et primo vol. Actum XXI Junii, anni XXXI.

Discr. vir Thomas de Catis incipiet, hodie, V librum Decretal., in scolis magnis inferioribus Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol., etc. Actum die V mensis Martii, anno XXX.

Item, idem Thomas de Catis incipiet IV librum Decretal., in eisdem scolis, pro secundo anno et principio tertii vol., die IX mensis Julii, anni XXXI.

Nobilis vir Ludovicus de Lucemburgo (voy. p. 356, 374), etc., incipiet Clementinas, in scolis Scutti Jerosolimitani, pro secundo anno et secundo vol., die XII Julii, anni XXXI.

Philippus Canuti, mag. in art., hodie, incipiet V librum Decretal., in primis scolis superioribus Scuti Britanie, pro secundo anno et secundo vol. Anno XXXI, [die] XXVIII Julii.

Laurentius Sureau, Senonensis dioc., hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus Curriculorum, pro tertio anno et tertio vol. Actum die XX Augusti, anno XXXI.

[1] Gray (Haute-Saône), voy. p. 356, 362.

(F° 132 v°). Mag. Henricus Camus, clericus Silvanectensis dioc., hodie, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad intersignium Scutti Britanie, ubi legere consuevit mag. Thomas Frene, pro quarto anno et quinto vol. Actum die XXII mensis Augusti.

Nicasius Viche, presbyter Noviomensis dioc., incipiet I librum Decretal., in scolis primis anterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol., die XXVII mensis Septembris.

DÉCANAT DE GUILLAUME DE CONTY.

NOVEMBRE 1431 À MAI 1432.

VICE-DÉCANAT D'ANTHOINE DE LANCO.

MAI À AOÛT 1432.

VICE-DÉCANAT DE GÉRAUD BOISSELL.

AOÛT À NOVEMBRE 1432.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Guillelmus de Conty.

(F° 144 r°). Die jovis, octava Novembris, anno Domini millesimo cccc xxxi, fuerunt domini mei doctores convocati per cedullam in sancto Johanne Jherosolimitano, ad eligendum novum decanum; et, illa die, ego, Guillelmus, abbas Sancte Katerine, non potui ibidem comparere, legitime impeditus. Nichilominus elegerunt me in decanum omnes concorditer, nemine contradicente, prout michi mandaverunt per Guillelmum Guioti, subedellum, per quem michi miserunt duos libros, videlicet librum statutorum et presentem librum, et etiam claves pertinentes ad decanum. [1431. 8 Novembre.]

Et die martis sequente, que fuit xiii dicti mensis, feci congregari dictos dominos meos per cedullam, in predicto loco Sancti Johannis, super tribus articulis : [13 Novembre.]

Primus fuit super facto portitorum rotuli licenciatorum et bacalariorum istius Facultatis decretorum;

Secundus ad audiendum ea que, die precedente, fuerunt posita in deliberatione Universitatis per dominum doctorem, super quibus nichil potuit concludi, obstante absentia omnium dominorum doctorum, me dempto, et etiam obstante absentia omnium magistrorum venerande Facultatis medicine;

Et tertius fuit super supplicationibus, etc.

Et quantum ad istum ultimum articulum, post multas excusationes, supplicavi dictis dominis meis quatinus vellent me habere excusatum et exonerare de isto

IMPRIMERIE NATIONALE.

officio decanatus, et eligere unum alium. Qui non annuerunt supplicationi mee, imo michi injunxerunt, dulciter tamen, quatinus susciperem et excercerem, offerentes michi dare auxilium, consilium et favorem, me juvando et supportando in exercitio illius officii, quantum possent. Super quibus regratiatus sum eis.

Et, illa die et in loco predictis, fuit conclusum quoad primum articulum, per omnes dominos, nemine reclamante, quod, si Universitas vellet procedere contra dictos portitores, ad interrogandum ipsos vel ad privandum ipsos, nisi responderent suis interrogatoriis, vel alliter (*sic*) eos quoquomodo gravare, Facultas deffenderet ipsos et caperet factum in se. Et, post multas vias et modos procedendi in isto facto tactos, ibidem fuit conclusum quod expedientius erat capere casum novitatis. Et fuit dominus meus, magister Pasquerius de Vallibus, nominatus ad faciendum memorialia pro impetratione dicti casus novitatis, qui respondit quod libenter faceret quicquid posset.

Et quantum ad secundum articulum, domini doctores iverunt ad Sanctum Maturinum, ubi erant vocati cum Universitate per dominum rectorem, et ibi deliberaverunt more solito. — G. de Conty.

Secuntur nomina dominorum meorum doctorum dicte Facultatis, qui erant regentes pro illa die.

Magister Livinus [Nevelinc] [1].
Magister Anthonius [de Lanco].
Magister Herveus [Pouchardi].
Ego, Guillelmus, abbas Sancte Katerine, [de Conty].
Magister Johannes Huberti.
Magister Pasquerius [de Vallibus].
Magister Johannes Joliveti.

[22 Novembre.] (F° 144 v°). Die jovis, XXII Novembris ejusdem anni XXXI, erant vocati domini mei doctores, post missam Facultatis, in Sancto Johanne, ad eligendum receptorem. Et, illa die, fuit electus dominus meus, magister Johannes Huberti, ad officium receptoris, et ibidem prestitit debita juramenta; et etiam ego, qui nundum prestiteram juramenta ratione officii decanatus, tunc prestiti. — G. de Conty.

Item, illa die, magister Johannes Francisci, magister in artibus et licentiatus in decretis, etatis LXVI annorum vel circiter, erat citatus ad comparendum in Facultate, pro eo quod in quadam congregatione locutus fuerat domino abbati Sancte Katherine Montis Rothomagensis, nostre Facultatis decano, dicendo plura verba per modum redargutionis, sine quacumque reverentia, cum capucio et pileo seu almucio [2] in capite, et sedendo, contra morem Universitatis notorie observatum,

[1] Les noms des régents ont été ajoutés postérieurement. — [2] Aumuce ou chaperon, voy. Ducange, v° Almucius.

quo illi de Facultate artium sive magistri vel alii non consueverunt loqui sedendo, sed erecti et stando, ad differentiam doctorum et magistrorum superiorum Facultatum, qui sedentes locuntur [1]. Ad quam diem ipse magister Johannes Francisci comparuit. Et quia predicta tangebant dictum dominum decanum, ego, Livinus Nevelinc, decretorum doctor, fui, tanquam antiquior, deputatus ad loquendum eidem et insinuendum intentionem Facultatis, que talis erat in effectu.

Visa redargutione supradicta ac proprii juramenti bina vice per ipsum prestiti in adeptione graduum bachalariatus et licentie, quo juravit exhibere reverentiam et honorem omnibus doctoribus presentibus et futuris, transgressione, Facultas intendebat procedere contra ipsum, occasione predictorum forefactorum, viis et modis possibilibus et juridicis, ad finem reparationis debite.

Ad que, per me sic dicta et exposita, respondit dictus magister Johannes quod ea que dixerat, tanquam male advisatus et aliqualiter turbatus et commotus protulerat, nec volebat ea sustinere, ymo petebat veniam. Et petivit trina vice, flectendo genua usque ad terram et flendo.

Post que sic facta, Facultas fecit ipsum retrahere, ut posset super hoc ad plenum deliberare. Et, post deliberationem dominorum super predictis, fuit conclusum quod ego sibi dicerem quod, visa sua humilitate et penitentia, et quia petebat veniam, Facultas, nolens sibi servare rigorem, ymo volens misericorditer agere secum, sibi remittebat et remisit illam offensam, injungendo quatinus a talibus de cetero abstineret, exhortando insuper dictum dominum decanum ut similiter vellet remittere. Qui, ad insinuationem et exhortationem predictas, et visa dicti Francisci penitentia, similiter remisit.

Fuit tamen conclusum per omnes dominos quod dictam reparationem, ego Livinus Nevelinc predictus, tanquam antiquior doctor, haberem hic scribere, prout et feci. — Ita est. Nevelinc.

Die v Decembris, magister Johannes de Vaucheri (Baucheri?), magister in artibus et licentiatus in decretis, suplicavit in Facultate quod sua suplicatio posset poni in rotulo licentiatorum et baccalariorum. Ad quam suplicationem fuit sibi responsum quod dictus rotulus, jam diu erat, fuerat clausus et sigillis Facultatis sigillatus, et quod non aperietur, quia fuerat prefinitum tempus clausionis dicti rotuli per Facultatem, et bis et ter prolongatus; sed placebat Facultati injungere portitoribus dicti rotuli quod portarent suplicationem dicti Vaucheri et presentarent domino nostro summo pontifici, et scriberet Facultas dicto domino nostro [pontifici] quatinus vellet dictam suplicationem signare et eidem concedere similes prerogativas, sicut inclusis in dicto rotulo. [5 Décembre.]

[1] En marge, d'une main contemporaine : «Magister artium debet stare aperto capite coram dominis doctoribus trium superiorum Facultatum».

[8 Décembre.] Die VIII ejusdem mensis, suplicaverunt duo domini doctores, videlicet magister Henricus de Biuria (Bivria?) et magister Alanus Kirketon pro regentia, qui fuerunt admissi. Et fuit notificatum dicto magistro Henrico quod per hujus receptionem, seu mediante ipsa, ipse tenebatur legere primam decretalem solempnem, quia fuerat absens ultra annum; et quia erat nimis modicum spatium temporis usque ad vigiliam Nativitatis Domini, fuit assignata sibi alia sequens, que debebit legi in vigilia dominice in Ramis Palmarum proxime ventura.

[13 Décembre.] Item, similem suplicationem fecit, XIII dicti mensis, frater Bartholomeus Probihominis, religiosus Sancti Mauri de Fossatis, cui similiter fuit responsum.

[14 Décembre.] Item, die sequenti, fecit etiam similem suplicationem magister Jacobus Galet, promotor (procurator?) Universatis, pro magistro Johanne Noeti et pro magistro Guillelmo Chauveti, licentiatis in decretis, qui procurator (?) similem responsionem habuit.

[29 Décembre.] (F° 145 r°). Die sabbati, que fuit XXIX mensis Decembris, dompnus Petrus Guillehebaudeli, religiosus ordinis Sancti Benedicti, licentiatus in decretis, prior d'Anglos[1], Tornacensis diocesis, et magister Johannes de Botono, similiter licentiatus, qui fuerant electi ad portandum rotulum licentiatorum et bachalariorum in Facultate decretorum, de consensu ipsius Facultatis, recesserunt a villa Parisiensi cum dicto rotulo clauso et sigillato sigillis ipsius Facultatis, et cum litteris clausis similiter sigillatis arrepturi iter ad curiam Romanam pro expeditione dicti rotuli.

[1432. 10 Mars.] Die X Martii, fuit apertum examen in venerabili Facultate decretorum, et fuit facta collatio per me, decanum, more solito. Qua facta, baccalarii ad dictum examen recepti prestiterunt solita juramenta, et nihil aliud fuit factum ante prandium; et, post prandium, fuit divisio Decreti facta, et erat Decretum eis assignatum
[11 Mars.] VI causa integraliter, cujus cuilibet fuit assignata una portio. Et, sequenti die, de mane fuerunt glose similiter divise et assignate, et nihil aliud factum illa die nec etiam sequenti, propter festum Beati Gregorii.

[Procès-verbal de la collation de la licence en Mars 1432.]

[28 Mars.] (F° 141 v°). In Dei nomine, amen. Noverint universi et singuli hoc presens publicum instrumentum inspecturi, quod, anno ejusdem Domini M CCCC XXXI, more galicano, inditione decima, mensis vero Martii die vicesima octava, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii, divina providentia pape quarti, anno primo, in quadam aula alta, infracepta Hospitalis

[1] Voy. plus haut, p. 368.

sive domus Sancti Johannis Jherosolimitani Parisiis scituata, in qua solent examinari licentiandi in Facultate veneranda decretorum Parisiensi, congregatis reverendo in Christo patre et domino, domino Guillelmo, abbate monasterii Sancte Trinitatis, in Monte Sancte Katerine, juxta Rothomagum, alme Facultatis decretorum in veneranda Universitate Parisiensi decano, egregiisque et eminentis scientie ac venerande circumspectionis viris dominis et magistris Livino Nevelinc, Anthonio de Lanco, Henrico de Biuria, Herveo Pouchardi, Johanne Huberti, Pasquerio de Vallibus, Alano Kirketon et Johanne Joliveti, decretorum doctoribus, collegium ejusdem Facultatis decretorum in eadem Alma Universitate Parisiensi facientibus et representantibus, in nostrum notariorum subscriptorum testium que infra scriptorum, ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum, presentia, propter hoc personaliter constituti, prefati domini doctores venerabilibus et discretis viris magistris Simoni de Lucemburgo, Johanni de Courcellis, Philippo Caronis, Johanni Vedasti, Johanni Hamonis, Petro Joliveti, Laurentio Surrelli, Michaeli Coci, Jacobo Hedouardi, Michaeli Sutoris, Jacobo Almani, Philippo Novi, Johanni Laurentii, Guillelmo Albecappe, Petro Bridoul, Matheo Pichois, Simoni de Placentia, Radulpho Joliveti, Johanni Crohes, fratri Guillelmo Cottonarii, religioso, Ricardo Ysembergue, Gabrieli Paysant, Johanni Doittee, Rogero Ernault et Nicolao de Valetot, per eosdem dominos doctores, pro gradu licentie in eadem Facultate obtinenda, examinatis omnibus et singulis in eodem examine requisitis et similiter solitis hinc inde rite peractis, ac ipso examine per eosdem dominos doctores clauso et pro clauso habito, exposuerunt, seu per eumdem dominum decanum exponi fecerunt, quod erant certa statuta inter alia in libro statutorum ejusdem Facultatis, sub quodam titulo seu rubrica scripta, per examinatos ad ipsam licentiam, ante presentationem de ipsis examinatis per sepedictos dominos doctores domino cancellario faciendam, jurari solita per eumdem dominum decanum alta et intelligibili voce eisdem licentiatis perlecta, cujus quidem tituli sive rubrice ac statutorum tenores secuntur et sunt tales :

« Juramenta per presentandos ad licentiam pronuntianda.

« Primo, jurabunt, renovando juramenta prius prestita, quod exhibebunt honorem et reverentiam decano et collegio ac singulis doctoribus presentibus et futuris dicte Facultatis.

« Item, servabunt et defendent libertates, statuta, privilegia, consuetudines et sententias decani et collegii Facultatis decretorum, et adversariis dictorum decani et collegii non prestabunt auxilium, consilium vel favorem, ad quemcumque statum ipsos licentiandos pervenire contingat, nec contra hujusmodi juramentum dispensationem impetrabunt.

« Item, quilibet licentiandus tenebitur solvere Facultati tres bursas in usus ipsius comittendas (convertendas), que burse valent tantum quantum in omnibus quilibet expendere consuevit in tribus septimanis, et tunc, si ipsum incipere vel in

decretis doctorizari post modum contingat, vel ulterius, pro bursis nichil solvit Facultati.

« Item, quod solvet omnibus bidellis doctorum dicte Facultatis regentium, antequam ingrediatur aulam pro licentia obtinenda, xx solidos parisienses inter eosdem distribuendos, ac bidello generali unam bursam, et subidello dimidiam valoris de quo supra.

« Item, quod, predicte licentie obtinende habito signeto a cancellario Parisiensi, quilibet licentiandus visitabit singulos doctores, ipsos rogando ut in ipsa licentia vellent interesse.

« Item, quod non incipiet sub alio doctore in decretis Parisius, quam sub quo fuerit licentiatus, ipso tamen vivente.

« Item quod quilibet eorum erit contentus loco sibi assignato per dominos doctores, nec reclamabit aut murmurabit quoquomodo de hujusmodi assignatione loci; quodque, ultra promissa per eamdem Facultatem, ex certis justis et rationabilibus causis eosdem dominos doctores ad hoc juste moventibus ut cum ipsi super assignatione locorum ipsorum licentiandorum, secundum eorum conscientias, juste et canonice procedere intenderent, ordinatum erat quod quilibet licentiendorum sepe dictorum contentaretur de loco sibi per dictos dominos doctores assignendo, nec super hujusmodi assignatione quoquomodo murmuraret, seu aliquid in contrarium hujusmodi faceret vel attemptaret; ipsos examinatos et ad hujusmodi licentiam presentandos summando et requirendo quatinus hujusmodi statuta more solito, unacum ordinatione predicta, jurarent. »

Tunc, idem magister Simon de Lucemburgo, omnesque alii et singuli, sigillatim et successive, statuta superius inserta, una cum predicta ordinatione, tenere, complere et inviolabiliter observare, nec contra facere vel venire, per se vel alium, directe vel indirecte, pure vel libere ac pura et spontanea voluntate, tactis per eos et eorum quemlibet manualiter sacrosanctis evangeliis, juraverunt et promiserent, et eorum quilibet juravit et promisit.

De et super quibus premissis omnibus et singulis prefati domini doctores, pro et nomine dicte Facultatis, a nobis notariis petierunt sibi fieri publicum instrumentum unum, vel plura eamdem formam continentia.

Acta fuerunt hec loco superius designato, sub anno, inditione, mense, die et pontificatu quibus supra; presentibus ad hoc discretis viris Dyonisio Courteiller, bidello, Guillelmo Guiotti, subidello, et Thoma Baseilleau, servitore dicte Facultatis decretorum, Parisius commorantibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego, Henricus Camus, clericus Silvanectensis diocesis, magister in artibus et bachalarius in decretis Parisius, publicus auctoritate imperiali curieque conservationis privilegiorum famossisimi studii Universitatis Parisiensis ac curie episcopalis notarius juratus, quia premissis omnibus et singulis, dum sicut presceri-

buntur, fierent et dicerentur, unacum subscripto notario et testibus suprascriptis, presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi. Idcirco huic presenti publico instrumento, manu mea fideliter scripto, signum meum publicum et consuetum apposui, me hic propria manu subscribendo in testimonium veritatis premissorum, requisitus et rogatus.

Et ego, Matheus Authun, presbyter diocesis Baiocensis, bachalarius in decretis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, premissis omnibus et singulis, dum, sicut premittitur, fierent et agerentur, unacum notario et testibus suprascriptis, presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens instrumentum publicum, per alium fideliter scriptum, subscripsi, signoque et nomine mei solitis signavi, unacum signo et subscriptione ejusdem notarii, in testimonium veritatis premissorum [1].

(F° 145 r°). Die veneris, que fuit XXVIII dicti mensis Martii, fuit predictum examen clausum et fuerunt omnes baccalarii, qui intraverunt dictum examen, admissi ad licentiam sic videlicet quod videbatur dominis doctoribus quod aliqui erant simpliciter et rigore admittendi, alii de gratia, et alii de maxima gratia. Et juraverunt dicti baccalarii juramenta consueta, in quodam scripto publico posita in arca Facultatis per me die XIII mensis Maii, que fuit anno XXXII, cujus scriptus tenor habetur supra quarto folio ad tale signum [2]. [28 Mars.]

Die sabbati, que fuit V Aprilis ejusdem anni XXXI, fuerunt per me, decanum, dicti baccalarii sic per Facultatem recepti venerabili viro magistro Guillelmo Erardi, in theologia magistro, commisso ad exercendum officium cancellarii Nostre Domine Parisiensis, presentati, vocandi ad licentiam secundum ordinem in quodam rotulo pargameni tribus sigillis sigillato, tunc ipsi domino commisso tradito [contentum]. Qui quidem dominus commissarius respondit quod, ex quo Facultas reputabat ipsos dignos, ipse, quam cito posset, eos licentiaret, etiam ordine in dicto rotulo contento; nec volebat aliquid immutare, prout nec debebat, et dictum rotulum in statu, in quo sibi tradebatur, servaret sine aperiendo. Et ad finem quod posset eis mittere signata, ego tradidi sibi, in uno alio rotulo apperto, nomina et cognomina omnium admissorum. Et erat presens mecum, de dominis doctoribus, magister Johannes Joliveti. [5 Avril.]

Die sabbati, que fuit XII dicti mensis, fuerunt dicti baccalarii licentiati per venerabilem virum magistrum Nicolaum Midi, in theologia magistrum, ad hoc commissum, in ordine tradito dicto magistro Guillelmo Erardi, qui est talis sicut continetur in sequenti pagina proxima, et sub doctoribus ibi designatis. [12 Avril.]

[1] Voy. plus bas, p. 386, la liste des licenciés. — [2] Renvoi au procès-verbal publié à la page 380.

[15 Avril.] Die martis, que fuit xv ejusdem mensis, magister Pasquerius de Vallibus dixit in Facultate, que erat congregata in Sancto Johanne, pro examine baccalariatus Johannis Trumelli et duorum aliorum [1], qualiter ipse erat impeditus, quare non volebat accedere ad consilium Basiliense, et contentabatur quod ego, decanus, irem loco sui et haberem emolumenta. Quod fuit concordatum per Facultatem predictam concorditer, nemine reclamente seu contradicente.

[15 Mai.] (F° 146 r°). Die xv mensis Maii, anno Domini millesimo cccc xxxii, dominus Guillelmus, abbas Sancte Katherine prope Rothomagum, decanus Facultatis decretorum Parisiensis, supplicavit quatinus, cum vellet recedere, ut dicebat, pro eundo ad concilium generale in civitate Basileana congregatum, vellet Facultas reputare ipsum verum regentem in omnibus per totum tempus quo steterit in eodem concilio; item, quod Facultas vellet providere, post recessum suum, de aliquo qui habeat exercere officium decani, et quod, pro penis et laboribus suis, haberet medietatem proventuum provenientium ratione officii decanatus, usque ad finem anni.

Post quas quidem supplicationes, ego, Livinus Neveline, decretorum doctor, tanquam antiquior, feci ipsum more solito retrahere ad partem, ut Facultas deliberaret. Que deliberavit in hunc modum :

Primo, quoad primum reputat ipsum verum regentem usque ad finem anni currentis, et vult quod recipiat omnia emolumenta ratione suorum bedellorum provenientium. Et quo ad secundum, Facultas non ad plenum deliberavit, sed, dum erit congregata pro provisione officii decani, taliter deliberabit quod merito debebit contentari, secundum morem et consuetudinem hactenus observatum. Neveline. Ita est.

[22 Mai.] Die jovis, que fuit xxii Maii, post missam Facultatis, fuit conclusum quod, quotienscumque fieret mensio de materia rotuli licentiatorum et baccalariorum, nihil fiet nisi omnibus doctoribus presentibus; et, ut libentius omnes veniant, ordinatum fuit quod in qualibet congregatione, que fiet pro hujusmodi materia, semper fiet aliqualis distributio in pecuniis illis qui intererunt. Fuit etiam conclusum quod, si contingat dare deputatos in ista materia, similiter omnes erunt deputati ea ratione, videlicet quod, quando omnes erunt, adhuc non erunt in tanto numero sicut erunt quando dabuntur duo de qualibet alia Facultate et natione [2].

[22 Mai.] (F° 149 v°). Anno Domini m cccc xxxii, die xxii Maii, dominus abbas Sancte Katherine dixit et proposuit coram Facultate nuper ad suum pervenisse auditum quod magister Livinus Neveline volebat ire ad consilium generale, quare, eo casu

[1] Voy. plus loin, p. 387. — [2] Le fol. 146 v° est en blanc dans le manuscrit.

quod ipse iret, ipse dominus abbas erat contentus quod ipse magister Livinus haberet omnia emolumenta et prerogativas nuperrime per Facultatem eidem domino abbati concessas.

(F° 150 r°). Anno Domini MCCCC XXXII, die XXIII mensis Maii, in congregatione Facultatis, fuit electus ad officium decanatus magister Anthonius de Lanco. [23 Mai.]

(F° 149 v°). Anno predicto, die VI mensis Augusti, fuit restituta virga rubea Facultati, que alias accommodata fuerat per Facultatem Universitati Parisiensi pro ambaxiata destinata Romam, pro rotulo ejusdem Universitatis. [6 Août.]

(F° 150 v°). Die VII Augusti fuerunt congregati domini doctores in Sancto Johanne ad providendum de decano Facultatis, quiquidem unanimiter elegerunt dominum Guerouldum Boisselly in decanum ejusdem Facultatis, anno Domini M CCCC XXXII. [7 Août.]

IMPRIMERIE NATIONALE

II

COLLATIONS DES GRADES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES.

(F° 145 v°). Guillelmus de Conty. — Nomina licenciatorum xii Aprilis, anno Domini m cccc xxxi, ante Pascha.

[1432.]	Simon de Luxembourk (voy. p. 356)	sub mag. Anthonio de Lanco.
	Johannes de Courcellis	sub mag. Herveo.
	Philipus Caronis	sub mag. Livino.
	Johannes Crohes (voy. p. 298)	Pouchart.
	Johannes Hamonis	Pouchart.
	Jacobus Lalemant	Pasquerius.
	Petrus Joliveti	sub abbate S. Katherine.
	Johannes Vedasti	sub abbate S. Katherine.
	Jacobus Hodouard	Livinus Nevellin.
	Simon de Placentia	Pasquerius.
	Radulfus Joliveti	sub mag. Johanne Joliveti.
	Laurentius Surriau	Joliveti.
	Nicolaus de Valetot	Brivia [2].
	Ricardus de Ysemberhe (voy. p. 323, 374)	Brivia.
	Gabriel Le Paisant	Huberti.
	Henricus Camus	Pasquier.
	Michael Sutoris	Mag. Alanus Kirqueton.
	Matheus Pichois (voy. p. 280, 282)	Huberti.
	Guillelmus Albecape	Huberti.
	Matheus Antin (voy. p. 331, 393)	Lanco.
	Philippus Novi (voy. p. 339)	Lanco.
	Michael Le Queux	Livinus.
	Petrus Bridoul (voy. p. 356)	Mag. Alanus.
	Frater Guillelmus Cotonnarii (voy. p. 338)	sub abbate S. Katherine.
	Johannes Laurentii	Joliveti.
	Johannes Doitee	non fuerunt obtati.
	Rogerus Arnaudi (Ernaudi, p. 392)	non fuerunt obtati.

[1] Aucune mention. — [2] Le nom de ce régent est incertain, voy. p. 396.

3. BACCALAURÉATS.

(F° 147 r°). Secuntur nomina admissorum ad gradum bachalariatus a die jovis, viii mensis Novembris, anni Domini cccc xxxi, qua die fuit electio decani celebrata.

[Novembre 1431-Août 1432.]

xxii Novembris... Frater Bartholomeus Probihominis fuit examinatus et receptus die jovis xxii mensis Novembris ejusdem anni.

xxix Novembris... Guillelmus de Hericourt fuit examinatus et receptus die jovis, penultima dicti mensis.

xvi Januarii..... Robertus Cauvin, presbyter Baiocensis dioc., fuit examinatus xvi mensis Januarii et receptus tali conditione, quod non debet legere usque ad biennium, et, illo tempore durante, debet audire lectionem matutinalem, et de hoc facere fidem, et etiam non debet facere propositum neque harengam usque ad mensem.

xxxi Januarii.... Johannes Favereli, presbyter Autissiodorensis dioc., fuit examinatus die jovis, xxxi Januarii, et iterum die sabbati, iii Februarii, que fuit dies Purificationis, et tunc receptus de gratia.

xii Februarii..... Guillelmus de Deserto, canonicus Rothomagensis et curatus de Grainvila la Tainturiere [1], et Michael de Laillier, de Parisius oriundus, fuerunt examinati et simpliciter recepti, die martis, que fuit xii mensis Februarii ejusdem anni.

xxvii Februarii... Reginaldus Odonis, curatus Beati Remigii de Gourrello [2], Rothomagensis dioc., fuit examinatus et receptus, die xxvii Februarii ejusdem anni.

xxvii Martii..... Ludovicus Peniot (Perriot?) et Johannes Le Danois fuerunt examinati et recepti xxvii Martii ejusdem anni.

viii Aprilis..... Egidius Flauri, et Nicolaus Flauri (Fleury, p. 388), frater ejus, de Parisius, fuerunt examinati et recepti, die viii mensis Maii, anni xxxii.

ix Aprilis..... Die sequenti, que fuit dies Beati Nicolai, fuerunt examinati et recepti Guillelmus du Tot, de Rothomago, et frater Pontius de Warrisia (Werizia, p. 388) relig. Sancti Clementis de Metis.

xv Aprilis..... Johannes Josson, Trecensis dioc., et Johannes Trumelli, Turonensis [dioc.], et Egidius Rappiout, de Parisius, fuerunt examinati et recepti xv Aprilis ejusdem anni, ante Pascha [3].

(F° 150 v°). Frater Guido de Vatetot (voy. p. 394).

vii Augusti..... Philipus Luilier.

xxvi Augusti..... Nicolaus de Monthegny.

Stephanus de Monthegny.

[1] Grainville-la-Teinturière (Seine-Inférieure). — [2] Voy. p. 391. — [3] Les fol. 147 v° et 148 r° et v° sont en blanc.

4. HARANGUES.

(F° 149 r°). Guillelmus de Conty. — Secuntur nomina illorum qui fecerunt harengas suas a die jovis, vii mensis Novembris, anni Domini millesimi cccc xxxi, qua die fuit electio decani celebrata, et dies in quibus fecerunt.

[Novembre 1431-Mai 1432.]

xxix Novembris... Et primo frater Bartholomeus Probihominis fecit suam harengam solus, die xxix mensis Novembris ejusdem anni.

iv Decembris..... Guillelmus de Hericourt fecit suam iii Decembris ejusdem anni.

i Februarii..... Robertus Cauvin fecit suam i Februarii ejusdem anni.

xv Februarii..... Johannes Favereli fecit suam xv Februarii ejusdem anni.

xxvii Februarii... Guillelmus de Deserto et Michael de Lallier fecerunt simul xxvii Februarii ejusdem anni.

xiv Martii..... Reginaldus Odonis fecit suam xiii Martii ejusdem anni.

ix Aprilis..... Ludovicus Peniot (Perriot?) et Johannes Le Danois fecerunt suam ix Aprilis.

vii Maii..... Egidius Rapiot fecit suam vii Maii, anni xxxii.

xvii Maii..... Johannes Turmelli.
Frater Pontius de Werrizia (Warrizia, p. 387).
Johannes Josson.
Isti tres fecerunt suam xvii Maii, eodem anno.

xx Maii..... Guillelmus Dutot fecit suam harengam xx ejusdem mensis.

Anthonius de Lanco.

[1432. Mai-Août.]

(F° 150 r°). Anno Domini m cccc xxxii, die xxiii mensis Maii, in congregatione Facultatis, fuit electus ad officium decanatus magister Anthonius de Lanco, in cujus tempore fuerunt recepti ad gradum bachalariatus infrascripti, qui juraverunt et fecerunt arengas suas diebus infrascriptis.

xxiii Maii..... Egidius [et] Nicolaus de Fleury (Flaury, p. 387), fratres, fecerunt arengam suam xxiii Maii.

xxxi Maii..... Richardus Peregrini fecit harengam suam ultima Maii.

iii Junii..... Nicolaus Autin, presbyter dioc. Constantiensis, — Radulphus Goyout, Ebroycensis [dioc.], juraverunt et fecerunt suam harengam iii Junii.

xvi Junii..... Johannes Longuejoe, mag. in art., et lic. in leg., fecit arengam xvi Junii.

xvi Julii..... Michael ad Fabas, — Robertus Carpentarii, — Frater Philippus Lappereau, fecerunt arengam die xvi Julii.

xvii Julii..... Nicolaus Hermecent, — Johannes Carbonerii, fecerunt arengam suam xvii Julii.

xxvi Julii..... Guillelmus Deront (Derout?), — Guillelmus Le Goulien, — Johannes Camus, fecerunt arengam xxvi Julii.

iv Augusti..... Johannes Carnificis, — Guillelmus de Bailleul, fecerunt arengam suam iii Augusti.

vii Augusti..... Jacobus de Lor, fecit arengam suam vii Augusti.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 139 r°). Boisselly. — Secuntur nomina bacalariorum incipientium lectiones suas in Facultate decretorum, in festo B. Dionisii, anni Domini millesimi cccc xxxi, in nonis N. Domine.

Primo, mag. Philippus Canuti, Constantiensis dioc., illo die, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium Scuti Britanie, pro tertio anno et tertio vol. Actum illo anno, die x Octobris[1]. [Octobre 1431-Avril 1432.]

Item, mag. Jacobus Lalemant, Laudunensis dioc., incipiet VI librum Decretal., in scolis S. Eustachii, in quibus legit mag. Johannes Huberti. Datum anno XXXI, [die] VI Octobris, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue.

Mag. Johannes de Corcellis, lic. in leg., ac bac. in dec., incipiet V [librum] Decretal., in magnis scolis Facultatis, pro tertio [anno] et tertio vol. Datum IX Octobris.

Mag. Johannes Laurentii, presbyter Lingonensis dioc., [incipiet] V [librum] Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cathedre, pro quinto [anno] et quinto vol., V Octobris.

Mag. Hemricus Camus incipiet V librum [Decretal.], in secundis scolis Facultatis, pro quinto [anno] et quinto vol., II Octobris.

Mag. Johannes Tabernarii, de Rothomago, incipiet VI [librum] Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, pro quarto [anno] et quarto vol.

Mag. Ludovicus Baylgi (Baillivi, p. 369, 374), mag. in art., et bac. in dec., [incipiet] III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Curriculorum, pro secundo anno et secundo vol.

Mag. Philippus de Longolio [incipiet] V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, pro tertio [anno] et tertio vol.

Mag. Eustacius de Molinis, mag. in art., [incipiet] IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Ylariy, pro secundo [anno] et secundo vol.

Mag. Johannes Vedasti [incipiet] IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quinto [anno] et suo (secundo?) vol.

Mag. Hugo Drouardi incipiet V [librum] Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beate Barbare, pro tertio anno, etc.

Frater Guillelmus Coconarii (Totonarii? Cotonarii? voy. p. 338, 386), relig. S. Katherine in Valle scolarium, incipiet Clementinas pro quarto [anno] et quarto vol., in scolis ad Ymaginem B. Marie.

Mag. Petrus de Mera incipiet VI [librum] Decretal., in scolis posterioribus, supra secundas scolas Facultatis, et hoc pro quarto [anno] et quarto vol.

Mag. Rodoulphus Joliveti incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Jacobi, pro quarto anno et quarto vol.

Mag. Gaufridus Guioti [incipiet] VI librum [Decretal.], in scolis anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro tertio anno et principio quarti vol.

[1] En marge : «Nihil recepi».

Mag. Ludovicus de Magno Vico [incipiet] III librum [Decretal.], in magnis scolis Belvacensibus, pro secundo [anno] et secundo vol.

Mag. Symon de Luchenburrch (voy. p. 356, 386) [incipiet] VI [librum] Decretal., in scolis Sancti Johannis Jerosolimitani, in quibus legere consuevit mag. Pasquerius de Vallibus, pro tertio anno et tertio vol.

Mag. Petrus Joliveti [incipiet] II librum Decretal., ad Ymaginem B. Thome, pro quarto anno et quarto vol.

(F° 139 v°). Mag. Petrus Perin incipiet V [librum] Decretal., in scolis anterioribus supra, ad Ymaginem B. Eustacii, pro tertio [anno] et tertio vol.

Mag. Guibertus Camus [incipiet] IV [librum] Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, pro secundo anno et secundo vol.

Mag. Riquardus de Ysemberghe (voy. p. 323, 386) incipiet Clementinas, in primis scolis anterioribus supra vicum, ad Ymaginem B. Xristofori, pro quinto anno et sexto vol.

Mag. Philippus Bajaert (voy. p. 356) [incipiet] VI [librum] Decretal., in secundis scolis superioribus, a parte exteriori, ad Ymaginem B. Marie, pro tertio [anno] et tertio vol.

Mag. Johannes Houchardi [incipiet] VI [librum] Decretal., in scolis mediis, ad intersignium Cathedre, pro secundo [anno] et secundo vol.

Mag. Laurentius Surreau [incipiet] VI [librum] Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro quarto anno et quarto vol.

Mag. Philippus Bajart incipiet VI [librum] Decretal., in scolis B. Marie, pro tertio [anno] et tertio vol.

Mag. Nicasius Viche incipiet II [librum] Decretal., in primis scolis anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo [anno] et secundo vol.

Mag. Symon de Placencia incipiet II librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Johannis, pro quarto anno et quarto vol.

Mag. Oliverius de Grimoville incipiet IV librum Decretal., pro secundo anno et secundo vol. in scolis [1]. . . . . .

Mag. Petrus Bigot [incipiet] III librum Decretal., ad intersignium B. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol.

Frater Stephanus de Novavilla [incipiet] IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Martini, pro [2] . . . . . .

Mag. Guillelmus de Canteleu [incipiet] V librum Decretal., ad intersignium Crescentis, pro tertio [anno] et tertio vol.

Mag. Jacobus de Ugeyo (voy. p. 356, 375) [incipiet] III [librum] Decretal., in scolis inferioribus Scuti Campanie, pro tertio anno et tertio vol.

Mag. Matheus Boutebost, clericus Constantiensis dyoc., [incipiet] II librum Decretal., in scolis inferioribus Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol.

Mag. Nicolaus de Ductu [incipiet] III librum Decretal., in scolis anterioribus primis supra, ad intersignium Corone, pro tertio anno et tertio vol.

Mag. Johannes Crohes (voy. p. 298, 386) resumet lectionem suam in cap. *Statutum*, *Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant* [3], in Sexto, ubi alias dimisit, ad intersignium Scuti Britanie, pro quinto anno et quinto vol. Datum XXVIII Octobris.

Mag. Matheus Pithoys (voy. p. 386), presbyter, in nonis B. Marie, incipiet VI librum [Decretal.], ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro quarto anno et quarto vol. Actum XXIX Octobris.

[1] Mention incomplète dans le manuscrit. — [2] *Idem.* — [3] *Sextus Liber*, III, 50, cap. 1.

(F° 140 r°). Guillelmus de La Robinee, presbyter curatus ecclesie parroch. de Gonnevilla[1], Rothomagensis dyoc., incipiet VI librum Decretal., in scolis bassis, ad intersignium B. Katherine, pro tertio anno et tertio vol. Datum die XIII Novembris.

Johannes Cartier, presbyter, incipiet III librum [Decretal.], in scolis supra, ad Ymaginem B. Michaelis, pro secundo anno et secundo vol. Datum XV mensis Novembris.

Frater Bartholomeus Probihominis incipiet I librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Cathedre, pro primo anno et primo vol. Datum IV Decembris.

Frater Radulphus Quesnel incipiet II librum [Decretal.], in scolis anterioribus, ad Ymaginem B. Marie, pro tertio anno et tertio vol. Datum XVII Decembris.

Eustachius de Molinis incipiet Clementinas, in scolis inferioribus, ad Ymaginem Beati Hilarii, pro tertio anno et complemento secundi vol. Datum IV Februarii. [1432.]

Johannes Galteri (Valteri?), Baiocensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Katherine, pro primo anno et primo vol. Datum VI Martii.

Johannes de Canteleu, de Parisius, incipiet V librum [Decretal.], in parvis scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol. Datum X Martii.

Guillelmus de Deserto, canonicus Rothomagensis, incipiet III librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. Datum XIII Martii.

Michael de Laillier, de Parisius, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium S. Eustachii, pro primo anno et primo vol. Datum XVIII Martii.

Reginaldus Odonis, curatus B. Remigii de Gourrello[2], Rothomagensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Johannis, pro primo anno et primo vol. Datum XX Martii.

Petrus Stephani, curatus ecclesie de Mantevilla[3], Rothomagensis dioc., incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Xristofori, pro tertio anno et tertio vol. Datum XXII Martii.

Johannes Chepstove (voy. p. 297), curatus ecclesie de Erovilla[4], Baiocensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Marie, pro quarto anno et quarto vol. Datum XXXI Martii.

Petrus Lengragino, curatus B. Marie de Mandevilla[5], Co[n]stantiensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Thome, pro primo anno et primo vol. Datum XIIII Aprilis.

(F° 140 v°). Secuntur nomina bachalariorum qui inceperunt lectiones suas in nonis N. Domine, post festum Pasche, anni Domini millesimi CCCC XXXII.

Ludovicus Peniot (voy. p. 387), de Parisius, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium Castri, pro primo anno et primo vol. Datum XXX Aprilis. [Avril-Mai 1432.]

Egidius Rapiout, de Parisius, bac. in dec. Parisius, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Jacobi, pro primo anno et primo vol., in nonis B. Marie. Datum XII Maii, anno M CCCC XXXII[6].

(1) Gonneville (Seine-Inférieure).

(2) Le Gourel, dépendance de la commune de Gueures (Seine-Inférieure)?

(3) Mandeville (Eure)?

(4) Éroudeville (Manche)?

(5) Mandeville (Calvados)?

(6) Le fol. 141 r° est en blanc dans le manuscrit.

(F° 142 r°). Boysselly. — Secuntur nomina bacalariorum volentium incipere lectiones suas in Facultate decretorum, in festo B. Dionisii, anni Domini m cccc xxxi, in nonis B. Jacobi.

[Octobre 1431-Avril 1432.]

Discr. vir Johannes Hamonis, Corisopitensis dioc., hodie, resumet lectiones suas in tit. *De matrimoniis et sponsalibus* [1], in scolis superioribus ad Ymaginem B. Michaelis, pro tertio anno et tertio vol. Datum x die Octobris.

Discr. [2] vir Rogerus Ernaudi (voy. p. 386), Constantiensis dioc., hodie, incipiet ii librum Decretal., in scolis inferioribus B. Hilarii, pro sexto anno et sexto vol., et continuabit. Actum die et anno predictis.

Mag. Guillelmus Albecappe, presbyter Constantiensis dyoc., incipiet vi [librum] Decretal., in scolis mag. Geroldi Boestelli, pro quinto anno et quinto vol.

Mag. Petrus Pennier incipiet vi [librum] Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Thome, pro tertio anno et tertio vol.

Mag. Nicolaus Havart incipiet vi librum [Decretal.], in primis scolis posterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, pro quarto [anno] et quarto vol.

Mag. Herardus Alexandri [incipiet] iii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Barbare, pro secundo [anno] et secundo vol.

Mag. Philippus Caronis [incipiet] iv [librum] Decretal., in scolis collegii de Dormano, pro quarto [anno] et quarto vol.

Mag. Johannes Housselli incipiet iii [librum] Decretal., in scolis posterioribus, ad intersignium Scuti Britanie, pro tertio anno et tertio vol.

Mag. Johannes Lathomi incipiet iii [librum] Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Cathedre, pro tertio anno et tertio vol.

Mag. Michael Sutoris [incipiet] ii librum Decretal., in primis scolis superioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro quinto [anno] et quinto vol.

Mag. Petrus Bridoul (voy. p. 356, 386) [incipiet] v [librum] Decretal., in primis scolis anterioribus supra vicum, ad Ymaginem B. Thome, pro tertio [anno] et tertio vol.

Mag. Pennier [incipiet] vi [librum] Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Thome, pro tertio [anno] et tertio vol.

Mag. Robertus Hays [incipiet] vi [librum] Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britanie, pro quarto [anno] et quarto vol.

Mag. Ricardus Hervei, pro tertio anno et tertio vol., incipiet i [librum] Decretal., ad Ymaginem B. Petri Celestini.

Mag. Gabriel Le Paysant [incipiet] iii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Lune, pro tertio anno et tertio vol.

Mag. Franciscus de Vacarie [incipiet] ii librum Decretal., in secundis scolis posterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, pro quarto anno et quarto vol.

Mag. Johannes Courtin incipiet vi [librum] Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Martini, pro . .

Mag. Jacobus Houdaert incipiet vi [librum Decretal.], in scolis ad Ymaginem B. Eustacii.

Mag. Johannes Dencre (Deutre?), presbyter, incipiet ii [librum] Decretal., in scolis inferioribus Curriculorum, pro quinto anno et. . . . .

Mag. Jacobus Hack (voy. p. 407), clericus Leodiensis dyoc., [incipiet] iv librum Decretal., in superioribus scolis, pro secundo anno et secundo vol.

[1] *Decretales Gregorii IX*, IV, 1. — [2] En marge : «Ante tempus meum fuerunt scripte. — Livinus».

Mag. Nicolaus de Valetot, presbyter, [incipiet] II librum Decretal., in scolis anterioribus B. Petri Celestini, pro quarto anno et quarto vol.

Mag. Johannes Regnauldeti [incipiet] III librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol.

Mag. Robertus Patricii [incipiet] V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Cathedre, pro secundo anno et secundo vol.

(F° 142 v°). Mag. Theolbaldus Churelli, presbyter dioc. Cathalaunensis, [incipiet] II librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Scuti Campanie, pro secundo anno et secundo vol. Datum XVI Novembris.

Mag. Matheus Autin (voy. p. 386), presbyter Rothomagensis dioc., resumet lectiones suas in cap. primo, *De symonia* [1], in scolis superioribus, a parte posteriori, ad intersignium B. Petri Celestini, pro quinto anno et quarto vol. Datum XXI Novembris.

Mag. Johannes Hamonis, Corisopitensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, pro quarto vol. Datum XXI Decembris.

Guillelmus de Hericourt, Morinensis dioc., incipiet III librum [Decretal.], in scolis anterioribus, supra secundas scolas, pro primo anno et primo vol. Datum die IV Januarii.

Mag. Philippus Caronis (voy. p. 339, 371) incipiet Clementinas, in magnis scolis collegii de Dormano, pro complemento quarti anni et quarti vol. Datum VIII Januarii.

Galterus Vasset, Ambianensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem S. Jacobi, pro tertio anno et tertio vol. Datum VIII Februarii.

Relig. vir frater Johannes Goussart (voy. p. 323) incipiet IV librum Decretal., in scolis anterioribus supra, ad Ymaginem S. Eustacii, pro tertio anno et tertio vol. Datum VI Martii.

Petrus Custodis, Baiocensis dioc., incipiet I librum [Decretal.], in scolis posterioribus supra, ad Ymaginem B. Eustacii, pro tertio anno et tertio vol. Datum VI Martii.

Johannes Poutrelly (voy. p. 404), Rothomagensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in secundis scolis anterioribus supra, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. Datum XVII Martii.

Guillelmus le Touse (voy. p. 341), Baiocensis dioc., incipiet II librum [Decretal.], in secundis scolis posterioribus supra, ad Ymaginem B. Marie, pro tertio anno et tertio vol. Datum XI Aprilis, ante Pasca.

(F° 143 r°). Boisselli. — Secuntur nomina bachalariorum qui inceperunt lectiones suas in nonis B. Jacobi, post festum Pasche, anni Domini M CCCC XXXII.

Ricardus Hober (Hobbey, p. 372), Baiocensis dioc., incipiet III librum Decretal., in scolis primis superioribus, a parte posteriori, ad Ymaginem S. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol. Datum V mensis Maii. [Mai 1432.]

Philippus Bourgoing incipiet III librum Decretal., in scolis anterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol. Datum die V mensis Maii.

Radulphus Dargouges incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Johannis, pro primo anno et primo vol., die V mensis Maii [2].

[1] *Decretales Gregorii IX*, V, 3, cap. I. — [2] Le fol. 143 v° est en blanc dans le manuscrit.

IMPRIMERIE NATIONALE.

(F° 151 r°). Boisselli. — Secuntur nomina bacalariorum Facultatis decretorum qui inceperunt legere in nonis B. Jacobi, anno Domini MCCCCXXXII, III mensis Augusti.

[1432. Août-Septembre.] Primo, Johannes Camus, in scolis inferioribus Cathedre, incepit IV librum [Decretal.], VII Augusti, pro primo anno et primo vol.

Johannes Carnificis, Baiocensis dioc., incepit I librum [Decretal.], in scolis inferioribus Castri, pro primo anno et primo vol. Die XXI Augusti.

Egidius Corderii, Remensis dioc., mag. in art., hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis posterioribus, supra secundas [scolas] Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Die V Septembris, anno predicto.

Stephanus de Montegny incipiet Clementinas, in scolis primis posterioribus, ad intersignium Scuti Britanie, pro primo anno et primo vol., etc. Die XX Septembris.

Johannes Anselini, clericus Markilliensis [1], Attrebatensis dioc., mag. in art., incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, a parte posteriori Corone, pro secundo anno et secundo vol. Actum die XXII Septembris.

Relig. vir Johannes Le Machecuier (voy. p. 404), prior Leprosie, incipiet I librum [Decretal.], in magnis scolis Facultatis, pro primo anno et primo vol. [Die] XXV Septembris [2].

(F° 152 r°). Boisselly. — Secuntur nomina bachalariorum Facultatis decretorum qui inceperunt legere in mense Augusti, anno Domini MCCCCXXXII.

[1432. Août-Septembre.] Primo, nobilis vir Guillelmus de Bailleul, Lexoviensis dioc., incepit IV librum Decretal., in scolis inferioribus Cathedre, pro primo anno et primo vol. Die XI Augusti.

Relig. vir Guido de Vatetot, prior de Genevilla in Valcassino [3], ord. S. Benedicti, Rothomagensis dioc., hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus Scuti Britanie, pro primo anno et primo vol., etc. Actum II mensis Septembris, anno predicto, etc.

Michael de Lalier, Parisiensis, hodie, incipiet Clementinas, in scolis S. Eustacii inferioribus, pro primo anno et primo vol. Die XI Septembris anni predicti.

Mag. Johannes Longuejoe, Parisius, lic. in leg., hodie, incipiet Clementinas, in secundis scolis Facultatis, pro primo anno et primo vol. et complemento primi vol. Die XVI Septembris ejusdem anni.

Johannes Danneville, Constantiensis dioc., mag. in art., hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus intersinii Equi Rubei, pro primo anno et primo vol. Actum die XVIII mensis Septembris.

Nicolaus de Montegny, clericus, hodie, incipiet IV librum [Decretal.], in secundis scolis anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol. Die XX Septembris.

Frater Stephanus Logier incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus Scuti Sabbaudie, XXV Septembris, pro primo anno et primo vol.

[1] Marquillies (Nord)? — [2] Le fol. 151 v° est en blanc dans le manuscrit. — [3] Geneville (Seine-Inférieure)?

DÉCANAT DE GUILLAUME, ABBÉ DE CORMEILLES[1].

NOVEMBRE 1432 À NOVEMBRE 1433.

I

DÉLIBÉRATION DE LA FACULTÉ.

GUILLELMUS ABBAS DE CORMELLIIS.

(F° 156 r°). Sancti Spiritus assit nobis gratia. Amen.
Hic incipit frater Guillelmus, abbas de Cormelliis.

Notum sit omnibus quod anno Domini M CCCC XXXII, die jovis VI Novembris, omnibus dominis meis doctoribus tunc regentibus in capella post missam ordinariam Sancti Johannis Jherosolimitani per cedulam specialiter evocatis et congregatis, prout moris est, pro electione futuri decani, ipsi me, fratrem Guillelmum prefatum, licet invitum et reluctantem, in decanum elegerunt et nominaverunt, magnoque bedello librum Facultatis clavesque tradiderunt pro afferendo ad domum, in qua pro nunc dego; quod et fecit. Demum, per bedellos Facultatis in domo propria fuerunt mihi traditi tres libri papirei Facultatis post prandium, quos et admisi. [6 Novembre.]

SEQUUNTUR NOMINA OMNIUM DOCTORUM PRO TUNC REGENTIUM MEQUE ELIGENTIUM.

Dominus Levinus;
De Lanco;
Pouchardi;
Boisselli;
Huberti, archidiaconus Noviburgi.

SEQUUNTUR OMNIA QUE FUERUNT ACTA IN FACULTATE A TEMPORE MEE ELECTIONIS.

Primo, die jovis XIII Novembris sequenti, eadem die et anno, dominis meis post missam congregatis in loco consueto, comparuerunt in presentia ipsorum dominorum Dyonisius Le Courtilier, major bedellus Facultatis, et Guillelmus subbedellus, qui attulerunt virgas Facultatis in presentia dominorum, videlicet Dyonisius majorem virgam deauratam, et predictus Guillelmus alteram parvam virgam albam, supplicantes quatinus domini vellent ipsos recommandatos habere et supplere defectus suos, promittentesque melius facere debitum suum. Item, retrahentes se ad partem, domini deliberaverunt illis restituere virgas usque ad [13 Novembre.]

[1] Il s'agit de Guillaume IV Bonnet, abbé de Cormeilles de 1405 à 1437. Il siégea comme un des assesseurs de Pierre Cauchon dans l'interrogatoire de Jeanne d'Arc le 21 Février 1431.

diem electionis futuri decani, dum tamen promitterent melius facere debitum quam ante; et, juramentis ab ipsis receptis more solito, restitute sunt illis virge. De quibus regratiati sunt dominis, promittendo melius facere, etc.

[13 Novembre.] Item, eadem die, porrexi litteras casus novitatis, per predecessorem meum mihi traditas, contra magistrum Guillelmum Erart, qui alias in ultima licentia aperuit rotulum licentiandorum per dominos ei traditum, et fuit dictum quod usque ad annum posset procedi contra ipsum in Castaleto, et quod, post Nativitatem Domini sequentem, traderentur dicte littere procuratori et advocato suis.

[31 Décembre.] Item, verum est quod, ex conclusione Facultatis congregate in Sancto Johanne, ultima die Decembris, tradidi litteras casus novitatis contra magistrum Guillelmum Erart magistro Petro Neel, procuratori Facultatis, pro ostendendo advocato suo, ut ulterius procedatur in causa, prout illis videbitur expedire, et ne fiat interruptio processus. Et illas tradidi secunda die Januarii, anno cccc xxxii.

[31 Décembre.] Item, verum est quod, ex ordinatione dominorum doctorum, postquam perlegi extraordinarium, quod inceperat magister Johannes Joliveti, quia fui per annum absens, injunctum fuit quod debebam legere decretalem primam solempnem, videlicet in vigillia Nativitatis Dominice proxime venture; quod et feci anno predicto.

Item, anno predicto et die ultima Decembris, fuit positum in deliberatione per me decanum, presentibus omnibus doctoribus pro tunc regentibus, videlicet Levino, de Lenco, Pouchardi, Huberti, quod disponeretur de lectura ulteriori solempnium decretalium; et fuit appunctatum quod videretur registrum, et ad primam missam communem ordinaretur.

[1433. 14 Janvier.] Item, die mercurii, xiv Januarii, supplicavit dominus abbas Sancte Katherine pro regentia, et illico per Facultatem admissus fuit in missa Facultatis, in capella in qua domini solent congregari, etc.

[21 Janvier.] Die mercurii, xxi Januarii, domini doctores evocati apud Sancti Johannis Hospitalem, in capella, post missam, per cedulam, ut moris est, videlicet pro lectura solempnis decretalis Pasche, ordinaverunt quod dominus Guillelmus, abbas Sancte Katherine, teneretur illam legere; et fuit dictum quod dominus Gueroldus Boisselli et Henricus de Bivria (Biuria?) de cetero non admitterentur ad regentiam, nisi primo legerint decretalem solempnem pro turno suo, etc.

Item, fuerunt similiter evocati per cedulam pro processu magistri Guillelmi Erart, qui impetravit litteras regias, per quas causa sua remissa est ad Parla-

mentum, ad xxv diem Januarii, ad prepositurام Parisiensem; et fuit ordinatum quod fieret procuratio ad se presentandum die predicta, et quod decanus haberet prosequi ad expensas Facultatis, etc.

Item, nota quod, eadem die xxv Januarii, fuit procuratorium datum magistro Johanne Paris ex parte Facultatis, et, illa die, se presentavit pro Facultate, nec illo tunc Parlamentum tenebatur. Et quia domini doctores postmodum habuerunt [notum][1] quod dictum parlamentum teneretur, fuit positum in deliberatione, per me decanum, an procederetur in causa; et fuit dictum per dominos doctores concorditer, die jovis xii Februarii, post missam Facultatis celebratam, quod non procederetur, sed sic dimitteretur negotium pendens clavo, donec aliud super hoc per Facultatem disponeretur; quod et factum est, etc. [25 Janvier.]

(F° 156 v°). Sequuntur nomina dominorum doctorum actu regentium, qui erant presentes in die Annuntiationis Dominice.

Primo Levinus;
De Lenco;
Pouchardi;
Conservator;
Abbas Sancte Katherine, qui quidem legit decretalem Pasche *Omnis utriusque*.
Abbas de Cormelliis.

Et nota quod magister Pasquerius de Vallibus legit die martis post Brandonnes[2], que fuit iii Martii, una cum aliis doctoribus; et post lecturam supplicavit pro regentia, ad quam fuit admissus in magnis scolis. Fuitque ordinatum post modum, in missa prima apud Sanctum Johannem celebrata, quod pro turno suo ipse haberet legere decretalem solempnem; et quia recessit cito post lecturam per ipsum sic factam, ut pretactum est, non fuit sibi nottificatum. [3 Mars.]

Item, die martis prima post Quasimodo, que fuit xxi Aprilis, post Pascha, legerunt domini doctores, et fuere presentes Levinus, de Lenco, Pouchardi, Huberti, Sancte Katherine et de Cormelliis. [21 Avril.]

Item, die lune xviii Maii, fuerunt convocati omnes domini, per cedulam, ad comparendum in Hospitali Sancti Johannis, post missam Facultatis, et videndum an Facultas solveret bursas pro consilio Bassilliensi, et contribueret pro virga communi fienda et deferenda ad dictum consilium. Et fuit dictum per presentes, videlicet per dominos Levinum, Sancte Katherine, conservatorem, et decanum, quod in communi Facultas solveret decem franchos pro bursa sex doctorum presentium; qui quidem decem franchi debebant solvi pro fienda virga communi. [18 Mai.]

[1] Dans le manuscrit il y a «nova» ou «nona». — [2] Le premier dimanche de carême.

Et, ne impedirentur peccunie, que erant prompte pro mittendo ambassatoribus nostris in consilio predicto existentibus, fuit ordinatum quod ego, decanus, darem in mutuo illos decem franchos, super uno plato argenteo per antea michi tradito per Facultatem; quod et ita factum est; et solvi; et apud me est quittantia pro omnibus doctoribus regentibus; et mihi debentur.

[6 Juin.] Item, die VI Jugnii, anno CCCC XXXIII, omnes domini doctores pro tunc regentes, videlicet Levinus, Anthonius, Pouchardi, Sancte Katherine, conservator, per me decanum convocati, per cedulam, apud Sanctum Johannem in capella consueta, super injuriis in persona decani sui factis per magistrum Johannem Choquet, magistrum in theologia apud collegium Navare, ad quem locum, ad mandatum rectoris, iverat pro sigillando, ut moris est; et concluserunt ipsas injurias decano suo et Facultati illatas, nomine decani et Facultatis, prosequi expensis Facultatis, ymo propriis, si opus sit. Et juraverunt, etc. Et pendet causa coram officiali cancelarii, et est datus libellus, etc.

[23 Juin.] Item, XXIII die Jugnii, dominus Pasquerius de Vallibus comparuit in missa Sancti Johannis, nec fuit presens in Facultate a die III Martii, in qua legit semel ut supra, usque ad hanc diem. Et, postquam per decanum fuit positum in deliberatione quis haberet legere decretalem Nativitatis Domini proxime sequentis, ut moris est, fuit concorditer dictum per omnes doctores presentes, videlicet Levinum, Pouchardi, Sancte Katherine, conservatorem, de Cormelliis, quod prefatus de Vallibus, pro turno suo, ad hoc tenebatur. Et etiam, in presentia omnium, acceptavit et ad hoc se astrinxit.

Item, illa die XXIII Jugnii, fuit positum in deliberatione per decanum quis haberet legere extraordinarium proxime sequens. Et fuit concorditer dictum et ordinatum quod dominus Herveus Pouchardi hoc faceret; nec contradixit, ymo de facto intravit lecturam, et continuabit Deo duce.

[9 Juillet.] Item, IX die Julii, domini doctores fuerunt convocati per cedulam, per me decanum, ut providerent officio decani in absentia mea, et quod perciperem omnia emolumenta Facultatis. Quod et concessum est mihi ac si essem presens. Et quia moris est quod convocati per cedulam percipiant duo solidos Parisienses, ideo injunctum est mihi quod supra platum argenteum, mihi traditum in vadio pro decem franchis, pro bursa capitalli persolvenda pro ambaxiatoribus consilii Basiliensis (de qua supra in hac pagina), quod traderem cuilibet duos solidos. Quod ita factum est. Eapropter pro tribus presentibus persolvi manualiter VI solidos Parisienses, quiquidem mihi debentur una cum decem franchis, de quibus supra habui etiam duos solidos, etc., debentur VIII s. paris.

Item, x die mensis Julii, tradidi hanc papirum una cum libro et sigillo Facultatis et clavibus domino conservatori, ut habeat pro me supportare officium usque ad regressum meum, supplicando sibi quod ipse vellet acceptare quod de gratia sua benigna habuit gratum et ratum. Quare sibi regratior, et in accessu meo, Deo duce, satis festino, promitto solvere vinum. — G. abbas de Cormelliis[1]. [10 Juillet.]

De Cormellis.

(Fo 157 vo). Die Septembris XXIIII, in missa Facultatis, comparuerunt ambo legentes de mane, videlicet magistri Guillelmus Rousselli et Johannes de Courselis, et, post missam, regratiati sunt Facultati de honore sibi impenso propter lecturam suam, et demum supplicaverunt pro assignatione libri; et fuit eis assignatus tertius liber Decretalium; juraveruntque more solito, etc., anno CCCC tricesimo tertio. [24 Septembre.]

Item, die jovis octava Octobris, comparuerunt, post missam doctorum, in Sancto Johanne de Hospitali, venerabiles domini et magistri doctores in theologia Thomas Monachi, Guillelmus de Sella, Philippus Mollet et Johannes Soquet, ad supplicandum Facultati quod processus pro tunc pendens coram officiali cancellarii super injuriis alias dictis et factis in persona decani per dictum Soquet, in collegio Navarre, quo iverat ad sigillandum, ut moris est, et presertim contra Facultatem facte erant; et, licet dictus Soquet negaret se fecisse vel dixisse, tamen, per informationem precedentem et alias satis notum erat et probatum. Sed quia confessus est quod, si dixisset, male dixisset, et si diceret, male diceret, ideo Facultas fuit contenta, et fuit concorditer dictum quod cessaret omnino processus in favore Facultatis theologie et maxime illorum magistrorum predictorum, qui supplicaverunt pro ipso Soquet, et etiam decani sui, cui illata fuit injuria, qui etiam pro ipso supplicavit. [8 Octobre.]

Item, eadem die octava Octobris, ad requestam reverendi domini doctoris et magistri Johannis Huberti, conservatoris, fuerunt convocati omnes domini doctores per cedulam, ad recipiendum resignationem capellanie perpetue ad altare Sancti Dyonisii, in ecclesia parrochiali Sancti Hylarii in Monte Parisiensi fundate, per prefatum dominum doctorem faciendam. Qua resignatione sic, ut primittitur, facta et per dominos doctores admissa, illico deliberaverunt, et, deliberatione habita, eam capellaniam tunc, pleno suo jure, contulerunt magistro Johanni du Chasteler, in artibus magistro, et per decanum, presentibus omnibus doctoribus, fuit facta sibi collatio per traditionem litterarum, quas tenebat procurator prelibati magistri Johannis du Chasteler, cujus quidem collationis copia litterarum sequitur, et est talis :

[1] Au bas du fol. 156 vo se trouve une mention relative au 23 Février 1434; voy. p. 412.

Universis presentes litteras inspecturis seu publicum instrumentum, decanus et collegium Facultatis decretorum Parisius, dilecto nostro, venerabili et discreto viro, magistro Johanni du Chasteler, in artibus magistro, salutem in Domino sempiternam.

Capellaniam perpetuam ad altare Sancti Dyonisii in ecclesia parrochiali Sancti Hylarii, in Monte Parisiensi fundatam, cujus collatio, provisio et omnimoda dispositio, ad nos pleno jure dignoscuntur pertinere, liberam nunc et vaccantem per puram, liberam et simplicem resignationem venerabilis et scientifici magistri Johannis Huberti, decretorum doctoris, ultimi possessoris ejusdem, in manibus nostris pure, libere et simpliciter factam et per nos admissam, vobis, dicto magistro Johanni du Chasteler, apud nos scientia litterarum, vite et morum honestate commendato, in persona discreti viri domini Guillelmi Reginaldi, presbyteri, procuratoris vestri, sufficienter fundati, contulimus et conferimus, et de eadem per presentes, cum suis juribus et pertinentiis universis, providemus, investientes vos de ipsa capellania per harum nostrarum traditionem et concessionem litterarum, prestitis primitus a dicto domino Guillermo, procuratore vestro, loco vestri et pro vobis, et per nos receptis in talibus prestari solitis et consuetis juramentis.

Quo circa, omnibus et singulis presbyteris, curatis et non curatis, notariis et tabellionibus publicis nobis juratis mandamus, non juratos vero rogamus, quatinus vos, vel procuratorem vestrum, nomine vestro et pro vobis in possessionem corporalem, actualem et realem dicte capellanie, juriumque et pertinentiarum universarum ejusdem, ponant et inducant seu ponat et inducat eorum alter primo super hoc requisitus, ac de ipsius capellanie fructibus, redditibus, proventibus, juribus et emolumentis universis, vobis seu dicto procuratori vestro, nomine vestri, ab omnibus quorum interest aut interesse poterit, modo quolibet in futurum, faciant seu faciat plenarie et integre responderi, sollempnitatibus servatis in talibus assuetis.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras, seu presens publicum instrumentum, per notarium publicum subscriptum, in hanc publicam formam reddigi mandavimus, sigillique nostri, una cum signo et subscripsione dicti notarii publici subscripti, duximus appensioni muniri.

Datum et actum Parisius, in capella Sancti Johannis Jherozolimitani, nobis inibi super hoc specialiter congregatis, anno Domini quadringentesimo tricesimo tertio, inditione undecima, die vero octava mensis Octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii, divina providentia pape quarti, anno tertio; presentibus discretis viris religioso viro fratre Johanne Le Jueisne, presbytero, religioso ordinis Sancti Johannis Jherosolimitani predicti, et Dyonisio Le Courtilier, clerico, bedello principali predicte Facultatis decretorum, Parisius commorantibus, testibus ad premissa specialiter rogatis et vocatis.

Subscripsio.

Et Vincentius Le Fourbeur[1], de Meldis clericus, in jure canonico bachalarius, publicus appostolica et imperiali auctoritatibus, famossimique studii Universitatis ac curie episcopalis Parisiensis notarius juratus, quia predictis resignationi, collationi et provisioni, ceterisque omnibus aliis et singulis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo huic presenti publico instrumento, manu aliena scripto, me aliis negotiis legitime prepedito, signum meum solitum apposui in testimonium premissorum veritatis, requisitus et rogatus.

Originale est in archa una cum collatione alias dudum facta dicto magistro Johanni Huberti[2].

[1] En marge d'une main postérieure : «Loco scribæ, qui tunc carebat [in Facultate...], notarius apostolicus vocatus est a Facultate». Entre les mots *carebat* et *notarius* il y a quatre ou cinq mots illisibles.

[2] Les fol. 157 v° et 158 r° et v° sont blancs.

IMPRIMERIE NATIONALE

II

COLLATIONS DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

3. BACCALAURÉATS.

GUILLELMUS, ABBAS DE CORMELLIIS.

(F° 159 r°). SEQUUNTUR NOMINA ILLORUM QUI ADMISSI FUERUNT AD BACHALARIATUM PRO ANNO DOMINI M CCCC XXXII.

[Novembre 1432-Octobre 1433.]

XIII Novembris.. Martius Pierate, Atreubattensis dyoc., fuit admissus ad gradum bachalariatus, et solvit pro dispensa unius cedule I salutium, item, pro bursis III franchos, fecit harengam suam XXIIII die Novembris. [I sal., III franc.]

XXV Martii..... Item, Johannes de Blandeque fuit admissus ad gradum bachalariatus die Annuntiationis Dominice, et solvit pro bursis III salutia auri, et fecit harengam suam XXVI die Jugnii..... [III sal. auri].

XII Maii..... Item, mag. Johannes Fave et Johannes Coilletti, mag. in art., fuerunt admissi ad gradum bachalariatus, et solverunt pro bursis quilibet III franchos, qui quidem fuerunt distributi, etc., et fecerunt harengas suas XVI die Maii..... [VI francos].

X Jugnii..... Item, die X mensis Jugnii, Petrus Fachier, mag. in art. et curatus, et Johannes Fachier, fratres. fuerunt admissi ad gradum bachalariatus et solverunt pro bursis III nobilia, et fecerunt harengas XIIII Julii..... [III nobilia].

XVIII Jugnii.... Item, Robertus de Riparia, clericus Baiocensis dyoc., fuit admissus ad gradum bachalariatus, XVIII die Jugnii, et solvit pro bursis III francos, et fecit harengam XXVII die Jugnii..... [III francos].

[1] Aucune mention. — [2] Aucune mention.

XXIII Jugnii....	Item, Philippus Bouron fuit admissus ad gradum bachalariatus, et solvit pro bursis III salutia, et fecit harengam XXVII die Jugnii.....	[III sal.]
XXV Jugnii	Item, die XXV Jugnii, fuit compotum factum inter dominum conservatorem receptorem, ex una parte, et dominos doctores, videlicet Herveum Pouchardi, Levinum et abbatem de Cormelliis, ita quod de omnibus per ipsum receptis remansit quittus usque ad diem predictam.-Nevelinc.-Pouchardi.-G., abbé de Cormelles (*sic*).	
XXX Julii.....	Item, die XXX Julii, mag. Jacobus Couders, presbyter Morinensis dioc., Johannes de Parenti, Morinensis dioc., Guillelmus Le Bliequere, Morinensis dioc., et Jacobus Ulerike (?), Tornacensis [dioc.], fuerunt admissi ad gradum bachalariatus, et fecerunt harengas suas predicti [Guillelmus] Blequere et de Parenti, VI die Augusti.	
VI Augusti.....	Item, die jovis, VI Augusti, Johannes Clerici, de Parisius, fuit admissus ad gradum baccalariatus, et fecit harengam XI Augusti, et cum ipso fecit harengam suam Jacobus Ulerike.	
XVIII Augusti...	Item, [die] martis XVIII Augusti, M CCCC XXXIII, in missa ordinaria Facultatis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus Nicolaus Prevostelli, Lucionensis dioc., et Johannes Rousselli, Carnotensis dioc. presbyteri, et fecerunt harengas suas XXVII die Augusti.	
X Septembris...	Item, die jovis X Septembris, fuerunt admissi Dyonisius de Clamechy [et] dom. Ricardus Viart, presbyter, et solvit predictus Viart pro bursis II francos, et fecit harengam suam XVII die mensis predicti.....	[II francos].
	Item, predictus de Clamecy solvit pro bursis II nobilia, et fecit harengam suam XXIIII Septembris.	[II nobilia].
	Distributi fuerunt XVIII s.	
XXIX Octobris ..	Item, die jovis XXIX Octobris, fuit admissus Dyonisius de Villeta, oriundus de Carnoto, et mag. in art., et solvit pro bursis, et fecit harengam suam die XXXI Octobris [1].....	XXIIII sol. Paris.

4. HARANGUES [2].

[1] Le fol. 159 v° est en blanc dans le manuscrit.

[2] Il n'y a pas de mentions spéciales pour les harangues. On peut constater que le jour de la harangue est indiqué dans la mention de la réception au baccalauréat.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 152 v°). Boisselly. — Secuntur nomina bacalariorum incipientium legere in ordinario incipiente in festo B. Dionisii, anno Domini millesimo cccc xxxii, in Facultate decretorum, etc., in nonis B. Jacobi.

[1432. Octobre-Novembre.] Primo, Stephanus de Montigny, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus Scucti Britanie, pro secundo anno et secundo vol. Die XI Octobris, anno eodem.

Petrus de Grangia incipiet VI librum [Decretal.], in secundis scolis superioribus ante[rioribus], supra vicum, ad intersignium Scutti Britanie, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Actum die VII mensis Octobris.

Relig. vir Philippus Lappereau, canon. regularis, incipiet II librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Curriculorum, pro secundo anno et secundo vol. Actum die XI Octobris.

Mag. Nicolaus Havart incipiet I librum Decretal., in primis scolis posterioribus Equi Rubei, pro quinto anno et quinto vol. Actum XI Octobris.

Johannes Houselly, canon. ecclesie Senonensis, hodie, incipiet IV librum Decretal., in scolis posterioribus superioribus Scutti Britanie, pro quarto anno et quarto vol. Actum die XI mensis Octobris.

Johannes Carnificis, mag. in art., hodie, incipiet V librum Decretal., in secundis scolis superioribus, ad intersignium Cathedre, pro secundo anno et secundo vol. Die XI mensis Octobris.

Guillelmus Derot (Devot?), Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet VI librum [Decretal.], in scolis posterioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. Die XI mensis Octobris.

Relig. vir Johannes Le Marchecrier (voy. p. 394), prior, etc., hodie, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, supra secundas scolas, pro secundo anno et secundo vol. Actum die XI mensis Octobris.

Mag. Johannes Poretrelly (Poutrelly, p. 408), hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis ad intersignium Crescentis, pro secundo anno et secundo vol. Die XI Octobris.

Relig. vir Poncius de Wenisia (Warrisia, p. 388), S. Benedicti ord., prior S. Andree, hodie, incipiet V librum Decretal., in scolis collegii Belvacensis, pro secundo anno et secundo vol. Actum XI die Octobris.

Mag. Johannes Parvi, Sagiensis dioc., hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus Ymaginis B. Thome, pro quarto anno et quarto vol. Die XI Octobris.

Mag. Robertus Patricii, Baiocensis dioc., incipet VI librum [Decretal.], ad Ymaginem B. Xristofori, pro tertio anno et tertio vol. Die XI Octobris.

(F° 153 r°). Mag. Raudulphus Dargouges, Constantiensis dioc., hodie, incipiet V [librum] Decretal., in scolis inferioribus Ymaginis B. Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo vol. Die XI Octobris.

Mag. Ricardus Hervei, Baiocensis dioc., hodie, incipiet V librum Decretal., in primis scolis superioribus, a parte anteriori, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro quarto anno et quarto vol. Actum die XI Octobris.

Mag. Randulphus Goiont (voy. p. 388), Ebroicensis dioc., hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis posterioribus B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. Die XI Octobris.

Mag. Robertus Hays (voy. p. 341, 372), hodie, incipiet Clementinas in scolis anterioribus supra, ad Ymaginem B. Marie, pro quinto anno et sexto vol. Die xi Octobris.

Mag. Robertus Vici, Morinensis dioc., hodie, incipiet iii librum Decretal., in scolis anterioribus supra, ad Ymaginem B. Eustacii, pro tertio anno et tertio vol. Actum die xi mensis Octobris.

Mag. Johannes Juliane, hodie, incipiet i librum Decretal., in scolis inferioribus B. Ylarii, pro secundo anno et secundo vol. Actum die xi mensis Octobris.

Mag. Philippus Bajart (voy. p. 356), Meldensis dioc., hodie, incipiet i librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas, pro quarto anno et quarto vol. Actum die xi Octobris.

Mag. Errardus Alexander, Nivernensis dioc., hodie, incipiet i librum Decretal., in scolis inferioribus B. Eustacii, pro tertio anno et tertio vol. Die xiii Octobris.

Mag. Ricardi Hobe (voy. p. 372, 393), Baiocensis dioc., incipiet ii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Barbare, pro tertio anno et tertio vol., xxvi Octobris.

Mag. Petrus Custodis, Baiocensis dioc., hodie, incipiet v librum Decretal., in scolis inferioribus B. Martini, pro quarto anno et quarto vol. Actum die xi Octobris.

Guillelmus de Hericourt incipiet v librum Decretal., in scolis superioribus Scutti Castri, pro secundo anno et secundo vol. Actum die vi Novembris anni predicti.

Johannes Lathomi, Baiocensis dioc., hodie, incipiet ii librum Decretal., in scolis superioribus Scutti Sabaudie, pro quarto anno et quarto vol. Die vi Novembris anni predicti.

Sequuntur nomina incipientium lecturas suas, post electionem abbatis de Cormelliis in decanum, in nonis B. Jacobi.

Discr. vir Egidius Corderii, clericus Remensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, in nonis B. Jacobi, incipiet ii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, in quibus legit abbas de Cormelliis, et [hoc] pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, xii die Novembris. [Novembre 1432-Septembre 1433.]

Theobaldus Churelli, presbyter dyoc. Castalanensis, capellanus in ecclesia Parisiensi, bac. in Facultate decretorum Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet iii librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, xix die Novembris.

(F° 153 v°). Discr. vir Johannes Lathomi, presbyter Baiocensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet ii librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Cathedre, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxii, [die] xxiv Novembris.

Discr. vir Guillelmus Le Touse (voy. p. 341), Baiocensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, incipiet vi librum [Decretal.], in scolis superioribus primis, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture. Die ii Decembris.

Discr. vir Johannes Fave, clericus Rothomagensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet ii librum Decretal., in scolis secundis posterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxiii, die xviii Maii. [1433.]

Thomas Mercatoris, Baiocensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, incipiet iii librum Decretal., in scolis magnis inferioribus, in aula, ad Ymaginem S. Xristofori, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Anno Domini m cccc xxxiii, die lune xxv Maii.

Johannes de Reviers (?), presb. Baiocensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, et curatus ecclesie parroch. B. Marie de Campoboli [1], Constantiensis dyoc., hodie, incipiet ii librum

[1] Je ne parviens pas à identifier ce nom.

Decretal., in primis scolis superioribus, ad intersignium de G, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XXVIII Maii.

Johannes Lathomi, presbyter Baiocensis dyoc., bac. [in dec.], hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis mediis, ad intersignium Cathedre, et hoc pro quinto anno et quinto vol. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, [die] XXIX Jugnii.

Petrus Pulcridentis, de Parisius, bac. in dec., hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cathedre, et hoc pro primo anno et primo vol. Anno Domini M CCCC XXXIII, die I Julii.

Philippus Bouron, diaconus Suessionensis dyoc., ecclesiarium SS. Marcelli et Honorati Parisius canonicus, bac. in dec., hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Katherine, et hoc pro primo anno et primo vol. Anno CCCC XXXIII, die VI Julii.

Petrus Fassier, presbyter de Nivernis, curatus ecclesie parroch. S. Salini [1], Rothomagensis dioc., canonicus Autissiodorensis, et ecclesie collegiate de Abbatisvilla, Ambianensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in secundis scolis Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Anno Domini M CCCC XXXIII, die XX Jullii.

Thomas Cabuc, presbyter Rothomagensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis secundis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, et hoc pro quarto anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XVII Augusti.

Vener. et discr. vir Jacobus Couders, mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in magnis scolis Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XVIII Augusti.

Discr. vir Jacobus Ulerike, clericus Tornacensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus Facultatis, a parte anteriori, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XXVI mensis Augusti.

Vener. et discr. vir Nicolaus Prevostelli, presbyter, bac. in dec., canon. ecclesie parroch. B. Macuti [2], et canon. S. Melloni de Pontisara [3], dioc. Rothomagensis, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Katherine, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XXXI mensis Augusti.

Ricardus Vyart, presbyter, et mag. in art., bac. in dec., rector parroch. ecclesie Dersigniaco [4], Rothomagensis dyoc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in primis scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. Anno Domini M CCCC XXXIII, die XXII Septembris.

(F° 154 r°). Boysselly. — Secuntur nomina bacalariorum incipientium legere in ordinario incipiente in festo B. Dionisi, anno Domini M CCCC XXII, in Facultate decretorum, in nonis N. Domine, etc.

[1432. Octobre.] Primus, frater Guido de Vatetot, Rothomagensis [dioc.], ord. S. Benedicti abbatie Gemeticensis [5], prior prioratus de Geneville in Vulcassino [6], incipiet II librum Decretal., in scolis

[1] Saint-Saëns (Seine-Inférieure)? — [2] Saint-Maclou de Folleville ou Saint-Maclou-la-Brière (Seine-Inférieure)? — [3] Voy. p. 424. — [4] Derchigny (Seine-Inférieure)? — [5] Abbaye de Jumièges (dioc. de Rouen). — [6] Voy. p. 394.

inferioribus S. Katherine, pro secundo anno et secundo vol. Actum anno predicto, die xi mensis Octobris.

Nicolaus de Montigny, in nonis eisdem, incipiet v librum Decretal., in scolis inferioribus Scutti Britanie, pro secundo anno et secundo vol. Die xi Octobris predicti anni.

Mag. Guillelmus de Deserto, Rothomagensis dioc., incipiet, hodie, i librum Decretal., in secundis scolis superioribus S. Eustachii, pro secundo anno et secundo vol. Actum die x mensis Octobris.

Philippus de Longolio, Parisiensis [dioc.], incipiet vi librum [Decretal.], in scolis inferioribus Scutti Sabaudie, pro quarto anno et quarto vol. Actum die x mensis Octobris.

Nicolaus Hervesent (Hermecent, p. 388) incipiet iii librum Decretal., in magnis scolis Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. Die xi mensis Octobris.

Philippus Luillier, Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet i librum Decretal., in scolis inferioribus Corone, pro primo anno et primo vol.

Mag. Johannes Longuejoe, Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet vi librum [Decretal.], in secundis scolis Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. Actum die x mensis Octobris.

Johannes Thabernarii, Rothomagensis [dioc.], incipiet iii librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad Ymaginem N. Domine, pro quinto anno et quinto vol. Actum die xi Octobris.

Eustacius de Moulinis, Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet vi librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Hylarii, pro tertio anno et tertio vol. Actum die xi Octobris anni predicti.

Galterus Wasset, Ambianensis dioc., hodie, incipiet vi librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem Beati Jacobi, pro quarto anno et quarto vol. Die xi Octobris predicti anni.

Mag. Philipus Canuti, hodie, incipiet vi librum [Decretal.], in scolis inferioribus B. Xristofori, pro quarto anno et quarto vol. Die xi Octobris.

Discr. vir Jacobus de Cruce, clericus Morinensis dyoc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet iv librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie superioribus, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini mcccc xxxiv [1], die xi mensis Octobris.

(F° 154 v°). Nobilis vir mag. Guillelmus de Bailleul, Lexoviensis dioc., hodie, incipiet iii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intercinium B. Johannis Jerosolimitani, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Die xiii mensis Octobris.

Discr. vir Ludovicus de Mangno Vico, Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet vi librum [Decretal.], in magnis scolis collegii Belvacensis, pro tertio anno et tertio vol. Actum die xi Octobris dicti anni.

Mag. Philipus Luillier, Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet i librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, pro primo anno et primo vol. Actum die xi Octobris.

Mag. Reginaldus Eude, hodie, incipiet iv librum Decretal., in scolis inferioribus S. Michaellis, pro secundo anno et secundo vol. Actum die xi Octobris.

Mag. Philipus Canuti, hodie, incipiet vi librum [Decretal.], in scolis inferioribus B. Xristofori, pro quarto anno et quarto vol. Actum die xi Octobris.

Mag. Jacobus Hatk (Hack, p. 392), dioc. Leodiensis, hodie, incipiet iii librum Decretal., in scolis inferioribus Curriculorum, pro tertio anno et tertio vol. Die xi Octobris.

Mag. Ludovicus Bailli (voy. p. 369), Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet i librum Decretal., in scolis inferioribus B. Martini, pro tertio anno et tertio vol. Actum die xi Octobris.

[1] Il y a ici une erreur de date, ou bien la mention n'est pas à sa place régulière.

Frater Stephanus Lohier (Sohier?), mag. in art., hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo vol. Die XII Octobris.

Mag. Philippus Bourgoing, Eduensis dioc., hodie, incipiet II librum Decretal., in [scolis] inferioribus B. Eustacii, pro tertio anno et tertio vol. Die XIII Octobris.

Mag. Egidius Rapiout, hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scutti Campanie, pro secundo anno et secundo vol. Die XI Octobris.

Mag. Johannes Carterii, dioc. Rothomagensis, hodie, incipiet II librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem B. Michaellis, pro tertio anno et tertio vol. Actum die XI Octobris.

Mag. Robertus Radigue incipiet IV librum Decretal., in scolis posterioribus supra secundas scolas, pro quarto anno et quarto vol. Actum die XI Octobris.

Discr. vir Johannes Houchardi, clericus Ambianensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., ad intersignium Cathedre, in scolis superioribus, pro tertio anno et tertio vol., et est de tempore magistri Gueroldi, predecessoris mei.

(F° 155 r°). Mag. Guillelmus de La Robine (voy. p. 338, 391), hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis B. Thome, pro quarto anno et quarto vol. Actum die XI Octobris.

Mag. Dionisius Mabire, hodie, incipiet VI librum [Decretal.], in scolis inferioribus intersignii Cathedre, pro tertio anno et tertio vol. Actum die XI Octobris.

Mag. Oliverius de Carentilly, Constantiensis dioc., hodie, incipiet II librum Decretal., pro tertio anno et tertio vol. Die XI Octobris, in scolis superioribus Castri.

Frater Stephanus de Novavilla, hodie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus Scutti Jerosolimitani.

Mag. Egidius Fleuri (voy. p. 387), hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium Crescentis, pro secundo anno et secundo vol. Die XIII Octobris.

Mag. Nicolaus Fleuri, hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis B. Barbare, pro secundo anno et secundo vol. Actum die XIII Octobris.

Mag. Hugo Drouardi, de Parisius, hodie, incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus magnis Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol. Actum die XIII Octobris.

Mag. Ludovicus Peniot, Parisiensis [dioc.], hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus Scutti Sabaudie, pro secundo anno et secundo vol. Die XIII Octobris.

Mag. Guillelmus de Canteleu, clericus Parisiensis [dioc.], hodie, in nonis B. Marie, incipiet Clementinas in scolis parvis inferioribus Equi Rubei, pro quarto anno et quarto vol. Die XVII Octobris.

Mag. Guibertus Camus incipiet VI librum [Decretal.][1]. . . . . .

Mag. Johannes de Canteleu, Parisiensis [dioc.], incipiet VI librum [Decretal.], in [scolis] inferioribus Scutti Campanie, pro tertio anno et tertio vol. Actum XXIX die Octobris.

G[UILLAUME], ABBÉ DE CORMELLES.

[Novembre 1432-Septembre 1433.]

Discr. vir Petrus Parvi, presbyter Bisontinensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis anterioribus, ad Ymaginem S. Eustacii, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. [Actum die] XX Novembris.

Discr. vir Nicasius Viche, presbyter Noviomensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet III librum Decretal., in primis scolis anterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Die XXVIII Novembris.

[1] Mention incomplète dans le manuscrit.

Discr. vir Martinus Pierate, de Atrebato, bac. in dec. Parisius, hodie, incipiet I librum Decretal., in secundis scolis supra, ad intersignium Cathedre, et hoc pro primo anno et primo vol. Die II Decembris.

Discr. vir Johannes Roycheti, presb., bac. in dec., Lingonensis dyoc., hodie, incipiet III librum Decretal., in primis scolis posterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Die IV Decembris.

Andreas Legati, presb., bac. in dec., curatus parroch. ecclesie de Callyaco[1], Rothomagensis dyoc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis secundis posterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Die XVI Decembris.

Matheus Boutebost, Constantiensis dyoc., mag. in art., et bac. in dec., hodie, incipiet III librum Decretal., in scolis primis anterioribus supra, ad intersignium Scuti Britanie, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Die XXI Januarii.

Discr. vir Gaufridus Guioti, presb. Constantiensis dyoc., capellanus B. Marie de Chenesyo Becquardi[2], Senonensis dyoc., bac. in dec., hodie, incipiet V librum Decretal., in scolis anterioribus tertiis supra, ad intersignium Equi Rubei, pro quarto anno et principio secundi vol. lecture sue. Die XXII Januarii.

(F° 155 v°). Discr. vir Ymbertus Dominici, bac. in dec., hodie, incipiet III librum Decretal., in rubrica : *Ne sede vacante aliquid innovetur*[3], in scolis anterioribus supra, ad intersignium Corone, pro quarto anno et quarto vol. Die IX Martii.

Guillermus de Canteleu, de Parisius, bac. in dec. Parisius, hodie, incipiet II librum Decretal., in scolis secundis inferioribus Equi Rubei, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Anno CCCC XXXIII, die XII Martii.

Guillelmus Gaugain, presb. Sagiensis dyoc., curatus S. Martini de Thievilla[4], ejusdem dyoc., bac. in dec., hodie, incipiet II librum Decretal., in secundis scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCCC XXXIII, die XXVII Maii.

Johannes Blandeque, nobilis, mag. in art., et bac. in dec., incipiet IV librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem B. Marie, et hoc pro primo anno et primo vol. Die VI Julii.

Philippus Baiart, presb. Meldensis dyoc., curatus parroch. ecclesie de Millyaco supra Maternam[5], bac. in dec., hodie, incipiet IV librum Decretal., in scolis Facultatis supra a parte ante[riori], et hoc pro complemento quarti anni et fine quarti vol. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XIII Julii.

Discr. vir Johannes Fassier, clericus Autissiodorensis dioc.[6], bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis S. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XX mensis Julii.

Discr. vir mag. Robertus Radigue, presb. curatus parroch. ecclesie de Monte Sancti Petri de Monte Forti Almarici[7], Carnotensis dioc., bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet Clementinas in scolis superioribus, supra secundas scolas, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die VI Augusti.

(1) Cailly (Seine-Inférieure).
(2) Le Chêne-Bécard (Seine-et-Oise)?
(3) *Decretales Gregorii IX*, III, 9.
(4) Thiéville (Calvados).
(5) Milly, dépendance de la commune de Sivry-Courtry (Seine-et-Marne)?
(6) Diocèse d'Auxerre.
(7) Montfort-l'Amaury (Seine-et-Oise).

IMPRIMERIE NATIONALE.

Ven. et discr. vir Guillelmus Le Bliequere, presb. Morinensis dioc., mag. in art., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Eustacii, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XVII mensis Augusti.

Discr. vir Johannes Rousselli, presb. curatus parroch. ecclesie B. Marie de Longo Vico [1], Rothomagensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis anterioribus supra, ad Ymaginem B. Eustacii, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die X mensis Septembris.

Nobilis vir Dyonisius de Clamechy, clericus de Parisius, bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in secundis scolis posterioribus supra, ad intersignium scuti Britanie, et hoc pro primo anno et primo vol. Anno Domini M CCCC XXXIII, die XXV Septembris.

[1] Longueville (Seine-Inférieure).

DÉCANAT DE GUILLAUME, ABBÉ DE CORMEILLES.

NOVEMBRE 1433 À NOVEMBRE 1434.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

De Cormeliis.

(F° 164 r°). Die martis, x Novembris, Guillelmus, abbas de Cormelliis, fuit concorditer continuatus in decanum Facultatis decretorum per dominos doctores pro tunc regentes et presentes, videlicet Levinum, abbatem Sancte Katerine, conservatorem, et Pasquerium de Vallibus, sub certis protestationibus per ipsum decanum factis, scilicet quod dimitteret officium quandocumque sibi placeret, et quod predicti domini supportarent vicem ipsius, etc. [1433. 10 Novembre.]

Anno Domini millesimo cccc xxxiii, die supradicta.

Sequntur acta de post electionem predictam in dicta Facultate.

Primo, die quo supra, supplicavit dominus abbas Sancte Katerine quod, sine prejudicio sue regentie, domini doctores sibi concederent quod posset se absentare per sex vel octo septimanas pro nonnullis tangentibus suum monasterium; quod sibi concorditer per omnes prefatos dominos fuit concessum in forma, et nemine reclamante.

Item, xvi die Novembris, supplicavit dominus et magister Johannes Huberti, decretorum doctor, quod Facultas daret sibi consilium, auxilium et favorem, ymo et assistentiam in quadam causa pendente in Parlamento inter predictum dominum ex una parte, et magistrum Johannem de Coursellis, super officio conservatorie; quod fuit sibi concessum in forma, et fuit facta supplicatio in domo decani in presentia omnium doctorum per cedulam vocatorum. [16 Novembre.]

Item, predicta die, supplicavit, eodem loco, dominus et magister Pasquerius de Vallibus super duobus :

Et primo, quia sciebat se non fuisse presentem per totum tempus requisitum, ad hoc quod pro licentia futura deberet gaudere in omnibus ut presens, quatinus Facultas haberet ipsum recommissum; quod fuit concessum in forma.

Item, quia pro turno debebat legere decretalem in festo Nativitatis Domini, et non poterat interesse, quia oportebat eum accedere ad villam Cadomensem una cum reverendo patre domino cancellario Franchie; ideo supplicavit quod apud Facultatem deponeret certam quotam peccunie, et quod super hoc vellet providere; quod etiam fuit sibi concessum in forma. Et legit pro eo decretalem dominus Levinus Neveline.

[1434. 21 Janvier.] Item, die XXI Januarii, supplicavit dominus et magister Pasquerius de Vallibus quod, viso quod non fuerat presens per totum tempus requisitum secundum statuta, ad hoc quod posset gaudere omnibus ex licentia provenientibus, adoptando, etc., quod Facultas, ex mera et pura liberalite, faceret sibi gratiam, considerato quod occupatus fuit in servitio regio, etc., non potuit, etc. Quo retracto ad partem et posito per decanum in deliberatione, dictum fuit concorditer quod, in favore servitii regii et persone sue, quod ipse gauderet omnimodo prout alii doctores qui fuerunt presentes, dum tamen frequentaret et esset presens in examine in omnibus, daret que prandium dominis doctoribus. Quod generose acceptavit et regratiatus est, etc.

[23 Février.] (F° 156 v°). Nota quod anno Domini M CCCC XXXIII, die XXIII mensis Februarii, ego Guillelmus, abbas de Cormeliis, fui persolutus de decem franchis, per prius per me solutis pro bursa consilii Basiliensis, ut de VIII solidos Paris., alias ut supra etiam dominis doctoribus per me traditis. Et eadem die restitui discum argenteum alias in medio mihi concesso, testibus signis dominorum meorum eadem die hic appositis. — Neveline. — G. de Conty. — J. Humberti.

[11 Mars.] (F° 164 r°). Item, XI die Martii, Dyonisius Le Coutilier, major bedellus Facultatis, emendavit in manu decani, in presentia omnium dominorum doctorum, in capella Sancti Johannis Jherosolimitani, defectum per ipsum factum in pronunciando, in magnis scolis, lecturam decretorum, contra prohibitionem decani et Facultatis, qui erant valde occupati pro complemento examinis licentiandorum. Restat fienda taxatio ad libitum dominorum. Pro emenda solvit quartam de ypocas (ypocras?).

Item, Guillelmus, abbas de Cormelliis decanusque Facultatis, legit decretalem *Omnis utriusque sexus* [1], in vigilia Ramorum, pro turno suo; et ideo, secundum statuta Facultatis, senior post ipsum debet legere in festo Pentecostes proximo, nisi, etc. [2].

[1] *Decretales Gregorii IX*, V, 38, cap. 12. — [2] Les fol. 164 v° et 165 r° et v° sont en blanc dans le ms.

(F° 167 r°). De Cormellis. — Sequitur dispositio totalis licentie facte anno Domini mcccc xxxiiii, post Pacha. — G., abbas de Cormellis, decanus.

